ORATIONVM EX HISTORICIS TAM VETERIBVS, QVAM RECENTIORIBVS, IN ELOQVENTIAE STVdiosorum gratiam, secundum tria causarum genera, & res his conuenientes tres in partes ita congestarum ac digestatum: vt singularum περιοχαὶ extent: argumenta docentia, conciliantia, mouentia, vnà cum collocatione, locis communibus atque sententijs, vsu denique deprehendantur.



PARS PRIMA.

Generis deliberatiui materias continens, & varias

DELIBERATIONES, SVASIONES, DISSVASIONES, ADHORTATIONES, DEHORTATIONES, COMMENDATIONES, PETITIONES, CONSOLATIONES.

AVTORE

MELCHIORE IVNIO VVitebergensi: Eloquentiæ Argentinensi in Academia Professore.

Adiecti sunt cuiq; parti indices cùm Orationum, tùm rerum ac verborum locupletissimi.

Cum priuilegio S. Cæsareæ Maiestatis.

ARGENTINÆ,

Impensis LAZARI ZETZNERI:

cIↄ Iↄ xcIIX.

PRAEFATIO.

ILLVSTRI AC GENEROSO DOMINO ANDREÆ VNGNADIO: L. BARONI IN SONNEG ETC: Domino suo Clementi:

MELCHIOR IVNIVS

S. P. D.

I cui alij, non Tibi, Illustris ac Generose D. Baro Orationum Historicarum partes hasce tres, dedicarem atq; consecrarem: quæ tum ad eloquentiæ pertinere laudem, tum instituti mei rationes facere viderentur, in medium afferrem. Verùm, tale quid hic si tentarē, non ab aliorum magis liber immunisq; esse reprehensionibus possem, quam qui in Ciliciam, quod aiunt, crocum, Aegyptum frumentum inueherent. Nosti quid Cicero Tuus dicat: ingenij lumen: comitem pacis. otij sociam: bene constitutæ ciuitatis velut alumnam quandam, Eloquentiam esse. Tantum in Repub. hanc prodesse legisti, quantū in bello ferrum potest. Quam illustri cumprimis loco nato, futuroq; politico, eadem commodet, ex Plutarchi, autoris grauissimi, gerēdæ Reipub. præceptis, quæ explicari nunc audis, didicisti: qui, etsi dicentis mores haud parum ad fidem faciendam valere fateatur: tamen & orationem ponderis momentiq; plurimum habere docet: Si modò sententijs illa sapiens: verbis perpolita: dicendi varijs distincta luminibus: conclusè facta: genere deniq; toto grauis extiterit. Illud deinde minimè ignoras: ad, non ventosam ac circumforaneam, sed veram Eloquentiam pa-

(?) 2

randam, solam ingenij naturæq; bonitatem neutiquam sufficere: licet nauta Demades aliquid præstiterit: ex histrione primùm, post scriba orator sit Aeschines factus: Scipionum apud Romanos familia, quasi hæreditaria dicendi copia floruerit: nõ tam in gremio, quam sermone matris educati sint Grachi visi: haud pauci alij, Athenis, Romæ, alibi, Eloquendi tum quoq; laude claruerint, cum artis adhuc nulla inuẽta traditaq; præcepta essent. Sed neq; istud Te fugit: etiã hæc sola percepta Oratorem non facere: & Sabineum illũ Rhetorem apud Martialem, Poetam lepidum, falsè rideri: ita introduci ineptum ac frigidum, vt, si balneum feruens temperandum, thermæ refrigerandæ Neronianæ sint, nullus eã ad rem hoc idoneus magis reperiatur: & non paucos alios inuentos esse qui cotis vice fungerentur: dicere alios doceret: ipsi aut nõ prorsus, aut ineptè dicerent. Itaq;, cum velis, quod dicitur, plenis remisq; ad Eloquentiam contendas: non summorum solum atq; optimorum dicendi magistrorum præcepta Rhetorica publicè priuatimq; audis, & audis diligenter, sedulò, cõstanter: verùm etiã, cũ pietate, variã ac plenã variarũ rerũ Tibi sciẽtiã acquiris: hãc styli exercitationib. crebris in succum conuertis ac sanguinem: ad imitandum, cum aliorum Oratorũ, tum Ciceronis exempla proponis: quæ & præceptorum dicendi artis intelligentiam aperiunt, vsum monstrant: & cõfirmant iudicium: & facilem, prudentẽ, decorã, iucundam dicendi scribendiq; rationem reddunt. Nec interim eas esse negligendas orationes arbitraris, quæ apud Historicos, tam veteres, quam recentiores sunt: vt, quas rerum ac sententiarum varietate vberes: verbis puras & tersas: concinnas, atq; elegantes tractatione: vetustatis memoria iucundas: vtiles decori obseruatione: imitatione necessarias, hisce maximè temporibus, scis esse: quibus eædẽ, quæ olim, fabulæ peraguntur, non nisi personæ mutantur: verum deprehenditur id, quod Thucydides quodam in loco scribit: cõtexi Historiã: vt thesaurus sit potius ad omnẽ posteritatẽ, quã ludicrũ quoddã, quo ad præsens solùm tempus aures demulceantur. Et quid ni, cum hisce in studijs tractandis, tum cæteris officij obeundis partibus præclarè atq; ita Te gereres,

vt Tui in amorem bonos doctosq; omnes pelliceres. omina de Te horum excitares fausta, secunda, magna, eximia? Hanc ijs partim in locis lucem primò aspexisti, partim rerum Tuarum fixam aliquando es sedem habiturus: quae amplum ac latum Tibi cursum aperient: quo, audiendo, legendo, meditando, imitando parta, ad patriae commodum egregium: Illustris & Antiquissimae familiae decus atq; ornamentum singulare: laudem ac gloriam Tuam immortalem transferre poteris. De Illustri verò ac generoso D. Parente, D. D. AVIDE VNGNADIO, L. BARONE IN SONNEG & BLEIBVRG, Sacrae Caesareae Maiestatis Consiliario, & bellici cōsilij praefecto supremo, Domino meo clementi, quid vt proferam expectas? Quàm vnicum Te filium suum amet vnicè vides. Verè de hoc istud vsurpari potest, quod de Aenea suo Poëta scribit.

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.

Itaq; ad non vulgarem, & Pompae atq; ostentationi inani accommodatam, sed veram, solidam, suisq; numeris absolutam Te eruditionem ac doctrinam contendere, & methodo atq; ratione bona contendere cupit. Maturè Te peregrinari, in Scholis institui & informari publicis voluit: neque hoc sese ab instituto illorum auocari opinione passus est, qui nescio qua de causa, domi, quā in Gymnasijs, melius filios suos erudiri ac doceri posse opinantur: solitaria & vmbratilia studia minus ijs vtilia esse statuit, quibus magna olim in celebritate mediâq; luce viuendum erit. Ad iuris atq; legum illā amplam ac longè lateq; patentem scientiam Te omninò cōtendere, sed ita constituit: ne linguae vtiles & necessariae negligantur: differendi dicendiq; contemnantur artes atq; exercitationes; virtutis ac morum disciplina intermittatur: deseratur Reipub. gerendae doctrina: ea spernantur, quae de naturae sunt obscuritate tradita: pulueres Mathematicorum eruditi despiciantur: pro nihilo putentur Geometrarum lineamēta, formae, interualla, magnitudines, alia: rerum veterum memoria publica abijciatur. D. MICHAELEM CVRTZIVM Virum literatum: inspectorem fidum: moderatorem diligentem, sedulum, industrium, eum Tibi

adiūxit: qui Tuis cōmodis nihil habet prius, vel antiquius. Quin cuncta hæc si deessent, desideraretur alia, quæ adsunt, & adsunt cumulatè: vel suo solo exemplo abunde Te informare, & ad pietatis, artium ac linguarum vtilissimarum, pulcherrimarum virtutum culturam excitare atq; inflammare diligentem idem Illustris & Generosus D. Parens posset: vt & reuera excitat & inflammat. Artibus ijs absolutis, quibus puerilis imbui ætas solet, Vvitebergam ille sese, & Academiam doctissimis Viris liberalissimisq; studijs affluentem contulit. Nactus præceptorem ibi inter alios est, Germaniæ illud decus ac lumen singulare, PHILIPPVM MELANTHONEM, cuius etiā mensa tectoq; diu, ac summa sua cum laude, non minori vtilitate vsus est. Inde, cum alias Germaniæ Academias lustrauit, tū peragrauit Italiam, Galliam, Angliam. Post, studijs suis felicissimè & ex animi sententia confectis, & maximarum pulcherrimarumq; rerum scientia imbutus, cognitione instructus variarum linguarum, Latinæ, Græcæ, Italicæ, Gallicæ, Hispanicæ, Boëmicæ, Croaticæ, Turcicæ: ingenij animiq; dotibus ac virtutibus præditus eximijs vereq; Heroicis, Sac. Cæs. Maiestati, Serenissimus Austriæ Archiducibus, Principibus Illustrissimis, Illustribus viris alijs charus & acceptus: patriæ vtilis: sexennium integrum Cæsareum Oratorem in Turcia egit: sedecim bellico consilio contra Turcas præfuit: eaq; de causa, vna Tecum, in Illust. Vngarici regni Procerum ordinem cooptatus ac receptus est: ad legationes, consilia, actiones magnas, graues, arduas, Rempub. concernentes summa cum laude adhibetur. Hunc ergo ad imitandum Tibi cum proponas, & proponas sedulò: facis, quod facis: ita studia actionesq; Tuas cunctas instituis: vt nihil præterquam decus ac honestatem petas: rei nulli, nisi piæ doctrinæ, doctæq; pietati studeas. Sic mecum viuis, & habitas: vt hoc nomine meritò Illustri ac Generoso D. Parenti gratuler: mihi gaudeam: DEVM OPT. MAX. rogē: qui vnà cum mente hac præclara, omnis generis bonis alijs clementer benigneq; Te cumulauit, etiam lucis huius diuturna vsura donare, atq; efficere dignetur: vt, quæ diligentia,

gentia, ardoreq; singulari nunc addiscis, ad canam perducere frugem queas. Interim, vt meæ in Te obseruãtiæ promptæq; voluntatis iuuandi ac promouendi tua studia, publicum aliquod documentum extaret, Orationes hasce, ex Historicis, tam veteribus, quam recentioribus, in Eloquentiæ Studiosorum gratiam, à me collectas, ac secundum materias varias digestas & resolutas, Illustri Tuo inscribere nomini volui. Quas serena, vti spero, fronte accipies: cum clarissimi viri D. HENRICI STEPHANI, aliorumq; concionibus Historicis coniũges: etiam imitando effingere & ad vsum transferre conaberis. Vale Argentorati XVI. Cal. April. Anno recuperatæ per CHRISTVM Salutis M. D. XCIIX.



ELENCHVS ORATIONVM HISTORICARVM, QVAE PRIMA IN parte continētur: qui tàm quid quæq; in se cōplectatur, quàm à quo habita & ex quo desumpta sit, patefacit.

I. DELIBERATIO de optima Reipublicæ forma eligenda.

Oratio I. Otanis pro Democratia, Imperio populari ad Persia Electores: ex Herodoti lib. III. p. 1.

Oratio II. Megabyzi contra Democratiam pro Aristocratia & optimatum Statu: ex eodem Herodoti lib. III. 3.

Oratio III. Darij pro Monarchia, Vnius Dominatu. ibid. 4.

III. DELIBERATIO de principatu aut retinendo aut deponendo, & cum Democratia commutando.

Oratio Agrippa ad Augustū: ex lib. Dionis III. 6.

Oratio Mecænatis ad Augustum superiori proxima contraria, pro Imperio retinendo ac constituendo: ex lib. III. Dionis 17.

III. DELIBERATIO de imperio semel parto retinendo & amplificando.

Oratio Cyri ad optimates & Proceres: ex Xenophontis lib. VII 38

Oratio Chrysanta, superiori proxima respondens: ex IIX libro Xenoph. 42

IV. DELIBERATIO de Imperatore Romano eligendo.

Oratio I. Electoris Moguntini Alberti Brandeburgici: ex Ioannis Sleidani commentariorum libr. I. 44

Oratio III. Richardi Treuirēsis superiori proxima cōtraria: ex Ioannis Sleidani cōmentarior. lib. I. 48.

V. DELIBERATIO de Rege nouo eligendo.

Oratio Michaelis Optimat. ex ordine ad proceres Vngaricos: ex Antonij Bonfinij Rer. Vngaric. decad III. lib. IX. 52

VI REGNI DELATIO

Oratio Episcopi Zagabrensis, Procerū Vngaricorum nomine habita ad Carolū Paruum regem Neapolitanū: ex Antonij Bonfinij Rerum Vngaricarum Decad. III. lib I. 57.

VII RECVSATIO Imperij.

Oratio Clodij Albini ad milites ex Iulij Capitolini Clodio Albino. p.62.

IIX. DISSVASIO muliebris Imperij.

Oratio Iacobi Kennedi, Archiepiscopi Fani Andreæ in Scotia: ex Georgij Buchanani rerum Scoticarum lib. XII. 63.

IX. SVASIO Matrimonij certi contrahendi & acceptandi regni oblati.

Oratio Petri Moguntini Archiepiscopi, ad Henricū Cæsarem: ex Ioannis Dubrauij Histor. Boemicarum libr. XIX. p. 72.

X CONCILIATIO Imperij.

Oratio Pisonis ad cohortes in Galba Imp. Palatio statiões agentes: ex Cornelij Taciti lib. XVII. p. 74.

Oratio Commodi ad milites pro imperio impetrando: ex Herodiani lib. I. p.76.

XI. COMMENDATIO Filij & successoris apud amicos.

Oratio M. Antonini Imp. ex Herodiani lib. I. p.78.

XII. COMMENDATIO Principis noui.

Oratio Lati Præfect. prat. ad milites: ex lib II. Herodiani. 79.

XIII. COMMENDAtio Principis ad regnum obtinendum.

Oratio Huberti Cant. Episcopi ad Angliæ proceres: in Polydori Vergilij Anglicarū Historiarum lib. XV. 81.

XIV. RESIGNATIO & abdicatio Imperij.

Oratio Augusti Cæsaris ad Senatum Romanū: ex libro III. Dionis Rom. Hist. p 81.

XV. ADHORTATIO ad Imperium iustè ac laudabiliter capessendum.

Oratio Iustini Imper. ad Tiberium: ex Pauli Diaconi Iustino II. p.88

XVI. ADHORTATIO Principis ad studiū pietatis ac religionis.

Oratio Theodosij ad Valentinianum Iuniorem: è Suida excerpta Cæsarū vitup. 89.

XVII. ADHORTATIO subditorum ad obedientiā magistratui suo præstandā

Oratio Agrippa ad Iudaeos: ex Iosephi lib. II. de bello Iudaico. p.90

XIIX. CONSVLTATIO ac deliberatio de lege vel retinenda, vel abroganda.

Oratio M. Catonis Consulis pro lege Oppia cōtra muliercularum luxuriam ac superbiam in vestitu & ornatu: ex Liuij lib. XXXIV. p. 97

Oratio superiori proxima contraria L. Valerij Trib. pl. contra consulem Catonē & legem Oppiam. ibid. p. 102.

XIX. DISSVASIO legū pro plebe contra patricios promulgatarum.

Oratio Appij Claudij ad

plebem: ex Liuij lib. VII. ab urbe condita. *p. 107.*

XX. PETITIO beneficij alicuius & subsidij à principe in egestate & inopia.

Oratio I. M. Hortali ad Tiberium Imp. & Senatum Rom. ex Annalium Cornelij Taciti lib. II. *p. 110.*

Responsio Tiberij ad M. Hortali petitionem *112*

XXI. DELIBERATIO AC CONSVLTATIO de Pœnis & animaduersionibus.

Oratio. I. Cleonis pro seueritate: ex Thucydidis Hist. libr. III. *p. 113.*

Oratio superiori proxima contraria Diodoti pro Lenitate ac clementia: ex eodem Thucydidis libro. *p. 118.*

XXII. DELIBERATIO de pœnis & animaduersionibus coniuratorum.

Oratio C. Cæsaris Rom. in Senatu habita: ex Salustij Catilinaria coniuratione *p. 123.*

Oratio superiori proxima respondens Marci Porcij Catonis: ex eadem Salustij coniuratione Catilinaria 127.

XXIII. ADHORTATIO ad iniuriarum obliuionem & Amnistiam ac concordiam.

Oratio Ciceronis in Senatu Roma habita ex Lib. Dionis Rom. Hist. XLIV. *p. 131.*

XXIV. ADHORTATIO ad reconciliationem & concordiam inter plebem ac Senatum dissidentes.

Oratio Menenij Agrippæ ad plebem: ex Dionysii Halicarn. lib. VI. Antiq. Rom. p. 138.

XXV. ADHORTATIO ad Fraternam concordiam, & coniunctionem.

Oratio Cyri morti vicini ad filios: ex Xenophontis lib. IIX. Pædia Cyri *p. 143.*

XXVI. ADHORTATIO ad concordiam inter fratres conseruandam.

Oratio Bretislai morti vicini ad Boemiæ proceres: ex Ioannis Dubrauij Boemicarum Historiarum lib. VII. p. 148.

XXVII ADHORTATIO ad Pacem & reconciliationem inter collegas.

Oratio Q. Cæcilij Metelli ad M. Lepidum & M. Fuluium censores declaratos: ex Liuij libro XL. *p. 149.*

Oratio Scotiæ Proregis Alexãdri Leuistonij ad eiusdẽ Cãcellariũ Vuilhelmũ Chrichthonium: ex Georgij Buchanani rerũ Scoticarum lib. XI. *p. 153.*

Oratio superiori proxima respondens Vuilhelmi Chrihthonij Scotiæ Cancellarij: ex Georgij Buchanani rerum Scoticarum lib. XI *p. 155*

XXIIX. DEHORTATIO ab ΑΥΤΟΧΕΙΡΕΙΑ & cæde propria.

Oratio Iosephi ad socios ex Fl. Iosephi de bello Iudaico lib. III

lib.III. *p.154.*

XXIX. DEHORTATIO à fœdis licidinibus.

Oratio P. Scipionis ad Masinissam Regem: ex Liuij libro XXX. ab vrbe cõdita 157.

XXX. ADHORTATIO ad Regia capessenda munera, Iustitiã maximè & amãdam & colendam.

Oratio Aegidij Romani Theologi ad Philippũ Pulchrũ Galliæ Regem: ex Pauli Aemilij de rebus gestis Frãcorũ lib. IIX. *p.158.*

XXXI. CONSOLATIO in obitu mariti.

Oratio Ioannis Maræ Condomiensium Pontif. ad Annam Caroli IIX Gal. Regis viduam: ex Arnoldi Ferroni Hist. Gallicarum lib. I. p.163.

XXXII. CONSOLTATIO & deliberatio de bello suscipiendo.

Oratio I. Xerxis, Persarum regis ad principes suos: ex Herodoti lib. VII. *p.167.*

Oratio II. Mardonij. *169.*

Oratio III. Artabani. ibid. p.170.

Oratio IV. Xerxis ibid. p.173.

XXXIII BELLI Dissuasio.

Oratio Massagetarum legati ad Cyrum: ex Herodoti lib. I. *p.174.*

Oratio Sandanidis Lydi ad Crœsum Lydorum regem: ex Herodoti libro I. *p.175.*

Oratio Archidami Spartanorũ Regis: ex Thucydidis lib. I. 176

Oratio superiori contraria & bellũ suadens, Sthenelaida Ephori Spart. ex Thuc. li. 1.184

XXXIV. DISSVASIO belli & expeditionis.

Oratio Erici Procerum vnius ad Gotharum Noruagia Regem: ex Saxonis Grãmatici Historiæ Danicæ lib. V *p.191.*

Oratio Periclis: ex Thucydidis lib. I. *p.192.*

XXXV. ADHORTATIO ad bellum primo quoquo tempore ac celeriter suscipiendum.

Oratio Corinthiorum legatorũ in Græcia ciuitatũ conuentu: ex Thucydidis lib. I. p.197.

XXXVI. ADHORTATIO ad bellum continuandũ.

Oratio Alexãdri M. ad milites: ex Arriani lib. II p.202

Oratio superiori proxima respondens Zeni ducis p.205

XXXVII. SVASIO CONtinuãdæ obsidionis, & in hybernaculis milites continẽdi.

Oratio Appij Claudij Trib. militum ad populum, contra Tribunos plebis: ex Liuij lib. V. *p.207*

XXXIIX. ADHORTATIO ad defectionem

Oratio Cyri ad Persas: ex Herodoti lib. I. *p.213*

XXXIX. ADHORTAtio ad societatem ac fœdus ineundum: orationibus quatuor constans.

Oratio I. Alexandri, Persarum

farum legati ad Athenienses: ex Herodoti lib. IIX. 214

Oratio II. legati Lacedæmoniorum. 216

Oratio III. Athenensium ad legatum Persarum. 217

Oratio IV. Athenienfium ad Spartanorum legatos. 219

XL. PETITIO Societatis.

Oratio I. Corcyræorum: ex Thucydidis lib. I. 220

Oratio II. Corinthiorum legatorum superiori contraria ex eodem lib. 224

XLI. ADHORTAtio ad auxilium amicis obsessis ferendum.

Oratio Camilli ad Ardeates ex Liuij libro. V. 228

XLI. PETITIO auxilij aduersus hostes.

Oratio legatorum Cāpanorū ad Senatum Romanum: ex Liuij lib. VII. ab vrbe condita. 230

Oratio II. superiori proxima respondens, Senatus Romæ ad Campanos legatos. 233

Oratio III. Legatorum Cāpanorum. 234

Oratio Varronis, consulis ad Campanos legatos: ex Liuij lib. XXIII. ab vrbe condita. 234

XLIII. PETITIO auxilij & subsidij à regni proceribus ac ordinibus cōtra communem eiusdem hostem.

Oratio Stephani Angliæ Regis ad Principes & proceres: ex Polydori Vergilij Anglicarum Historiarum lib. XII. 237

Oratio Syluestri Pogij Patritij Pisani ad Ludouicum Sfortiam & Venetos legates: ex Pauli Iouij Hist. lib. III. 238

XLIV. DISSVASIO receptionis eorum, qui belli necessitatē ac periculis coacti nostro se se imperio subjicere cupiunt.

Oratio Marci Polani ad Venetum Senatum ex historiæ Venetæ Bembi libr. III. 242

XLV. DELIBERAtio de ratione belli gerendi.

Oratio Q. Fabij Maximi ex Liuij libr. XXIIX. 245

Oratio superiori proxima respondens, P. Scipionis Cōsulis, ex eodem Liuij lib. XXIIX. 251

XLVI. SVASIO BELLI hostium in agris gerendi.

Oratio Crassi ad Cyrum & Persarum proceres: ex Herodoti lib. I. 256.

XLVII. ADHORTATIO ad Castrorum coniunctionem.

Oratio M. Minutij Ruffi equitum Magistri ad milites: ex Liuij lib. XXII ab vrbe condita 258

XLIIX. ADMONITIO de ratione pugnandi cum hostibus.

Oratio Q. Fabij ad L. Paulum Aemilium consulem: ex Liuij lib. XXII. ab vrbe condita 259

XLIX. SVASIO Deditionis

Oratio Alorchi Hispani, ad Saguntinos ab Annibale obsessos: ex Liuij lib. XXI. ab vrbe condita 261

L. DISSVASIO Deditionis.

Oratio Vibij Virij Campani ad Campanos: ex Liuij lib. XXVI. ab vrbe condita. 263

LI. PETITIO honorati in bello loci.

Oratio J. Tegeatarum: ex Herodoti lib. IX. 265

Oratio. II. Atheniensium superiori proxima respondes. 266.

LII. ADHORTATIO ad rem in bello nõ fortiter solum, verum etiam cautè bonoq; ordine gerendam.

Oratio Archidami Spartanorum Regis: ex lib. II. Thucydidis. 268

LIII. ADHORTATIO ad fortiter depellendos hostes, agrorum populatores.

Oratio T. Q. Capitolini Consulis, ad populum Rom. ex Liuij lib. III. ab vrbe cõdita. 270

LIV. ADHORTATIO ad strenuè fortiterq; pugnandum

Oratio M. Furij Camilli Dictatoris ad milites: ex Liuij lib. V. ab vrbe condita 273

Oratio M. Valerij Coruini ad milites: ex Liuij lib. VII ab vrbe condita 274

Oratio Pauli, Equitum ex Sicilia prefecti, cum fuit Adriani in mole Romæ obsessus: ex Alberti Krantzij Historiarum Suecia lib IV 275

Oratio D. Alberti A Lasko, Palatini Syradsensis ad milites: ex Vngaricarum Hist. Appendice 276

LV. DEHORTATIO prædæ.

Oratio Belisarij ad milites: ex Pauli Diaconi Iustiniano 280

LVI. PETITIO stipendij.

Oratio Xenophontis ad Seuthen: ex Xenophontis lib. VII Exped. Cyr. 281

LVII. PETITIO præmij pro laboribus & impẽsis bellicis.

Oratio Eumenis Regis ad Senatum Romanum: ex Liuij lib. XXXVII. ab vrbe condita. 285

LIIX. PETITIO Redemptionis ac liberationis captiuorum ab hostibus.

Oratio captiuorum Rom. Cannensi in pugna ad Senatũ Rom. ex Liuij lib. XXII. ab vrbe condita 288

Oratio superiori proxima contraria T. Manlij Torquati 291

LIX. ADHORTATIO ad pacem & concordiam inter ciuitates dissidentes.

Oratio Hermocratis ex Thucydidis lib. IV. 295

LX. DELIBERATIO de pace, eiusdemq; cõditionibus.

Oratio Annibalis ad Scipionem: ex Polybij lib XV. 296

Oratio superiori proxima contraria P. Scipionis Affricani ad Annibalem: ex eodem Polybij libro XV 301

LXI. ADHORTATIO ad pacē & à bello dehortatio.

Oratio Cardinalis Lotharingi ad Carolum V. Imperatorem: ex M. Bellaij cōmēt: de rebus Gallicis lib. VI. 303

Oratio Emerici Ungariæ regis ad proceres & milites ad prælium paratos. ex Antonij Bonfinij rerum Ungaricarū decad II. libr. VII. 305

LXII. PETITIO reconciliationis ac deditionis admittendæ.

Oratio Syracusanorum ad Marcellum: ex Liuij lib. XXV. ab vrbe condita 307

LXIII. PETITIO pacis.

Oratio I. Legatorum Carthaginensium ad Coss. Rom. ex Appiani Alexandrini lib. de Punicis bellis. 308

Oratio II. Hannonis Gillæ ad Romanos. 310

Oratio III. superiori proxima respondens, Censorini Cōsulis Romani. 313

Oratio IV. Legatorum Atheniensium ad Censorinum consulem. 316

Oratio Persiui ad Ferdinādum regem: ex Pauli Iouij Histor. lib. IV. 316

LXIV. CONSOLATIO in rebus aduersis ac pœne desperatis in bello.

Oratio Xenophontis ad milites: ex Xenophontis lib. III. de Cyri maioris expeditione. 318

FINIS ELENCHI.

AVTORES, EX QVORVM SCRIPTIS ORATIONES Historicæ primæ partis desumptæ sunt.

Albertus Krantzius, in Hist. Suecia. ag. p. 275

Antonius Benfinius de reb. Ung. 52. 57. 305.

Appendix Ungaric. Hist. 276

Appianus Alexadrinus de Punicis bellis. 308. 310. 313. 316.

Arnoldus Fertenus de Hist. Gallic. 163

Arrianus. 202

Bembus in Hist. Venet. 242

Cornelius Tacitus 74. 110

Dion. 6. 17. 82, 131

Dionysius Halicarnassæus 138

Georgius Bychananus de rebus Scoticis. p. 63 151. 153.

Herodianus. p. 76. 78. 79.

Heredotus 1. 3. 167. 169. 170 173. 174. 175 213. 214. 217 219. 256. 265. 266.

Ioannes Dubrauius de Hist. Boemicis p. 72. 148

Ioannes Sleidanus p. 44. 48

Iosephus p. 90. 154.

Iulius Capitolinus. 62

M. Bellaius de reb. Gallic. p. 303

Paulus Aemilius de reb gestis Francorum. p. 158

Paulus Diaconus p. 88. 280

Paulus Iouius p. 238

Polybius p. 299 302

Polydorus Vergilius in Hist. Anglic. 81. 237

Salustius 123. 127

Saxo Grammaticus in Hist. Danic. 191

Suida 59

Thucydides. p. 118. 178. 192. 197. 220. 224. 268. 295

T. Liuius 97. 102. 107. 149. 157. 207. 228. 230. 233. 244 245. 252. 258. 259. 261. 263 270. 273. 274. 285. 288. 292 307.

Xenophon. 38. 42. 143. 263 318.

FINIS.

DELIBERATIO DE OPTIMA REIPVBLICAE FORMA ELIGENDA.

Ex Herodoti Lib. III.

ORATIO PRIMA OTANIS PRO DEMOCRATIA, IMPERIO POPULARI AD PERSIÆ ELECTORES.

RESOLVTIO.

SVBLATO è viuis Cambyse, Persarum Rege: interempto & Smerdi mago, qui dolo atque fraude regiã ad dignitatem peruenerat: de Reipub. forma Persiæ consultare proceres ceperunt: quorum primus Otanes, missa Monarchia, Democratiam ac populare Imperium instituendum esse ostendit: sed quod voluit minimè obtinuit. Quæstio & status orationis est: quænã optima Reipub forma & Persico in regno instituẽda. Contra Monarchiam Otanes quinq; argumẽta adfert: quorum primũ ab exemplo Cambys(s & Smerdis magi est sumptum: qui ambo Monarchia superbè atque insolenter sunt vsi. Alterum ductum à turpitudine est: cuius Electoribus macula inureretur, si Monarchiam semel, Mago interfecto, sublatam restituerent. Tertium à conditione Monarchæ cui ἀνευθύνως, impunè licet, quæ vult, agere: hoc quasi proprium: quod etiam optimum virũ immutare, & a pristinis auocare curis atque cogitationibus queat. Qua tum ex eodem loco: quod Monarchia & insolentiam, & inuidentiam maiorum omnium fontes pariat: cum per quam pauci sint, qui fortuna secunda atque potentia non efferantur: & hac vt & opibus, ac his similibus alijs qui valent, si quid in alijs boni deprahendunt, illud sibi deberi existimãt, ideoque inuidere alijs incipiunt. Quintum ab ingenio & natura Monarcharũ: qui optimis quibusque inuident: peßimis delectantur: aliorum locum calumnijs relinquere optimum ducunt: oderunt eos, a qui-

bus non vel maximè coli sese animaduertunt: & hoc qui faciunt, rursus, vt adulatores oderunt: & quæ omnium grauissima sunt: leges ac iura patria loco mouent: vim mulieribus honestis inferunt ἀκρίτως sine iudicio legitimo alios interficiunt. Monarchiam hæc sunt quæ dissuadent argumenta. Optimam Reipub. formam Democratiam, inq; Persico regno instituendam esse duobus argumentis probatur: à nominis notatione pulcherrima ἰσονομία, iuris æquabilitate: ab incommodis, quæ non in Democratia vt Monarchia reperiuntur: cum πάλῳ sorte magistratus deligantur: habeant ὑπεύθυνον ἀρχὴν, & rationes administratorum reddere cogantur: communicent denique inter se consilia. Conciliationi illud inseruit: quod in Orationis vestibulo dubitanter suam Otanes sententiam exponit, verbũ δοκεῖ, videtur, vsurpat. Motus duo hac in oratione dominantur: Spes & metus. Excitatur spes cùm Democratiæ commoda recensentur: vt metus cùm mala exponuntur: quæ in Monarchia reperiuntur. Collocatio & tractatio horum tribus partibus absoluitur. Propositione quæ ἔνδειξιν τῆς γνώμης, sententiæ dictionem habet. Confirmatione, in qua argumẽtis notatis, cùm Monarchia improbatur, tùm Democratia laudatur. Cõclusione ἐπαναλήψει resumptione atque repetitione dicta sententiæ facta. Loci communes hic de Monarchiæ incommodis, & Democratiæ vtilitatibus obseruandi sunt. Vsus erit: cùm de Reipub. forma atque gubernatione deliberatio atque consultatio instituitur: pugnandum contra Monarchiam pro Democratia est.

I. VNVM è nobis Principem fieri, amplius mihi non vide-
II. tur. Neque enim id aut iucundum, aut bonum est. Nam & quò licentiæ Cambyses processerit, nostis, & quò Magus. Quid igitur nobis opus est Monarchia, quam sustulimus? in qua licet pro libidine agere omnia impunè? quæ „ virum, etiamsi optimus omnium fuerit, tamen, quum in ea „ positus est, extra consuetos abiecerit sensus? Quippe quum „ præter inuidiam ab initio ingenitam homini, ingeneretur „ ex præsentibus bonis insolentia. Itaque hæc duo mala habens, nimirum omnem malitiam habet; tum per insolentiã, quod expletus omnibus rebus est: tum per inuidiam multa facinora admittens. At enim vir tyrannus, vt qui omnia bona obtineat, debebat sine liuore esse. Verum ita natura comparatum est: vt is sit aduersarius popularibus suis. Siqui„ dem eorum optimis quibusque, qui superstites sunt atque „ viuunt, inuidet, deterrimis delectatur: & quod indecentis„ simum est, criminationes admittere optimum putat. Nam „ siue admireris eum modestè, offenditur, quod effusè hoc facias: siue effusè facias, offenditur, quasi sibi assenteris. Et vt exequar dicẽdo quæ maxima sunt, iura patriæ labefactat;

fœminis

fœminis vim affert: indemnatos interimit. At quum dominatur multitudo, primum quidem nomen obtinet omnium pulcherrimum, isonomian, id est, iuris æquabilitatem: deinde verò nihil eorū agit quæ Monarcha, hoc est, vnicus Princeps. Nam magistratus tum sorte deliguntur, tum administratorum rationem reddunt; omnia deniq; consilia in commune referuntur. Itaq; (vt meam dicam sententiam) censeo nobis Monarchiæ deiectoribus statum multitudinis esse optandum: in multitudine enim omnia insunt.

ORATIO II. MEGABYZI CONTRA DEMOCRATIAM PRO Aristocratia & Optimatum Statu.

Ex eodem Herodoti libro III.

RESOLVTIO.

REGNVM *abrogandum & cum populari esse imperio commutandum Otanes censuit. Diuersum ab hoc Megabyzus Electorum vnus hac in oratione statuit: & quidem Democratiam primùm oppugnat: deinde ea adfert, quæ ad Aristocratiam fauere commendandam videntur. Populare imperium probandum nimimè esse duobus argumentis ostenditur: à natura & conditione populi: quia simul hic & amens, & insolens est: & comparatione Democratiæ ac Monarchiæ: quia Monarchæ intelligentes ac prudentes sunt, quid faciant intelligunt: at nulla populus intelligentia præditus est: cum neque ab alijs edoceri sese patiatur, neque per se honesta atque vtilia cognita habeat: sed temerè agat atque fluminis instar affectibus rapiatur. Contra Democratiam hæc argumenta sunt: pro Aristocratia duo quoque adferuntur: vnum à proprio testimonio ac iudicio sumptum: quia cum ex hominibus Cambyses abijsset: interemptus quoque Magus esset: summa in trepidatione hoc est consilium inuentum: vt optimi viri delecti de instituendis rebus consilium caperent. Alterum à causa efficiente petitum: quod in Aristocratia optimi viri imperant: in legendo magistratu virtutis ac honestatis ratio habetur: à viris verò optimis non nisi optima & saluberrima consilia expectanda. Ad ἦθος & conciliandum illud accommodatum est: quod non omnia ab Otane allata Megabyzus improbat: sed quædam commendat: illa, in quibus aliquid desideratur, verecundè ac modestè indicat. Motus duo hic reperiuntur: metus & καταφρόνησις contemptio. Metus oritur: cum Democratiæ mala recensentur: excitatur contemptio: cum eiusdem ob oculos imperitia atque imprudentia constituitur. Collocatio horū duabus partibus absoluitur: Exordio, quod διαίρεσιν seiunctionem & ὑπόθεσιν notationē controuersiæ habet: & Confirma-*

tione, in qua cur popularis Status improbandus: præferenda huic Aristocratia sit, ostenditur. Loci communes hic notandi de populi imperitia, amentia, superbia, & Optimatum statu, qui optimus censendus, quia ab optimis viris gubernatur. Vsus, cum suadere volumus, ne imperito popello imperium permittatur: verùm ad Optimates deferatur.

QVAE Otanes dixit de obolenda tyrannide, ea sint pro dictis à me quoq;. Sed quatenus hortabatur, summam rerum deferri ad multitudinem; in hoc ab optima errauit sententia. Etenim populari multitudine nihil est neque ›› insipientius, neq; insolentius. Itaq; eos qui tyranni sæuitiam ›› fugiunt, ad intemperantis plebis recidere sæuitiam, nequa›› quam tolerandum est. Nam tyrannus, si quid facit, intelli›› gens facit: at plebi suum est, nihil intelligere. Quo enim pa›› cto sciat, qui neq; edoctus est, neq; honestum nouit ne do›› mesticum quidem? & qui ad res agendas, sine consilio præceps ruit torrenti flumini similis? Quare si qui malè consultum Persis cupiunt, ij Statu populari vtantur: nos verò cœtum virorum optimorum delecto, ad eos imperium deferamus. Nam inter eos & ipsi erimus, & ex optimis viris credibile est optima existere consilia.

ORATIO III. DARII PRO MONARCHIA, VNIVS Dominatu.

RESOLVTIO.

TERTIAM *Oratio hæc sententiam de optima Reipub. forma continet, & pro Monarchia pugnat, cōtra popularem & Optimatum statum his argumentis: quod in Monarchia. 1. vnus aliquis & quidem optimus imperij habenas teneat: indeq; optimo animo vtatur: hinc consilia proficiscantur optima: subditorum fida tutela suscipiatur. 2. non modo consilia sint bona, sed hæc eadem quoque occultētur: non hostibus vel alijs enuncientur: vt non rarò in alijs Rerumpub. fieri formis consueuit. 3. nequaquam odijs ac simultatibus vexetur, vt Aristocratia. 4. non improborum conspirationes necesse habeat metuere, vt Democratia. 5. ad Monarchiam, tanquam Asylū aliquod confugiant homines ab alijs vexati & agitati: dum & in Democratia & Aristocratia vnius alicuius nixi prudentia, probitate, iustitia, rebus suis consulere cupiunt. 6. hæc ipsa libertatem aliaque bona, & adferat, & conseruet. 7. Leges patriæ de Monarchia bene vtiliterq; latæ non sint dissoluendæ. Adūθ & & conciliationem sunt accommodata: cum laudatur Megabyzi electoris dicta sententia:*

tia: non apertè Optimatum ac populi Status damnatur, sed comparatio instituitur. Motus duo hic dominantur: spes seu confidentia, & metus: Illa cùm commoda recensentur, quæ secum Monarchia affert: hic cùm mala commemorantur, quæ oriri solent, cum vel penes populum, vel optimates summa rerum potestas est. Partibus horũ collocatio ac tractatio quatuor absoluitur: principio in quo quid probandum sit superioribus in orationibus ostenditur. Propositione facta προτιμήσει æstimatione & comparatione trium generum Respub. Confirmatione, quæ septem argumenta Monarchiam commendantia continet. Conclusione, quæ ἀπόφανσιν γνώμης, sententiæ dictionem habet. Loci hic communes sunt, de bonorum consiliorum occultatione: æmulationibus optimatum perniciosi: studio vincendi in sententijs dicendis: Monarchiæ commodis. Vsus, cum, comparatione facta Rerumpub. vnius imperium anteponendum esse reliquis ostendere volumus.

QVAE Magabyzus dixit, quatenus popularem ad Sta- I.
tum pertinent, rectè mihi videtur dicere: quatenus
ad statum paucorum non rectè. Propositis enim tribus statibus, & his omnibus optimis: vt optimè imperet populus:
optimè pauci: optimè vnus: inter hæc multò antecellere vnius imperium sentio. Nam vnius viri, qui optimus sit, imperio, nihil melius esse constat. Quod qui sentit, non imme- II.
ritò statum popularem nullum faciat: vt taceam, sic præcipuè consilia in aduersarios trahi solere. Porrò in paucorum III.
Statu, cũ plures virtuti incumbant in publicum: vehementiora priuatim odia excitari consueuerunt. Cùm enim quisque princeps esse optet: & in dicenda sententia vincere, ad ingentia inter se odia tendunt: ex quibus seditiones existũt: è seditionibus cædes: à cædibus ad vnius imperium deuenitur. Vnde intelligitur, quanto sit hoc illo præstantius. Iam verò plebe imperante, abesse non potest, quin malitia exoriatur: exorta malitia in Repub. inter malos odia non fiunt, sed amicitiæ validæ. Qui enim aduersus Rempub. facinorosi sunt: mutuò se occultat: idq; tamdiu fit, dum aliquis populo præpositus tales homines compescat: is videlicet, quem populus inter cæteros admiratur. Hic cum admirationi est, tunc verè Monarcha ostenditur: declarans in hoc, Monarchiam esse omnium præstantissimam. Atq;, vt in summa omnia colligam, vnde nobis libertas extitit, & à quo data? A' populo ne, an ab Oligarchia, an à Monarchia? Ego sentio, IV.
cum sitis per vnum virum liberati, vos debere talem
rem complecti: ne alioqui leges patrias dissoluatis bene conditas: quod nequaquam expedit.

DE PRINCIPATV AVT RETINENDO, AVT DEPONENDO & cum Democratia commutando, deliberatio.

Ex libro LII. Dionis.

ORATIO AGRIPPAE AD Augustum.

RESOLVTIO.

CVM post Iulij Cæsaris interitum Augustus victorias insignes plurimas reportasset: cũ imperio esset pacem cõsecutus, de Repub. populo Romano restituenda cogitare cœpit, eaq; de causa in consilium adhibuit prudentissimos ac doctissimos viros Agrippam & Mecænatem, qui, etsi essent in alijs omnes concordes & fidi cum primis Augusto, tamen hac in consultatione discrepantes ac diuersas sententias habuerunt. Et quidem Agrippa omnino statuit: Augustum debere Reipub. imperium restituere, & Monarchiam cum Democratia permutare: Mecænas contra retinendum esse principatum arbitratus est: sed ita, vt quæ principis essent boni, sequeretur Augustus, declinaret, quæ Tyrannorum esse propria consueuerunt. Et quidem, quod voluit, obtinuit. Propterea quod Augustus, vt Dion testatur. Mecænatis oratione motus, imperium retinuit: Senatores tamen admisit: ne nimis insolenter atq; tyrannicè vti imperio videretur. Argumenta verò quibus sententiam tueri suam, & quod cupit, impetrare Agrippa conatur, sunt: quòd 1. Aequitas postulat, vt qui eiusdem sunt naturæ, nationis, conditionis, iisdem cùm moribus, tùm legibus educati, vsum cõmunem, quoad animum & corpus patriæ conferunt: iisdem quoq; honoribus, dignitatibus, magistratibus fungantur. 2. Omnes homines à natura principatum appetant: quia scilicet à dijs originem habent, & ad eosdem cupiunt redire: ideoq; semper sursum spectant, non humi repere, aut aliorum sese pedibus subijcere & subesse volunt: simul etiam æquum esse censent, vt qui periculorum, laborum, sumptuum sunt participes, non à præmijs quoq; & honoribus excludantur. 3. Reipubl. forma illa optima iudicanda, in qua iniuria prohibentur: virtutes excitantur, fouentur, prædicantur, odio vitia habentur, singulorum damna communia iudicantur: quæ omnia in Democratia, non Monarchia fieri Agrippa docet. 4. Molestum ac periculosum principatũ tenere Romæ, atq; adeo toto Rom. in imperio, cuius status perturbatissimus deprehenditur: dum ciues iam diu libertati assueti, eripi sibi eam grauiter molesteque ferunt: socij ac vectigales iam suis vtuntur legibus, & sunt libertate donati, vt per sit arduum ac difficile futurum, in seruitutem eos redigere. 5. Dissimul-

ficultas rei nũmariæ magna Romæ & in imperio sit: quæ tamen ad principatum, cùm comparandum, tùm conseruandum opus, hanc malunt in Democratia, quàm Monarchia homines conferre & contribuere. 6. Dominatum deponere non esse e: molestum ac graue debeat: cui in hoc ipso ex pœnis & supplicijs inuidia, aut periculum aliquod metuendum. 7. Aliàs hostes multi ijque potentes metuendi: siquidem ad vnius potentiæ odium non pauca impellunt: genus vetustas ac splendor, opes, amicorum multitudo: incommoda sese magna offerunt: siue tales, aut relinquantur, aut è medio tollantur. 8. Etiam collegis, & ministris, adiutoribus in dominatu vtendũ, in quibus siue boni illi, siue mali extiterint, reformidandæ multa offensiones. Si enim boni in Monarchia ac strenui adhibentur, periculosum hoc est, quod plerunque insignes ac magni viri audaces & magnanimi sunt: deinde in libertatis cupiditatem, odium Monarchiæ deueniunt. Quod si verò mali ac obscuri & vulgares adhibeatur, rursus odium exoritur, & princeps studio videtur deteriores adhibere, metuere ac fugere magnos & claros: subditi etiam eiusmodi hominibus subesse recusant. Quin & euecti tales ad honores aut officia, fiunt insolescunt: cuiusmodi eorum esse conditio consueuit: qui ex pauperculis diuites: obscuris, nobiles: abiectis, potentes fiunt. Contraria Democratiæ ratio est: vbi quo sunt ditiores & fortiores homines: eò magis honores appetunt & hac ipsa de causa augent ciuitatem: cum in eos ipsos, vt & ciuitatẽ vtilitas redũdet. 9. Græci & alij sub Monarchia infelices florẽtes, contrà ac beati sub Democratia fuerint: id quod exẽpla Thebanorũ, Atheniensiũ, Megarensium testantur. 10. Romani oderint & detestati sint vnius dominatum · permutarint Monarchiã cum Democratia vtiliter, propter iniurias ac tyrannidem regum & libertatis desiderium: in Democratia ad potentiam & imperium summum peruenit: cũ Senatus primò censeret: deinde iuberet populus: tũ præstò esset exercitus: postremò imperatores, gloriæ cupidi: strenuè fortiterq; rem gererent. 11. Cũ molestijs, laboribus, periculis multis ac magnis: voluptate aut nulla, aut exigua principatus coniunctus ideoq; meritò fugiendus. Qui enim amplum habent imperium, eos necesse est curare & metuere multa, multa videre & audire, quæ nolunt: facere ac pati non pauca ingrata. Sed & Augustus valetudinarius fuit, ac sine molestia magna, multos sustinere labores, curas ferre non potuit. 12. Reperti quidem non nulli, qui non oblatum ambitiosè ad se dominatũ pertraxerint: sed plures qui regnare noluerint, eaq; de causa feliciter ac tranquillè degerint. 13. Vrbs Roma libera extiterit & alijs hominibus imperant: ac propterea non facilè sub iugum mittetur, aut Augusto vel alteri alicui sit obtẽperatura. 14. Puniti à Romanis fuerunt nonnulli, ob nimiam potentiam & regni affectati suspicionem: vt Camillus, Scipio, Iulius Cæsar, alij. Probantia hæc argumenta 14 sunt: quibus ab Agrippa ostenditur S.P.Q.R.

restituere Augustum imperium, Monarchiam cum Democratia cõmutare debere. Refutantur & quatuor sparsim, quæ contrà obijci poterant: primò esse præclarum magnam in alios potestatẽ habere: frui opibus: multis satellitibus stipatum: seruorum instructum turba esse. Secundò singulare quidesse, habere facultatem perdendi & è medio alios tollendi. Tertiò principes ac Monarchas, dum soli rerum potiũtur prodesse plurimis sua liberalitate & munificentia. Quartò, principatus ac dominatus abrogationem posse occasionem Romæ præbere multis seditionibus & tumultibus. Respondetur autem ad 1. Eos, qui multum possunt, multa quoq; habere, quæ agant: opibus ac facultatibus abundantes cogi sumptus quosq; magnos facere: stipatores corporis & seruos propter insidiatorum multitudinem adhiberi: miserum autem esse perpetuo in motu viuere. Ad 2. Illos, qui alijs nocere cupiũt, & Dijs & hominibus esse inuisos: reformidare cogi, ne ab alijs è medio tollantur. Ad 3. Honestum hoc ac laudabile esse in priuatis: propter verò mala, quæ simul sese offerunt, minus ponderis momentique in Monarchis habere: eiusce modi in liberalitate difficultates sese plurimas offerre: siue cõpotes homines voti reddãtur: siue spe sua excidant. Ad 4. Comparatione facta Monarchiæ ac Democratiæ, multò citiùs homines vnius tyrannide oppressos tumultũ excitare & res moliri nouas, quàm cum dominatus deponitur: deinde semper metuendas magis illas discordias esse, quæ ex populari imperio existunt, quam quæ ex Monarchia eueniunt, quòd ita facilè coerceri & contineri populus grunniens non potest. Ad ἦθος porrò ac conciliationem animorum quod attinet, mores suos amabiles Agrippa ostendit: Augusti sibi parat beneuolentiã, cum primò indicat: se, etsi ex principatu retento possit cõmodũ haud vulgare acquirere, tamen eundem dissuadere: quia minus vtilis principi futurus videatur. Curã deinde ac solicitudinẽ suã testatã facit: quæ sint futura notat. Tertiò candorẽ & integritatẽ aperit cùm prolixè ostendit: odisse sese fraudes & dolos: magis etiam illos probare, qui in aliquẽ iniuria inuadunt, quàm qui occultè istud faciunt. Quartò dicẽdi libertatem profitetur, quæ maximè fidum consiliarium commendat. Postremò laudat Augustum, quod mendacijs & adulationibus non capiatur: omnibus prodesse, nocere nemini cupiat. Motus excitatur: Metus in Augusto, cum mala & incommoda illa recensentur, quæ euentura, si dominatus retineatur: exempla eorum Romanorum afferuntur, qui propter affectatum regnum, aut leniculam eius suspicionem extremum in periculum deuenerunt. Pudor exoritur, quando prolixè ostenditur: turpe hoc Augusto fore: si S. P. Q. R. videatur decepisse: & sub pallio vltionis Cæsaris, dominand cupiditatem occultasse. Inflammatur καταφρόνησις contemptio: cum docetur: non ita magna dominatus esse emolumenta ac commoda, vt vulgò habeantur: conferuntur quoq; ea cum malis ijs, quæ esse cum Monarchia coniuncta solent. Collocatio & tractatio

tractatio horum absoluitur: Exordio ad beneuolētiam accommodato, quam sibi conciliat Agrippa sententijs moratis, modò indicatis. 2. Confirmatione, in qua collatione facta Monarchiæ & Democratiæ, aliquot præterea argumentis allatis alijs, ostenditur, principatum ab Augusto deponendum esse. 3. Refutatione in qua quatuor refelluntur, quæ ad retinendum dominatum Augustum impellere poterant. 4. Peroratione προτρεπτικῇ adhortatoria: vt arma, prouincias, magistratum, pecunias populo Augustus restituat: verùm ita, vt Syllæ exemplo, decretis ac legibus constituat, quæ esse vtilia ac necessaria videntur. Loci & aphorismi politici hic obseruandi: de officio amicorum & consiliariorum principum fide in sententia dicenda: adeo hominum fraudulentorum ac fucatorum: de Democratiæ dignitate, vtilitate, æquitate: difficultatibus & molestijs Monarchia, adulationibus, vtpote extremè perniciosis metuendis. Vsus erit: cum de principatu vel retinendo, vel restituendo, consultatio ac deliberatio instituitur, inq; partem posteriorem concludendum videtur.

ETsi te, Cæsar, solo summæ totius imperij præfecto, multa inde ad me redierunt bona; mirari tamē non debes me ab ea Reipublicę administratione te dehortari. Nam siquidem ea tibi quoq; conducibilis futura esset, omni studio in ea tibi asseruanda laborassem: nunc, cum longè diuersa sit huiusinodi imperatoris & amicorum eius conditio: cum hi quos velint fructus citra inuidiam ac pericula percipiant, ille vtrisq; his sit obnoxius: non priuatum meum commodum (quod ne in alijs quidem negotijs sequi soleo) sed tuam ac publicam salutem spectādam mihi esse censui. Proinde per otiū omnia ea, quæ adsunt imperio huic quod vnus supremum gerit, expendamus: eoq; facto id sequamur, quod ipsa nobis ratio ostendet. Neq; enim quisquam dicet omnimodo id imperium, etsi minimè nobis expediat, esse a nobis expetendum. Nam si id quidem statuerimus, alterum horum accidat nobis necesse est, vt vel secundam fortunam ferre nō potuisse, successuq; rerū prospero de sanitate mentis deiecti videamur: vel cum iam dudum summam rerum affectauissemus, pietatis in patrem tuum inq; S. P. Q. R. præscriptione vsi censeamur, non vt hos insidiatoribus liberaremus, sed vt ipsos in seruitutem redigeremus: quorum sanè neutrum crimine vacat. Quis enim non indignè ferat, alia nos in ore alia in pectore gessisse cernens? Qui vero non maioribus nunc odijs impetamur, quam si initio statim, cupiditate nostra detecta, regna affectassemus? Nam vi aliquid tentare, etsi id cum iniuria aliorum coniunctum est, tamen humanæ naturæ conueniens quodammodo esse exi-

ſtimatur. Qui enim alios quapiam in re præſtat, ijs plus habere ſe æquu iudicat: idq; ſi conſequatur, fortunæ potentiæ: ſin minus, fati legibus adſcribitur. Qui verò inſidioſè ac malitioſè idem conatur, primum fraudulentus, peruerſus, improbus, prauiq; ingenij homo eſſe iudicatur: (quæ tibi aliorum vel ſermone, vel opinione tribui, ſatis ſcio te ferre nõ poſſe, ſi etiam orbis terrarum inde ad te redeat arbitriũ) deinde vel adeptus id quod petebat, iniuſtè reliquis ſuperior factus: vel, ſi ſecus ei conatus ceciderit, meritum infortunium tuliſſe cenſetur. Quæ cum ita ſint, certè non minus crimen nobis impingetur, ſi etiam initio nulla huiuſmodi
,, cupiditate acti, nũc ea appetamus. Longè enim deterius eſt
,, præſenti conditione ſuccumbere, & ſe continere nequire,
,, doniſque fortunæ non rectè vti, quam aduerſis rebus im-
,, pulſos alijs iniuriam inferre. Hoc enim ij faciunt qui à ſuis
,, calamitatibus etiam inuiti, vtilitatis ſuæ cauſa aliquid pec-
,, care coguntur: cum illorum impotentia voluntaria ſit, ac præter ipſorum quoq; commodum ea agant. Iam qui nulla æquanimitate ſunt prædití, neq; moderari oblatis ſibi bonis poſſunt, quomodo eos putandum eſt aut alijs rectè imperaturos, aut res aduerſas rectè toleraturos? Proinde ita nos hãc deliberationem ineamus, vt neutro horum vitiorum laborare, aut imprudenter velle quicquã agere videamur: ſed id ſecuturi, quod conſultãtibus nobis optimum viſum fuerit. Dicam autem liberè quod ſentio: nam neq; aliter ipſe loqui poſſum: & mẽdacia adulationibus coniuncta te nequa-
,, quam libenter auditurũ noui. Aequalitas & nomen eſt ſpecioſum, & res iuſtiſſima. Qui enim eandẽ naturam acceperunt: ex eadem gẽte ſunt nati: ijſdem moribus educati: ijſdẽ legibus inſtituti; eundem corporum animorumq; vſum patriæ exhibent; quî non iuſtum ſit, eos cęterorum quoq; omnium communitatem habere? quî non optimum ſit, nemi-
,, nem alteri, niſi virtutis cauſa, præferri? Qui enim eadem ſunt
,, conditione nati, æqualitatem appetunt, eaq; potiri gaudent,
,, deſtituti dolent: hominesq; cum & ex Dijs ſint orti, & ad eos
,, redituri, ſurſum reſpiciunt, ac neq; volunt ſub vnius ſemper eſſe imperio, neq; ferunt ſe laborum, periculorum, impendiorumq; participes, rerum meliorum cõmunicatione priuari: ideoq; ſi cogantur omnino aliquid huiuſmodi tolerare, eum à quo ſibi vis facta eſt, odio habent. Omnes enim
,, habere in alios imperium cupiunt, ac propterea ipſi quoq; aliqua ex parte parẽre alijs indignantur: nolunt alios ſe potiores eſſe, ideoq; ipſi etiam alijs ſe vi non pręferunt: gaudẽt honoribus ab æqualis dignitatis hominibus, laudant ſupplicia

plicia ex præscripto legum irrogata. Qui, si hac ratione Respublica administretur, cōmunia & bona & mala ducentes, nihil aduersi ciuium suorum vlli, omnia prospera cōtingere optant: ac si quis ipsorum virtute aliqua præditus est, eam & ostendit promptè, & exercet studiosè, & libentissimè illustrē facit. Sin virtutem aliquam in alio inesse animaduertit, eam & producere in medium paratus est, & omni studio augmenta eius adiuuat, honoresq; ei summos defert: ibi si quis improbè quicquam agit, odio eum reliqui omnes, sin aduersam patitur fortunā, misericordia prosequūtur: cōmune totius ciuitatis & damnū & dedecus quod inde accidat existimantes. Hæc fiunt vbi populus in Republica principatū obtinet: in vnius principatu diuersa eueniūt omnia. Quæ ne sigillatim persequar, nemo certè est qui sibi boni aliquid adesse videri velit. Nam plerunq; id inimicitia eius qui summam rerū obtinet, sequitur: verū huius mores vnusquisq; sibi regulam vitæ suæ proponens, ipse etiā ea tantū exercet „ vnde sine periculo priuatū lucrum speret. Quo fit, vt pleriq; ꝓprio tantū cōmodo intenti, omnes alios oderint, eorumq; felicitatem suum damnum, infortunia suum emolumentum putent. Quæ cum ad hunc modum se habeant, non video quid te meritò ad principatum cum nemine alio communicandum incitare debeat: cum non modò is populo molestus, sed tibi ipsi longè sit futurus difficilior. Nonne enim vides quomodo vrbs, resq; vrbanæ etiamnum sint conturbatæ? quàm difficile sit futurum, plebi nostræ libertatem, in qua tot annos vixit, adimere? quam arduum socios subditosq; partim antiquitus populari imperio rectos, partim à nobis ipsis libertate donatos, nunc in seruitutem redigere, idq; tot circū nobis instantibus hostibus? Vtq; ab eo quod primum est, ac minimum, ordiar, pecunias te multas vndiq; conficere necesse est. Neq; enim ex his, qui nunc sunt reditibus cùm ad alia tùm ad alendos exercitus impēsæ suppetent. Iam etsi nulla Respubl. sine sumptibus constare potest, tamen in ea, vbi penes populum est imperium, multi multā „ pecuniam conferunt; etiam liberalitatis opinionem vt consequantur, ac pro iis honores meritos adipiscantur. Quod si etiam vniuerso populo pensionem imperare necessitas postulat, tamen ideo perferunt, quod sibi ipsis se obtemperare, ac in suum ipsorum vsum conferre pecuniam arbitrātur. At contrà, vbi vnus omnib⁹ dominatur, eum vt diuitiis abūdantem, solum impensas facere æquum esse cuncti iudicant: studiosius reditus quam sumptus quos is faciendos habet, indagantes: ac neq; priuatim libenter vltróve aliquid pendunt; neq; sua sponte publicas pensiones offe unt. Quo-

cum illud quidem nemo facere animum induxerit, (neque enim facilè diuitem se esse confitebitur quisquam) neq; ex vsu principi esset hoc fieri. Statim enim is, qui vltrò pecuniã obtulisset, à vulgo ciuitatis studiosus iudicatus, animo elatus cõcutere præsentem statum Reipublicę instituerct. Hoc autem posterius omninò molestum plerisq; est, idq; eò magis, quod damnum esse suum, emolumentum ad alios redire vident. Nam, vbi popularis est Reipublicæ gerendæ ratio, permulti quoq; eorum, qui pecuniam pendunt, stipendia merere solent, atque ita quodam pacto eam recipiunt: sub vnius dominio ferè alij sunt qui agros colunt, nauigant, ac ciuilia munia obeunt, quibus præsertim pensiones incumbunt: alij verò arma ferunt, & mercedem militiæ accipiunt. Atq; hæc vna est earum rerum quæ tibi molestiam exhibebunt: altera hæc est. Omnino opus est vt vnoquoq; tempore in maleficos homines animaduertatur. Pleriq; enim (quod in tanto imperio, tanta hominũ multitudine, maximè statu Reipublicæ immutato, fieri solet) non admonitionibus, nõ exẽplis in alios statutis emendantur: sed necessitas exigit vt ignominia, exilio, aut morte mulctati coerceantur. Quibus, si alios iudices constitueris, vtiq; absoluentur, fauore eorum damnatione euitata, hi inprimis, quibus tu infensus esse putaberis, (nam iudices non nihil potentiæ sibi arrogant, si quid contra principis sententiam fecerinr) aut si qui condemnabuntur, ex composito in tui gratiam damnati videbuntur. Sin ipse iudicis munus obire statueris, multis tibi æqualium tuorum (quod quidem durum est) suppliciũ irrogandum erit, omninoq; ira magis, quàm iure in eos vindicasse existimaberis. Nemo enim credit eos qui vim inferre possunt, si iudicum munere fungantur, ex iustitia agere: verum hæc omnium est opinio, speciem eos, ac quasi adumbratum quoddam exemplar Reipub. propter verecundiam veritari actionum suarum prætendere, ac sub iudicii nomine cupiditatem suam explere. Atqui vbi Respublica populi arbitrio gubernatur, longè secus euenit. Hic enim priuatis criminibus priuati iudices, publicis publici constituti sunt, qui sorte lecti sentẽtias ferant: itaq; iudiciorum exitum facilius homines ferunt, cum eum, neq; potentiæ iudicis, neq; gratiæ imputare possint. Ad hæc præter facinorosos, multi genere, diuitiis aut alia quadã re clari, viri alioquin boni, principatui tamen vnius hominis infensi existunt: Hos neque si augeri patiare, tutus viues, neq; si opprimere coneris, iustè ages. Quanam igitur eos ratione tractabis? Si generis eorum dignitatem deiicies, diuitias imminues, spiritus eorum magnos

gnos deprimes,omni te subditorum beneuolentia priuabis. Quis enim ei bene cupiat,per quem neq; nobili,neq; honestis diuitiis prædito,neq; potenti, neq; forti : neq; prudenti esse cuiquam liceat? Sin hæc singula crescere sines,haud facile tibi erit rationem inuenire, quomodo iis vtaris. Nam si vnicus ipse ad ciuilia simul bellicaque negotia rectè & suo quæuis tempore conficienda sufficeres, neq; adiutores tibi ad hæc opus essent,alia nimirum fuisset ratio. Nunc,cum tibi ea omnino incumbat necessitas: vt multos habeas laboris tui socios,quorum opera tot terras gubernes, eosq; omnes vtiq; fortes esse prudentesq; expedit : nonne, si iis exercitus ac prouincias committes , periculum erit ne tu, ac Reipublicæ sub te institutæ forma euertatur. Neq; enim vir " egregius vllus sine magno animo nascitur , neq; ea magna- " nimitas ex seruili vitæ ratione oritur : neq; fieri potest quin " animo sublimi ac spiritibus altis præditus,libertatis cupiditate ducatur,dominumq; omnem oderit.Sin huiusmodi viros nullis negotiis præficias , sed ea ignauis, ac nullo in numero reputatis hominib' iniungas,celeberrimè & strenuorum iram propter contemptam à te eorum fidem concitabis,& maximis in rebus clades patieris. Quid enim præclari homo ignauus aut ignobilis gerat ? quis eum non despiciat hostis ? quis ei socius obtemperet ? quis militum non dedignetur eius dicto audiens esse? Enimuero quæ inde mala proueniant pleraq;,nihil opus habeo tibi,qui ipse compertum hoc habeas, exponere : hoc omittendum vnum non fuit, huiusmodi virum, si rem malè gerat, plus tibi damni, quàm ab hostibus sit expectandum, daturum : sin rectè aliquid egerit,statim eius animũ, omnis nimirum bonæ disciplinæ expertem,amentia correptum iri,eumq; inde tibi ipsi formidabilem fore. Quod mali à Reipublicæ statu ei, cui populus præest,longè abest : vbi quanto plures viri diuites ac strenui fuerint, tantò hi magis vrbem liberalitate ac virtute sua augent, iisque vrbs læta vtitur, nisi si quis tyrannidem affectauerit:in eos enim acerrimè vindicant. Iam Græcorum etiam res hoc approbant, longè meliorem esse populi principatum vnius alicuius imperio : quia hi quoque quandiu vnus solus Rempublicam eorum gessit,nihil egregium perfecerunt : postquam autem populus administrare cœpit,præclarissimam famam adepti sunt. Apparet idem ex alijs etiam populis : quorum qui sub tyrannis viuunt , apud eos perpetua seruitus, & insidiæ contra principem reperiuntur: qui verò annuis magistratibus, aut etiam ad longius tempus constitutis, vtuntur, liberi ac suis legibus vtentes

agunt.

agunt. Quanquam quid attinet uti nos exteris exemplis, cum domestica suppetant? Nos enim ipsi Romani, cum ante diuerso modo Republica instituta multa pertulissemus incōmoda, deinde libertatem appetiuimus, eamq; consecuti, ad præsentem potentiam peruenimus: non aliis quidem vllis quàm popularis Reipublicæ administrationis adiuti bonis, cum & senatus autor fieret, & populus iuberet, & milites strenui, & duces liberales essent. In regno quidem nihil horum fit, ac propterea eius tanto odio prisci Romani affecti fuêre vt detestarentur eam Reipublicę formam. His omissis, si etiam de tuo priuati commodo dicendum est, quomodo laborem die noctéq; tot tantisq; rebus administrandis impendendum toleraturum te putas? quomodo valetudinem tuam ad id sufficturam? quomodo iis te quæ homines bona habent, fruiturum? aut quomodo his spoliatus, felix futurus es? quando tandem aut veram voluptatem aliquam
›› senties, aut à magnis molestiis vacabis? Necessum enim o-
›› mninò est, vt qui tantum imperium gerat, multis curis ac ti-
›› moribus conficiatur: voluptates minimè percipiat: mole-
›› stissima quæque identidem, & videat, & audiat, & sentiat.
Quæ, nisi fallor, causa Græcos barbarosq; nonnullos mouit: vt oblata regna respuerent. Hæc igitur maturè cognoscens,
›› prius expende quam ea tibi eueniant. Turpe enim, aut po-
›› tius impossibile est, eum qui se semel in ea demiserit, iterum
›› inde emergere. Neque imponere tibi debet vel potentiæ magnitudo, vel diuitiarum abundantia, vel stipatorum fre-
›› quentia, vel te demerentium turba. Nam & magnitudinem
›› potentiæ occupationes multæ, & magnas diuitias impensæ
›› ingentes necessariò sequuntur: & tantus satellitum nume-
›› rus propter multitudinem insidiantium contrahitur: adu-
›› latores verò ad perniciem quàm salutem parandam plus faciunt. Hæ igitur nemini sano causæ appetendi summi imperij debent esse: sicut, ne hæ quidem, quod locupletare, ac cōseruare, multisq; aliis beneficiis multos is qui solus summæ rerum præest, imò verò etiam contumeliis ac iniuriis afficere quos vult potest. Nam qui propterea censet fastigium illud ambiēdum esse, maximo errore is ducitur. Quid enim tibi commemorem quàm turpe, quàm periculosum, quam Diis hominibusque exosum sit, libidini ac flagitiis se dedere: cum neq; in te hoc competat, & ipse statuerim dicere. non modò quæ is, qui potentia sua rectè vti nesciat, mala edere possit, verum etiam, quæ iis, & agenda, & toleranda sint, qui omnium optimè eam potentiam gerant. Iam quamplurimis posse benefacere, est hoc quidem dignum

quod

quod magno ſtudio quiſquam conſequi curet: verùm, ſi eam beneficentiam priuatus aliquis exercet, tum & honeſta, & venerabilis, & glorioſa, & tuta eſt. In vnius principatu primum ea non tanti eſt, vt reliqua incommoda, quæ ſunt multa, compenſet, vtq; hæc quoq; propter eam ſint ferenda: præſertim cum huius fructum alij ſint percepturi, ad te verò ſolum iſtorum moleſtia reditura. Deinde non eſt perinde, vt videri alicui poteſt, ea res ſimplex ac expedita, neq; vnus ille ſummam in omnia poteſtatem obtinens, omnibus qui aliquid beneficij deſiderant, ſatisfacere poterit. Omnes enim fermè homines ab eo aliquid accipere poſtulabunt, etiamſi nullum iis beneficium debeatur. Quippe ita com- " paratum eſt à natura, vt vnuſquiſq; ſibi placeat, ac boni ali- " quid ab eo qui dare poteſt, adipiſci velit. Atqui reſpectu tã- " tę eorum, qui beneficia poſtulãt, multitudinis, facilè numerus iniri eorum poteſt, quæ ipſis largiri ille queat, honorum inquam, magiſtratuum, & aliquando etiam pecuniæ. Quæ cum ſint, in odium eorum, qui id quod petebant, nacti non ſunt, facilius incurret, quàm eorum fauorem conſequatur, quorum voto ſatisfactum eſt. Hi enim, tanquam debito ſibi exoluto, alioquin etiam non exiſtimantes magnam ſe ei qui dedit gratiam debere, cum ſint nihil ſua opinione amplius conſecuti. Præterea quoq; gratiarũ actionem ſubterfugiunt, ne ea re ſe indignos acceptorum beneficiorum fuiſſe profiteantur: illi ſpe ſua fruſtrati, duplicem iniquo id animo ferendi cauſam habent: vnam, quòd priuati re ſua (pręcipiunt enim animo omnes ea quæ cupiunt) ſibi videntur: alteram quod ſibi alicuius culpæ conicij, eam quia impetrarent id quod ſperauerãt, obſtitiſſe putant. Nam qui beneficia con- " ferre rectè intẽdit, is pro ſuo vnumquenq; merito vt tractet, " prouidet, ac ita alios muneratur, alios præterit: vt iam huius ipſius iudicium aliorũ animos extollat, aliorũ indignationẽ ipſa cõſcientia eos ſtimulante excitet. Quæ ſi quis veritus, diſtribuere beneficia diſcrimine iſto neglecto, ſtatuerit, vehemẽter errabit. Nam & mali inconuenienter honore " affecti, deteriores fient: vel laudari ſe tanq̃ bonos, vel tanq̃ " formidabiles demulceri opinantes: & boni, cũ ſe malis po- " tiores non haberi, neq; plus illis ſibi tribui videãt, maiorẽ ex " eo ꝙ malis æquati ſint, moleſtiã, quàm ex beneficio gaudiũ percipient: ac proinde, omiſſo virtutis ſtudio, deteriorum vitam imitabuntur. Quo efficitur, vt ab hac ipſa munificentia neq; bonus aliquis ad principem redeat fructus: & qui beneficiis afficiuntur, peiores abeant. Vt ſi prorſus aliquid in regia poteſtate ineſt, quod te delectet, certè intelligas

difficile

difficilimam tibi hanc rem futuram. Quapropter hæc, & quæ paulò ante retuli, cum animo tuo cogitans, consilium, dum res patitur, cape, ac populo arma, prouincias, magistratus, & pecunias redde. Quod si vltrò nunc feceris, cum summa id tua apud omnes mortales gloria ac securitate fiet. Sin expectabis, dum vis tibi inferatur, fortassis malum aliquod cum dedecore patieris. Documento sint: Marius, Sylla, Metellus, ac Pompeius initio, qui rerum potiti statim a dominatione se abstinentes, omnia pericula euitauerunt: contra Cinna, Carbo, Marius alter, Sertorius, atq; idem Pompeius, postea temporis principatum affectantes, malè perierunt. Haud facilè enim hæc vrbs, quæ tot annos populi arbitrio gubernata est, tot populis imperat, seruire alicui dignabitur. Audiuisti etiam hoc, quemadmodum Camillum maiores nostri, quod albis equis in triumpho vsus esset, in exiliũ egerint: vt Scipionem euerterint, quod eum Rempublicã defraudasse indicassent. Meministi quæ in patrem tuum statuerint, quod regnum eum petere suspicarentur: at certè præstantiores his viri nulli vnquam extiterunt. Neque ego tibi suadeo, vt tantum principatum deponas, sed vt prius omnia quæ ex vsu Reipublicæ sint, agas, tuumq́; principatũ edictis ac legibus, quas fieri expedit, claudas, Syllæ exemplo. Cuius, etsi pòst quædam statuta abolita sunt, pleraque tamẽ & potiora supersunt. Neq; est quod obiicias futurum vt hoc modo seditiones quidam excitent. Multò enim minus (vt prius ostendi) sub vnius potestate esse tolerabunt. Itaq; si omnia quæ expedire possunt, præmeditati fuerim', absurdissimum fuerit profectò, potius seditionum, quas popularis Reipublicæ status secum fert, metu moueri, quàm tyrannidis: quæ ex vnius imperio enasci solet. Cuius de malis dicendum mihi non duxi: quia non consilio traducendi, rem alioquin criminationibus opportunissimam, hæc verba feci, sed vt ostenderem hanc esse eius naturam, vt neque boni viri ——

Desunt perorationis non pauca, quæ temporis iniuria perierunt: vt & quædam in principio insequentis orationis.

ORA-

ORATIO SVPERIORI PROXIMAE CONTRARIA PRO imperio retinendo ac constituendo.

Ex libro LII. Dionis.

MECAENATIS AD AVGVSTVM.

RESOLVTIO.

MVLTIS usq; egregijs argumentis Agrippa impetrare ab Augusto conatus est, vt imperium deponeret, ad pristinã Reipub. formam reuerteretur. Contrarium hac in oratione Mecænas statuit, & retinendum ab Augusto imperium: nec cum Democratia Monarchiã esse commutandam suadet: simul etiam eruditè atq; copiosè ostendit ea, quæ ad optimum principem instituendum, feliciter principatum aut regnum gubernandum atq; administrandum requiri videntur. Argumẽta pro retinendo imperio & seruanda Monarchia sunt: quòd 1. Reipub. illa forma plurimùm & publicè & priuatim prosit: cum in hac distincti sint ordines: vbi singuli summa cum alacritate munera sua obeunt: vtilitate mutua fiat: vt nemo egestatem sentiat, experiantur omnes veram libertatem: in honoribus ratio virtutis habeatur, quæ semper cõsiderando considerata beatos verè ac felices reddit: contra verò imperitæ multitudinis libertas seruitus fit durissima fortium virorum: afferat exitium, tum publicum, tum priuatum 2. In Democratia bella periculosa, seditiones, tumultus metuendi: dum ditiores in hac principatum appetentes, largitionibus tenuioris conditionis homines corrumpunt, & sic omnia confundunt: replent cuncta turbis: id quod Syllæ, Marij, Cinnæ, aliorum exempla testantur: & fieri omnino ibi necesse est, vbi multi inter se dissimiles natura, sanguine, studijs ac desiderijs diuersis versantur homines. 3. Romana Respub. summis in miserijs & periculis iam versatur, ideoq; ab Augusto non deserenda: quod eleganti similitudine probatur. Quemadmodum enim nauis varijs mercibus onerata, magnaq; agitata tempestate, si gubernator discederet, facilè tandem periret: ita Respub. Romana onerata, & quasi putris iam facta crebris tumultibus ac bellis intestinis interitura, si ab huius gubernaculis Augustus recederet. 4. Dij miserti Reipub. Romanæ Augustum illi principem præfecerint: successibus quoq; felicibus secundisq; fortunis donarint. 5. Pericula multa magnaq; huic ipsi metuenda: si imperium deposuerit, & vel populo, vel alteri alicui tradiderit: cum vlcisci sese volent, & priuatum iam factum Augustum è medio tollere, qui puniti ab hoc ob imperij cupiditatem fuerant: senserint hoc Pompeius, Cæsar, Marius, Sylla, qui, vbi potestatem & im-

perium, vel vltrò deposuerunt, vel amiserunt, ab aliis spreti, proditi,
interempti tandem fuerunt: aut calamitatem illam morte præpropera
anteuerterunt. 6. Imperii desiderium à natura humana minimè a-
lienum: magnis quoq; cum periculis ac laboribus vel comparatur, vel
retinetur: ideoq; non temerè deponendum alteriq; tradendum. 7. In-
sta atq; legitima sit Augusti vltio, & proptereà minimè improbanda:
eo quòd nisi crudeliter trucidatus pater Cæsar fuisset, nunquam Au-
gustus arma sumpsisset: nunquam militem conscripsisset: nunquam
cum Lepido & Antonio sese coniunxisset: nec etiam bello persecutus,
aut vltus Antonium fuisset: nisi idem iniustè ac tyrannicè agere cœ-
pisset. Atq; hæc argumenta sunt, quibus contra Agrippam probare
Mecænas conatur: non deponendum ab Augusto imperium: cum De-
mocratia Monarchiam commutandam esse. Sed & duo refellit si-
mul, quæ obiiciebantur: 1. quòd mutare Reipub. formam, domina-
tum libera in Repub. constituere per quam sit graue ac difficile. 2. vitæ
ac fortunarum hoc ipsum creare periculum possit. Et quidē respōdetur
ad prius comparatione acquisitionis & cōseruationis imperii: facilius
scilicet semper esse rem partā conseruare, quàm nouā cōparare: propte-
rea quòd in acquirendis rebus labores sunt multi suscipiendi, magna
adeunda pericula: in conseruandis verò præsentibus tantum cura &
& diligentia quadam requiritur. Ad posterius affertur, periculum
Augusto nullum metuendum esse, si modo suis consiliis obtemperare,
& sapienter capessere Rempub. velit. Atq; hac occasione ad alteram
orationis partem dilabitur ac consilia, & præcepta Augusto dat lon-
gè pulcherrima administrādæ atq; gubernandæ Reipub: quorū. I. Est
de Senatu inquirendo ac discernendo: quinam sint senatores consti-
tuendi, quæ in his obseruanda, & quo loco petendi cuius ætatis, & à
quibus legendi. II. Equestri ordine, quinam in hunc cooptandi,
quot cooptandi, quo loco numeroq; habendi. III. Prætoribus, qua
illi ætate, à quibus, qui orandi, quomodo tractandi. IV. Præfecto
vrbis ex quibus hic sumendus. V. Censoribus, quodnam horum mu-
nus: cuius modi conditio: quamdiu fungi isto officio hi debeant: qui-
bus præmiis afficiendi. VI. Italia diuidenda in certas gentes ac na-
tiones, & constituendis ibidem militibus ac præfectis: qui & cur mit-
tendi, quam diu relinquendi ibi, quæ his stipendia constituenda VII.
Corporis custodia, quinam ad hanc adhibendi, quodnam horum of-
ficium. IIX. Annonæ & rerum venalium præfectis: vnde illi &
quo ex ordine sumendi: perpetuum ne an ambulatorium horum offi-
cium: quodnam stipendium esse debeat. IX. Educatione atq; in-
stitutione Iuuentutis: & cur illa, à quo, in quibus & quomodo in-
stituenda. X. Præsidiis singulis in nationibus constituendis: quam-
obrem hæc necessaria: ex quibus illa colligenda: quod horum mu-
nus. XI. Vectigalibus, tributis ac pecunia comparanda, quibus
acquiri & parari illa modis possit: vt nullæ difficultates, aut quæ-
relæ

relæ inde subditorum oriantur. XII. *Splendore & magnificentia obseruanda in collegiis & ædificiis publicis extruendis : quare hæc à principe & Magistratu bono non negligenda.* XIII. *Populi potestate constringenda : & quamobrem in consilium ille minimè admittendus.* XIV. *Sumptibus priuatis resecandis, & cur populo non concedendum, vt in ædificiis, ludis, sodalitatibus, similibus rebus sint nimis sumptuosi.* XV. *Monetis & mensuris, quæ non propriæ haberi, sed à Magistratu constitui debent.* XVI. *Legationibus ad principem non temerè, sed arduo in negotio, & quod decisionem singularem postulat instituendis.* XVII. *Legationibus hostium, aut fœderatorum regum vel populorum : qua de causa illæ non priuatim, sed in Senatu & loco publico audiendæ.* XIIX. *Pœna Senatorum, aut eorundem familiæ : à quibus tales, propter quæ etiam delicta puniendi, quis in pœna modus constituendus.* XIX. *Publicis & grauibus negotiis tractandis, quare illa publicè & per publicas personas gerenda.* XX. *Modo ferendi & rogandi sententias, cur non palam, sed clam ac per schedas inquirendæ atq; proferendæ.* XXI. *Consiliariis & ministris adhibendis : vnde tales necessarij, & ex quibus potissimum sumendi.* XXII. *Facilitate in admittendis iis, qui consilium dare aliqua in re cupiunt, quamobrem tales audiendi, & quo pacto tractandi sint.* XXIII. *Diligentiâ principis & exemplo bono, quanta huius vtilitas.* XXIV. *Curiositas nimia vitanda in aliorum moribus inquirendis, & simul quoq; panis atq; castigationibus.* XXV. *Liberalitate principis & præmiis benefactorum etiam maioribus, quàm res postulet : etsi pecuniam defecturam aliquando quidam existiment : non pauci quoq; ingrati reperiantur.* XXVI. *Præmiis, honoribus, gloria ab Augusto comparanda benefactis, non sermonibus & munusculis inanibus, aut etiam imaginibus; statuis, templis erectis, similibus.* XXVII. *Religione & cultu deorum, & quamobrem puniendi, qui peregrinos ritus colendi deos; & religionem nouam inuehunt in Rempub.* XXIIX. *Veneficis, magis, aliis religionem aut prorsus contemnentibus, aut saltem contaminantibus non ferendis* XXIX. *Sophistis, & iis, qui philosophari sese fingunt, non tolerandis.* XXX. *Apparatu bellico; & cur principem bellicosum esse oporteat.* XXXI. *Speculatoribus ac emissariis principum : quare tales alendi, quousq; audiendi & admittendi : quamobrem non temerè eiusmodi hominibus fides habenda.* XXXII. *Administris ac famulis principum : qui boni & fidi quærendi, & afficiendi præmiis, sed ita, vt non magna nimis potestas iisdem permittatur.* XXXIII. *Honore exhibendo iis qui vtile quid inuenerint aut fecerint.* XXXIV. *Priuatorum hominum controuersiis cõtrahendis & primo quoq; tẽpore dissoluendis.* XXXV. *Excludẽdis qui iis titulis splẽdidis, votis donis aliis principis aucupari gratiã studebant.* XXXVI. *De modis quibus potentia abusum prin-*

ceps vitare poteſt. Ad ijdu & conciliationem quòd attinet, paratur beneuolentia cum Mecænas non ſe ſpectare hic oſtendis priuatū commodum, ſed Auguſti vtilitatem, & Reipub. ſalutem. Deinde neq; repugnans ſe nimium velle ſententiæ amici ac collegæ ſui Agrippæ affirmat. Motus duo hic dominantur contrarij: metus & ſpes: quorum ille recitatur indicatione malorum & incommodorum quæ ſecutura, ſi principatum deponat Auguſtus & priuatus viuat: hæc mouetur, cum tolluntur, quæ deterrere Auguſtum à principatu poterũt. Tractatio & collocatio conſtat: Exordio, obteſtatione graui facto: vt patriam Auguſtus cõponere ſtudeat. 2. Propoſitione, quæ ſententiæ dictionem habet. 3. Confirmatione, quæ partim argumenta pro retinendo imperio, partim conſilia & præcepta continet. 4. Concluſione, dictorum repetitione & adhortatione abſoluta. Loci ſunt de Monarchiæ præſtantia: imperio ac dominatu non temerè deponendo: principum bonorum officio: modis & rationibus feliciter gerendæ Reipub. Vſus cum Monarchia commendanda: diſſuadenda huius cum Democratia commutatio: oſtendenda ea, quæ ad regnum aut principatum gubernandum neceſſaria ſunt.

I. NEQVE perſuadere facilè aliquid propter libertatem
ſui diſſimilibus poſſunt, etiamſi res ijs diſſentientibus
proſperè gerant. Quamobrem ſi tibi patria cordi eſt, pro
qua tanta bella obijſti, cui lubens etiam animum impende-
ris, transforma eam, ac in meliorem formam caſtigatam re-
dige. Nam licentiam habere omnia ex animi ſui ſententia
,, agendi loquendique, id ſi in ſapiente homine ſpectaueris,
,, eſſe cauſam publicæ felicitatis inuenies: ſin verò in ſtulto,
,, communis perniciei. Ideoq; qui eam poteſtatem homini fa-
,, tuo concedit, infanti ſcilicet hic aut inſano gladiū porrigit:
,, qui autem prudenti eam tribuit, hoc efficit: vt is omnibus,
,, ipſisq; adeo fatuis, nec volentibus ſalutem afferat. Quare
II. te quoq; velim non ad vocabulorum decoram ſpeciem re-
ſpicientem decipi: ſed ea quæ inde ſequuntur præmedi-
tantem, ferociam plebis compeſcere, adminiſtrationem
Reipublicæ tibi optimisq; alijs viris ſumere; vt prudentiſ-
ſimi cõſilia ineant, artibus imperatorijs inſtructiſſimi exer-
citus ducant, robuſtiſſimi ac pauperrimi ſtipendia faciant.
III. Hac enim ratione fiet vt quum ſuas quisq; partes ſtudioſè
obeat, mutuæq; operæ tradantur, neq; ſuum quiſquam de-
fectum ſentiat, & verum populi imperium, libertasq; tuta
,, parentur. Illa enim plebis licentia, qua optimus quisq; ſer-
,, uire cogitur, & acerbiſſima eſt, & vtrisq; communem per-
,, nitiem adfert: hæc autem in qua modeſtia vbiq; præfertur,
ac vnicuiq; id quo dignus eſt tribuitur, omnes ea vtentes

ex

ex æquo felices efficit. Neq; enim id existimare debes, autorem me tibi esse: vt tyrannidem in S.P.Q.R. in seruitutem redactum, teneas: quod neq; dicere meum, neq; facere tuũ est: verum hæc ego consulo, quæ & tibi, & vrbi honesta ac vtilia sint futura; nempe vt tu cum optimatibus omnia quæ ex vsu sunt, decernas, neq; contradicente, neq; repugnante quoquam ex populo: vtq; vestro arbitrio bella gerantur. Omnibus reliquis mandata vestra exequentibus: vt vestræ sit potestatis creare magistratus, præmiaq; ac supplicia irrogare: vt quod tu Optimatesq; communi sententia statueritis, id statim legis vim habeat: vt bella occultè ac per occasiones hostibus inferantur: vt quibus ea committuntur, ij non sorte aut ambitione, sed virtutis gratia ad id deligantur: vt boni citra inuidiam honoribus ornentur, mali sine seditione plectantur. Sic demum Respublica rectè geretur, cùm neq; omnibus consilia de ea inita vulgentur, neq; in aperto ea agitentur, neq; ijs qui vltrò sese obtrudunt, mandentur, neq; ob eorum ambitionem in periculum veniant. Ita nostris nobis licebit perfrui bonis, neq; bella periculosa, neq; impias seditiones mouentibus. Atqui hæc mala vsu venire solent, vbi penes populum est summa Reipublicæ: cum potentiores & ad primatum aspirent, & infirmiorum operas mercede conducant, atque ita omnia perturbent. Sensimus hæc ipsi iam diu, neq; alia præter eam quam dixi ratione, finis eis imponetur. Cuius rei euidens signum est, quòd longo iam tempore bellis & seditionibus vexamur, propter hominum multitudinem ac rerum magnitudinem: quia & homines tam varij nationibus ac natura, ac multipliciter diuersis affectibus præditi sunt: & res ipsæ eò perductę sunt, vt difficulter administrari possint. Id me verè loqui res ipsæ testantur, quæ euenerunt nobis. Nam quantisper neq; ingens fuit Romani populi multitudo, neq; multo præstãtior vicinis, & ciuitas bono in statu fuit, & Italia ferè tota ab ijs subacta est. Postea quam verò extra Italiã progressi in varias terras insulasque traiecimus, omnia maria, omnes terras nomine potentiaque nostra repleuimus: ex eo iam nihil boni nobis accidit: sed primùm domi atq; intra mœnia coitionibus factis Rempublicam cõcussimus: deinde in exercitus quoq; id mali propagauimus. Itaq; vrbs nostra naui onerariæ magnæ similis est, quæ repleta varia turba, ac destituta gubernatore cum sit, multis tunc seculis varijs procellis iactata fluctuat, ac hinc inde, nullo retinaculo firmata, iactatur. Eam tu ne tempestate conflictatam negligas? vides enim vt iam plurimum aquæ hauserit, Neq; abrumpi retinaculum



prorsus patere. Est enim conquassata iam neq; diutius durare poterit: sed quoniam Dij miserati patriam ei te rectorem ac magistrum dederunt, noli eã proijcere: quin, sicut ea per te nunc paululum respirauit ita effice, vt sequentibus quoq; seculis tuta permaneat. Ac iam dudum quidẽ te meum consilium, quo te sub vnius tui imperio populus regatur adhuc probare existimo. Quod si ita est, agedum id imperium tu promptus ac paratus suscipe, imò verò ne depone. Neq; enim de eo deliberatio nobis est, quonã id ratiõe adipiscaris sed ne id amittas, ac præterea in pericula incidas. Quis enim tibi parcet, vbi oẽs res vti nunc eç sunt, populi aliorumq; potestati permittes, quin & permulti á te sint offensi, & oẽs ferè summã rerum tentaturi? quorum alteri & vlcisci te alterum aduersariũ sibi te è medio tollere cupient. Argumẽto sit Pompeius, qui cum potentia sua vltro cessisset, contẽptui deinde habitus, insidijsq; petitus, eo perijt, quo recuperare eam non valuit. Pater itẽ tuus cum idẽ facere vellet, interijt. Quod idem Mario quoq; & Syllæ accidisset, nisi morte præuenti essent. Quanquã sunt qui Syllã quoq; cum hoc ipsum timeret, morte sibi concita aduersarios anteuertisse dicant. Certè permultæ eius leges, ipso etiamnum viuẽte, antiquari cœperunt: vt tibi etiam multi Lepidi, Sertorij, Bruti, Cassijq; sint expectandi. Hæc tu cernẽs, reliquis etiã rationibus subductis, noli vitandæ eius opinionis gratia, quasi sponte tua principatum appetijsses, te ipsum & patriam prodere. Primum enim etsi quis maximé hoc suspicabitur, tamẽ is certè conatus non est ab hominis natura alienus, sed honestus. Deinde quis nescit qua necessitate ad hæc agenda compulsus fueris? vti si quid culpari in hac re possit, id omne iustissimè patris tui occisoribus imputetur: qui, nisi ita impiè ac miserè eum trucidassent, neque tu quidem, aut arma sumpsisses, aut exercitum collegisses, aut cũ Antonio & Lepido pactum icisses, aut in hos ipsos deinde vindicasses. Quæ omnia te rectè & iustè egisse nemo est qui ignoret. Ac siquid adeó delictum est, tutó id corrigere non licet. Igitur & nostrum ipsorum, & ciuitatis causa, agedum paremus fortunæ: tibi vni imperium deferenti: agamusque ei ingentes gratias, quòd non bellis tantum ciuilibus nos repleuit, sed constitutionem quoque Reipublicæ à te fieri voluit. Cuius cum eam, quam par est, curam geres, manifestum efficies, ab alijs motus illos ac mala fuisse edita, te verò esse bonum ciuem. Neque verò magnitudinem imperij metuere debes, quod quanto maius est, tanto plura etiam quibus conseruetur, habet: longeque facilius est partã tueri, quam adipisci-

dipisci quicquam: cum ad hoc labores & pericula requirantur: illud curam tantum mediocrem desideret. Quod si in eo gerendo meum consilium sequi constitueris, nihil est quod verearis, ne non & summa cum securitate tibi viuere, & omnibus homini concessis bonis frui possis. In quo meo consilio explicando, si pluribus verbis sum vsurus, non debes iudicare, voluisse me a proposito sermonem deflectere, aut loquacitatis studio in id deductum esse: sed a me hoc fieri in hunc finem, vt perspicuum tibi reddam: hominem prudentem posse, ac facilè quidem posse, & rectè & sine periculo, summæ rerum præesse. Principio igitur statim Senatores omnes accurate examinandi, ac delectus eorum tibi habendus (nam multi in eum per seditiones parum idonei asciti sunt) boni retinendi, reliqui autem expungendi sunt. Hic neminem bonum virum paupertatis causâ remouebis, verum ipsi pecuniam potius, quanta opus habet, dabis: & in locum reiectorum, nobilissimos optimosque & ditissimos sufficies: non ex Italia tantum, sed confœderatis etiam ac subditis desumptos. Sic fiet vt neque multis rerum agendarum socijs opus habeas: & omnium populorum primarios viros in tuto constituas: ac neque populi, cum nullum præclarum ducem habeant, præsentem conditionem labefactabunt, & qui apud eos primas gerunt, cum videant te secum imperium communicasse, amore te prosequentur. Idem in equestri ordine faciendum. In hunc ordinem omnes eos qui vbique locorum, genere, virtute, ac diuitijs secundum locum merentur, adscribes. In Senatoribus autem equitibusque legendis, nihil anxius denumero: omnes quotquot tibi digni visi fuerint, recipies. Quantò enim plures viri eximij tecum erunt, tantò facilius omnia quæ facto vsus erit, perficies: subditosque in hanc persuasionem adduces: quod eos non seruorum, aut deterioris quàm Romani sint conditionis hominum loco habeas: sed cum eis omnia nostra bona, ac ipsum etiam imperium communices: vt ipsi quoque maiori studio in id se quoque pertinens, tuendum incumbant. Tantum verò abest vt hoc quasi non rectè à me dictum retractandum arbitrer, vt hoc insuper addam, omnibus ijs esse ciuitatem donandam, vt huius quoque participes, fideles nobis socij sint, nostram quasi vnicam vrbem ipsi quoque incolentes, eamque verè vrbem, suas autem patrias, agros & pagos putantes. Verum de hoc accuratius postmodo consultabimus quid sit statuendum, ne simul eis omnia largiamur. Cæte-

rum in equestrem statum allegendi, octodecim annos ætatis habere debent. Hac enim ætate potissimum & corporum firma affectio, & ingenium conspicitur. In Senatum verò adscribendi annos viginti & quinque. Quomodo enim non sit turpe ac damnosum, cum nemini ante id ætatis suorum bonorum administrationem concedatis, ijs qui e-
III. am nondum attigerint, Rempublicam vos credere? Iidemque cum quæsturam, ædilitatem, ac tribunatum plebis gesserint, annum ætatis trigesimum habentes, prætores fiant. Ad quos magistratus, vt ad consulatum etiam, solos Romanos tibi deligendos censeo: partim propter institutorum patriæ memoriam, partim ne protinus immutare Reipublicæ statum videaris. Eos magistratus ipse tu constitues: neque plebi, aut populo potestatem eorum creandorum permiseris, contentionum euitandarum causa: neque Senatui: alioquin enim per ambitum petentur. Magistratuum autem potestatem antiquitus ijs concessam nequaquam seruabis, ne eodem res recidat: sed honore eorum integro relicto, tantum potentiæ detrahes, vt neque dignitas eorum diminuatur, neque noui aliquid moliendi facultas vlli adsit. Id cùm alijs rationibus, tùm hac præcipuè consequeris, si eos omnes in vrbe tantum geri iusseris, ac neque magistratus tempore, nec statim ab eo, sed interposito quantum singulis satis videbitur tẽpore, arma eis committes. Ita neque magistratus titulo elati, insuperque exercituum compotes facti, ad concutiendum Reipublicæ præsentem statum accedent: & mitiores eo efficientur, si aliquandiu priuatim, post gestum magistratum vixerint. Hi autem, vt singulorum erit offici, ludos ac iudicia omnia, præterquam de cæde, tempore vrbani sui magistratus edant. Nam Iudices quidem etiam, ex reliquis Senatoribus ac equitibus sunt deligendi: summa
IV. tamen rei penes istos sit. Præfectus etiam vrbis ex primarijs viris quidam creandus est; qui omnes magistratus, quos geri ante hunc couenit, gesserit: non vt per absentiam magistratuum Rempublicam administret: sed, vt cum reliquis in rebus vrbi præsit, tum causas quoque eas quibus prouocatio competit, capitalesque etiam omnes, ijs exceptis,
V. quas post dicam, in vrbe ac extra eam vsque ad XXCI. millia passuum diiudicet. Alius quidam ex eodem ordine deligi debet, qui genera, facultates, moresque Senatorum & Equitum, adultorum iuxta ac pueriliS ætatis, itemque mulierum, & familiæ totius examinet ac procuret, eaq; corrigat, quæ cum supplicio nondum digna sunt, tamen neglecta

neglecta multis ac magnis malis occasionem præbent: de maioribus autem ad te referat. Hoc munus patricio alicui, post præfectum vrbis præstantissimo potius quàm Equiti iniungendum est, nomenque à tua censura (nam omninò in hac te primas gerere conuenit) haud absurdè habebit, vt successor ille dicatur: hisque duobus magistratus per omnem suam vitam prorogetur: nisi quis aliquod crimen admiserit, morbóue aut senectute confectus sit. Nam ex diuturno hoc magistratu nihil potest mali accidere, cum alter omnino armis careat, alter paucos milites habeat, ac coram te maiorem partem sui magistratus obeat. At reliquos qui gerent magistratus, lædere aliquem aut iniqui aliquid agere magnopere verebuntur, cum se priuatos rursum, aliosque cum potentia futuros præuideant. His etiam occupationum ac dignitatis nomine præmium aliquod dandum est. Prouinciæ porrò tantum prætorijs viris sunt mandandæ: reliqui, eo quem monstrabo ordine proprætores sint semel atque iterum, & ad consulatum ea ratione accedant, si præturas rectè gesserint, ac deinde maioribus præficiantur imperijs. Hoc autem est meum de ordinanda hac re consilium vniuersam Italiam, quantum eius vltra XCIIII. millia passuum ab vrbe distat, cæterasque omnes nobis subditas terras insulasque secundum populos ac nationes distribue: ita vt singulis vrbibus, quæ vnius alicuius hominis mero imperio possunt gubernari, milites imponantur: ac consularis vnus & duo prætorij viri eis præsint: quorum alter tunc primum extra Romam amandatus, priuatorum negotijs, rebusque necessarijs parandis occupetur: alter iam ante hoc munere functus, Rempublicam vrbium procuret, ac imperium in milites obtineat: exceptis ijs casibus, in quibus ignominia aut morte plectendum est. Hi autem omnes casus ad consularem referentur, nisi qui ad centuriones ac primarios priuatorum hominum pertinent: quorum puniendorum nemini alij potestatem facere tu debes: ne is adeo formidabilis alijs fiat, vt contra te etiam aliquando quicquam conetur. Quod autem dixi, alterum ex prætorijs debere militibus præfici ita accipiendum est, si pauci quidem milites in exteris vrbibus sint, aut vna legio vrbana. Sin duæ vrbanæ legiones eodem in loco hyberna habeant, (plures enim his vt vni committas nequaquam tibi author fuerim) oportebit duos prætorios diuiso imperio, legionibus, ac rebus ciuitatum priuatorumque hominum præesse. Consularis verò, cùm ea quæ dixi munera obibit tùm eas cau- VI.

Hi, quemamdum etiam præfectus vrbis & subcensor, magistratum omni vitæ suæ tempore retineant. Præterea ex Equitibus proximæ dignitatis, vnus nocturnæ custodiæ magister, & alius qui annonam procuret, ad certum tempus, vt senatorii quoque magistratus, constituantur. VIII. Aerarij quoque publici ac fisci, præterea negotiorum aliorum Romæ & per Italiam administratio Equitibus mandetur. His ipsis etiam merces, quæ honori ac functioni eorum respondeat, danda est: quia Senatoribus pauperiores, Romæ etiam nequeunt obeuntes aliquem magistratum ex suis facultatibus viuere. Sed tamen ijs quoque officia quædam committi ex vsu est: cum neque fieri possit, neque expediat vt ijdem & exercitus, & pecuniam in sua potestate habeant. Ac præstat per multos publica negotia administrari: vt & complures hinc emolumentum sentiant, & experientiam rerum gerendarum consequantur: Ita enim & subditi maiori te beneuolentia prosequentur, multipliciter bonis publicis fruentes: & tu semper copiam eorum habebis, quibus ad quasq; necessarias res coficiēdas vtaris. Cæterum Romæ satis est ad vnamquanque rationem pecuniæ colligendæ: foris autē in singulis prouincijs, vnico Equite, qui quot opus fuerit administros sub se habeat, ex Equitibus sumptos ac ex libertis. Nam hos quoque eis adiungi prodest: vt & famulis tuis præmium virtutis extet, & non desint tibi ex quibus vel inuitus cognoscere possis si quid peccatum fuerit. Iam siquis Eques multis negotiis obeundis adeo clarus euadat vt dignus sit qui in ordinē Senatoriūm recipiatur, id ætas eius, quò minus fiat, impedire nullo modo debet. Quin etiam ex iis, qui ordines in ciuilibus legionibus duxerunt, in Senatum adscribendi aliquando nonnulli sunt, modò ne stipendia meruerint. Quippe turpe ac probrum sit, eos in Senatorum numero haberi, qui aliquādo storeas ac corbes gestauerint: alioquin ex iis qui centuriones ab initio fuêre, nihil impedit, quin præstantissimi inter Senatores referantur. Hoc quoque te IX. summopere hortor instituas; vt patricij equestrisq; ordinis homines, dum adhuc pueritiam agunt, ludos literarios frequentent: adolescentes autem facti, equos & arma tractare discant, ad vtrunq; doctoribus publicis certo stipendio cōductis. Ita enim statim à puero discentes ac exercentes omnia ea quæ adultis sunt vsurpāda, ad omnia negotia aptiores habebis. Optimi enim ac egregij principis est, non modò ipse vt omnia ex officio agat, verùm vt qua ratione etiā reliqui omnes quam optimi fiant prospiciat. Id autem tu ita

præ-

,, præstabis,si non permittas omnia eos ex libito agere, ac de-
,, inde delinquentes corrigas: sed si priusquam peccauerint
,, quicquam,omnia eos doceas,quæ exercentes & tibi & sibi
,, ipsis maiori sint vsui: ac,si omnem occasionem,propter di-
,, uitias,nobilitatem,aut aliam,quancunq; præstantiam, vitæ
,, per desidiam,mollitiem aut praua studia ducendæ,occasio-
nem præcidas. Etenim permulti, metuentes ne istiusmodi
bonorum nomine inuidiæ ac periculis sint obnoxij, multa
se ipsis indigna agunt, quò tutius viuere possint, atq; inde
misericordiam consequuntur: quia hoc ipsum iniquè eis
accidisse videtur, quòd sibi rectè viuere opinati sint: ad prin
cipem verò & damnum,bonis viris destituto & infamia hu-
ius causæ redit. Id igitur he fiat cauendum tibi est: Neq; me-
tuẽdum ne quis eo quem dixi modo educatus institutusq;,,
consilium conuellendi status Reipublicæ sit initurus: quin
,, imò id à disciplina nulla formatis, à libidinosis timendum
,, est: Hi enim facilimè eò adducuntur, vt turpissima ac pessi-
,, ma quæq; in se & alios statuant. Qui verò rectè educati in-
stitutiq; sunt, cùm alium neminem iniuria afficere, tùm mi-
nimè omnium eum volunt, qui ipsis educationis huius ac
disciplinæ author fuit. Quod si omninò quis peruersus in-
gratusq; existet, nullum ei huiusmodi negotium commise-
ris, vnde aliquid mali facinoris edere possit: aut si nihilomi-
nus aliquid molietur, coniunctum supplicio affice. Neq; est
quod vereare, ne quis tibi id vitio vertat, qui nõ magis pro-
pter punitum malum culpaberis, quàm medicus propter
,, vsta aut excisa corporis vitia. Ille verò ab omnibus accusabi-
tur, qui eodem, quo reliqui modo eductus ac institutus, pe-
riculum tibi creare ausus fuerit. Ac de Senatoribus quidem
X. & equitibus hactenus. Milites autem perpetuò alendi sunt,
ex ciuibus fœderatis, ac subditis delecti, ad prouincias tu-
tandas, pro ratione necessitatis temporibus diuersis plures
paucioresve; qui semper in armis sint, bellicasq; artes assi-
duò exerceant, hyberna locis opportunissimis habeant, cer-
tum militiæ tempus expleant: ita vt non nihil ætatis etiam
ante senium superfit. Non enim ex tempore contractis au-
xiliis amplius vti possumus, qui & tam procul ab extremis
imperij nostri finibus distamus, & vndiq; conterminos no-
bis hostes habemus: periculum est ne imperitis ac inexer-
citatis militibus vtendum nobis sit. Itaq; hæc mea est sentẽ-
tia vt robustissimi omnes, quiq; sibi alendis, quàm minimè
sufficiunt, in exercitum conscribantur, ac in armis exerceantur:
reliqui omnes ab armis & re bellica vacent. Nam, & illi
soli militię dediti, rectius eam facient: & hi faciliùs agricul-
turam,

turam, nauigationes, reliquasq; pacis actiones exercebunt, cum neq; ad arma concurrere opus habeant, & alij eorum defendendorum caufa excubent. Iam ea hominum multitudo, quæ ætate ac viribus validiffima, rapto viuere potiffimum cogitur, citra vllius iniuriam aletur, & reliqua pars fine periculo deget. Vnde ergo, inquies, pecuniæ in hos & in XI.
alias res impendendæ fuppetent? Enimuero id mox oftendam, hoc præfatus, etiamfi Reipublicæ fummam penes populum effe finamus, vtiq; tamen pecunia opus nobis futurum: cum impoffibile fit & fine bello nos tutos effe, & milites fine ftipendio habere, ne iam vel vnius principatum, quafi is folus neceffariam pecuniæ collectionem requirat, accufemus, vel propter hanc ab eo abhorreamus: fed ita confilium capiamus, vt, qui nouerimus in qualicunq; Reipublicæ forma pecuniam neceffariò effe conficiendã. Porrò quod ad eam rem attinet, primò omnium debes, vt ego quidem fentio, omnes publicas res (cuiufmodi bellis partas effe multas video) vẽdere, paucis omninò tibi admodum vtilibus ac neceffariis exceptis, pretiumq; earum mediocri fœnore omne mutuò dare. Hac ratione & terra fertilior erit, dominorum opera propria cùm colatur, atq; hi ea occafione locupletiores cum euadant, plus in publicum conferent, Resq; publica reditus fufficientes ac perennes habebit. Deinde horum omnium, ac eorum quoque, quæ ex metallicis fodinis, aut aliunde certò ad nos redeunt, ineunda eft ratio. Ac contra computandæ impenfæ, quæ non in milites modò, fed etiam in alia ad vrbis rectam adminiftrationẽ facientia infumuntur, tum quę in repentina bella, aliaq; ex tempore accidentia neceffariò conferuntur. Sic, comparatis rationibus, vt reliqui fumptus fuppeditent, penfio imperanda eft de omnibus iis, quæ aliquem poffeffori quæftum ferunt, vectigaliaque imperanda omnibus noftris fubditis. Iuftum enim æquumq; eft, neminem horum, neq; priuatum hominem, neq; populum immunẽ effe: cum ex æquo ad omnes vtilitas eorum, in quæ infumuntur, redeat. Exactores porrò vbiq; locorum cõftituendi funt, qui fingulis fuæ functionis temporibus ex omnibus reditibus quantum par eft exigãt. Ita cum paulatim ac certis fpatiis fubditi noftri ea pendant quæ debent, ac non, aliquandiu neglecti, poft fimul omnia pofcantur, & penfionem iftam exoluẽtibus, ea res haud minimum commodi afferet, & exactoribus facilior erit fui officij ratio. Neq; clam me eft, nonnullos tributa ac vectigalia conftituta ægrè laturos effe. Verùm hi ipfi, fi neq; alio prætetea damno afficiãtur, & re ipfa cõmperiant, hæc ipforum

falu-

" salutis causa, vtq; cæteris suis bonis tutò perfrui possint, exi-
" gi: præterea cum pleriq; ipsorum eam pecuniam, alij ma-
" gistratum gerentes, alij præfecti regionum, alij militantes
" accipiant, magnas etiam tibi gratias agent, quòd exiguam
" suorum redituum partem tibi conferentes, reliqua omnia
" sine damno percipere possint. Idq; eò magis fiet, si te conti-
" nenter viuere, ac nihil prodigere videant. Quis enim, cum videat te in re familiari summa parsimonia vti, in publica liberalissimum esse, non vltrò velit aliquid conferre, cum tuas diuitias suam securitatem ac copiam esse iudicet? Itaq; pe-
XII. cuniæ etiam plurimæ tibi suppetent. Reliqua ad hunc modum tibi meo iudicio sunt peragenda, Romam omni magnificentia exornabis, omni ludorũ genere decorabis. Nam, quia multis imperamus gentibus, conueniens est nos omnibus aliis hac in re præstare: atq; hæc res efficit quodammodo etiam, vt socij nos obseruent, hostes reformident.
XIII. Quod ad exteros pertinet, neque populus vllus cuiusquam rei potens sit; neq; in concionem omninò coëat. Nam neq; boni quicquam statuent, & subinde turbas aliquas excitabunt. Ideoq; ne nostro quidem populo concedi debet vt ad iudicia, comitia, aliudve huiusmodi concilium, rei alicuius
XIV. sciscendæ causa, conueniant. Aedificiis, neq; numero, neq; mole, quàm pro necessitate maioribus vtantur: neq; in ludos multos ac varios sumptum faciant: ne vel vanis studiis occupentur, vel sumptibus absurdis certantes ad inimicitias mutuas progrediantur. Ludos quoq; & spectacula sua habeant, excepto nostro equestri certamine: non tamen ita, vt Rempublicam familiaremq; suam corrumpant, cogantque peregrinos apud se aliquid sumptuum facere, aut omnibus qui quocunq; certamine vicerint, cibum perrennẽ tribuant.
" Nam rationi consentaneum non est, vt diuites extra patrias
" suas cogantur impensas facere. Et præmia certantibus vbiq; constituta sufficiunt: nisi quis Olympiaca, Pythia, aut alia id genus certare velit certamina. His enim solis cibus præbendus est; vt neq; vrbes frustra impendiis onerentur, neq; nisi dignis operà certaminibus quisquam exerceatur, cum aliquid aliud patriæ sibiq; vtilius tractare. Porro ludos eque-
" stres qui sine gymnicis certaminibus fiunt, nulli alij vrbi ex-
" hibendos censeo: ne vel multæ pecuniæ abs re insumantur, vel homines ad malum furorem exagitentur: ac præcipuè ideo vt militantibus copia optimorum equorum sufficiat. Hi itaq; ludi non alibi, quàm Romæ dari debent: in reliquis eam moderationem adhiberi, vt singulis in locis spectacula & musica cum fiant, tolerabilius impendiis, locus sit mode-

stitiæ ac tranquillitati. Vti præterea numismate, ponderéque X V.
vel mensura peculiari vrbs nulla debet, sed nostris. Neq; ad XVI.
te legationem, nisi res discussionem tuam requirat, vllam
mittant; sed q̃ voluerint, præfecto suo indicent, ac per eum
ad te de sua voluntate referant. Ita & sumptus & turpis rei
conficiendę ratio vitabitur, ac integra responsa sine vllo impendio
ac labore auferent. Reliqua etiam omnia videris XVII.
mihi hac ratione optimè omnium confecturus, si legatos,
ab hostibus, aut à confœderatis regibus populisq; missos
primum in Senatum introducas: (alioquin enim è dignitate
Reipublicæ est, videri omnia esse in potestate Senatus ac
multos esse eorum aduersarios, qui eum spernant) deinde
Senatorum opera omnia de eis statuas, quæ legibus sunt
sancita, nihilq; iniussu eius cum quoquam agas. Hoc pacto
& dignitas imperij magis confirmabitur, & legum instituta
aperta ac conspicua omnibus erunt. Tertium est, vt Sena- XVIII.
tores, liberosq; & mulieres eorum, si quod crimen perpetrauerint,
ignominia, exilio, aut etiam morte plectendum,
nullo facto præiudicio in curiam adducas, integramq; de
causa cognitionem Senatui permittas: vt & fontes citra tuā
inuidiam rei coram suæ sortis hominibus peracti plectātur,
reliquiq; metu publici iudicij meliores euadant. Hæc de iis
criminibus loquor, de quibus & leges extant, & iudicia secundum
eas fiunt. Nam quod conuitium tibi quisquam fecerit,
aut obtrectauerit, neq; deferente aliquo audire, neq;
vlcisci debes. Turpe enim fuerit te id credere, inuentum qui „
te, neminem lędentem, omnibus benefacientem, ignominia „
affecerit: idque soli mali credunt principes, quos ad fidem „
dictis habendam conscientia mouet. Deinde iniquum est ea
ægrè ferre velle, quæ, si vera sunt, præstat non admisisse: sin
falsa, dissimulare: cum multi hæc vindicantes, pluribus ac
grauioribus de se sermonibus occasionem præbuerint. Hic
igitur est meus sensus de obtrectationibus: ac conuenit te
omni altiorem esse iniuria, vt neq; ipsum id in animū tuum
inducere, neq; aliis eam opinionem subiicere: extare qui in
te contumeliosus esse ausit: vt iam idem de te, quod de diis
immortalibus iudicetur, esse te venerandum. Quod si per- XIX.
niciem tibi machinatus fuisse quispiam culpetur (quod sane
fieri potest) eum tu ipse neq; iudicabis, neque præiudicium
contra afferes (est enim absurdum eundem & accusa- „
toris & iudicis partibus fungi) sed in Senatum adductū, cau- „
sam dicere iube: ac, si conuincatur, quam fieri potest moderatissimo
supplicio plecte: vt fides crimini fiat. Nam
plæriq; difficulter omninò adducuntur, vt credant ab iner- „

mi

,, mi insidias armato structas. Quod hac solùm ratione consequeris, si neq; ex ira neque extremo supplicio (quantum quidem eius fieri licet) in huiusmodi reos animaduertas. Hic tamen eos exclusos velim, qui quum exercitum obtineant, palam contra te insurgunt. Neque enim hi in iudicium pertrahendi, sed hostium exemplo puniendi sunt. Proinde hęc, & plerasq; alias res maximè ad Rempublicam spectantes,
,, Senatus potestati permittes. Nam & Rempublicam communi consilio administrari par est, & natura suapte homines
,, gaudent ijs quæ tãquam conditione æquales à maiori adipiscuntur, omniaq; quæ is cum ipsorum consilio decernit,
,, tanquam propria laudant, ac tanquam vltró à se ipsis statuta diligunt. De his itaq; ad Senatum referre iubeo, omnesq; senatores ex æquo de plærisq; rebus sententiam ferre. Sed vbi quis Senator reus agitur, non omnes, nisi reus, aut Senator non sit factus, aut quæstorius adhuc sit. Est enim ratione alienum, eum, qui nondum tribunus plebis, aut ædilis fuerit, de eo qui hos magistratus obierit, suffragium dicere; aut hos de prætoriis, vel rursum hos de consularibus: liceat de omnibus suam sententiam ferre, reliquis de æqualibus, aut minoribus. Ipse autem seorsim de causis in quibus prouocatione certatur, iudiciũ facies, quæ à maioribus magistratibus, tutoribus, præfecto vrbis, sub censore, præsidibus prouinciarum, annonæ procuratore, & nocturnæ custodiæ ma-
,, gistro ad te referuntur. Nemo enim ita merum imperium
,, obtinere debet, vt non ab eo prouocari possit. De his igitur causis, & equitum centurionumq;, priuatorumq; primariorum cognosces, vbi de capite aut ignominia erit controuersia. Nam hæc ad te solum debent referri: ac nemo ob eas, quas dixi causas, alius iudicare de iis debet. Adhibere autem vnoquoque tempore ad ea iudicia potes præstantissimos quosq; patricij equestrisq; ordinis viros, aliosq; ex consularibus & prætoriis, alios alio tempore; vt & tu prius moribus eorũ hac ratione certius perspectis, rectè vti eis possis: & illi consuetudine habita tuorum morum ac consiliorum,
XX. ita demum in prouincias exeant. Hos in causis grauioribus sententias non apertè rogabis: ne necessariis tuis fauẽtes, non liberè quid sentiant pronuncient: sed in tabella eas scriptas, ad te solùm, ne cui alij innotescãt, perferri, ac deleri statim lectas iube. Sic enim vniuscuiusq; sentẽtiam certissimè cognosces, si eam illi à nemine alio cognitum iri persuasum
XXI. habeant. Præterea ad iudicia, ad literas, ad vrbium decreta, ad priuatorum hominum postulata, ad aliaq; omnia, quæ administrationi imperij cõpetunt, adiutores administrosq; ex equi-

ex equitibus quosdam habebis. Sic & facilius singula peragentur, & neq; tu per errorem falleris, neque solus omnia conficiens fatigaberis. Liberam dandi tibi ex animi sui sententia consilij omnibus potestatem facies, proposita securitate. Nam &, si cuius tibi sermo probabitur, multum inde vtilitatis ad te: & si non placebit, nihil incommodi redibit. Quorum consilium sequendum existimabis, eos collauda, ac honora: (nam illorum inuentis gloriam tibi paries) quorum verò reijcies, nequaquam eos, aut ignominia afficies, aut culpabis, cum ad eorum tibi voluntatem, nō successum eius, sit respiciendum. Quod idem in re bellica etiam tibi obseruandum est, ne vel fortuitò alicuius infortunio succenseas, neq; re bene gesta inuideas. Ita libentes alacresq; pro te omnes pericula suscipient, cum neq; infeliciter re gesta supplicium, neq; prosperè, insidias sibi timendas persuasum habeant. Nam multi, cùm eorum, penes quos summa esset imperij, metuerent inuidiam, cladem accipere, quàm victoria potiri maluerunt, eoque sese tutos præstiterunt damno illis iniuncto. Quare tu, ad quem vtriusq; euentus, vel commoda vel incommoda maxima sui parte referentur, nequaquam debes, verbo quidem alijs, re autem, ipsi tibi inuidere. Ea autem dices ac ages, quæ sentire ac facere præfectos tuos velis. Id enim facilius eos officium suū docebit, quam metus legum: cum alterum incitatione constet, alterum timore: ac facilius meliora incitentur homines, cum ea in re ipsa conspiciant, quàm peiora vident, verbis ea prohibita audientes. Ipse igitur omnia summa cum diligentia ages, nihil tibi ipsi ignoscens: sed certum hoc habens, omnia tua, & dicta, & facta statim omnibus nota futura. Viues enim veluti in quodam orbis terrarum theatro: nec fieri potest, vt vel minimum tuum peccatum lateat. Nihil enim sine arbitris, sed semper in magna hominum multitudine ages: & perscrutari acta principum omnes homines libentissimè solent. Qui si semel compererint te alia alijs præcipere, alia ipsum agere, nō iam minas tuas metuent, sed facta incitabuntur. Aliorum vita inspicienda quidem tibi, non tamen grauiter inquirendum: sed quæ ab alijs accusantur crimina, de ijs iudicandum: reliqua accusatore carentia tu quoq; dissimula, nisi quid in Rempublicam sit delictum. De his enim exigenda est merita pœna, etiamsi nemo deferat. Priuata autem cætera, cognoscenda quidem sunt (ne erres aliquando huiusmodi inepto homine ad functionem aliquam adhibito) non tamen coarguenda. Nam natura multos homines eò rapit, vt cōtra leges delinquant;

XXII. (margin, beside "conficiens fatigaberis")
XXIII. (margin, beside "pſi tibi inuidere")
XXIV. (margin, beside "cusantur crimina")

,, quæ si quis omnia accuratè delicta persequi velit, aut nemi-
,, nem, aut perpaucos impunitos relinquat: sin humanitatem æ-
,, quitatem iuri misceat, fortassis eos emendet. Lex enim quã-
,, quam necessariò pœnas graues statuit, tamen naturam co-
,, ercere non semper potest. Cæterum homines quidem cum occulta esse sua peccata putant, aut saltem mediocriter verbis castigantur, vitam emendant: partim quod metuunt, ne manifesti delictorum fiant, partim denuò peccare veriti: ijdem palam factis vitijs suis pudore proiecto, aut immodicè puniti, omnia iura confundunt ac conculcant, seliq; naturæ impetibus seruiunt. Quamobrem neq; facile est omnes peccantes punire, neque decorum eos, qui apertè libidine mala feruntur, negligere. Habes rationem peccata hominũ,

XXV. nisi extrema omnino sint, tractandi. At egregia eorum facta, etiam maiori quam mereantur honore sunt ornanda. Ita enim potissimum efficies humanitate tua: vt à deterioribus abstineant: & munificentia, vt meliora sequantur Neq; enim timendum est, ne te aliquando pecuniæ, aliaue, quibus compenses virtutem tuorum, deficiant. Nam te in tot terras ac maria imperium habente, citius arbitror defuturos, qui do-
,, nis tuis digni sint. Neq; id verendum, ne qui à te ornati, in-
,, gratos se exhibeant: cum nulla alia res perinde hominis in-
,, genium subigat ac concilieт, quam si is non modò nulla iniuria, sed etiam beneficio afficiatur. Eum te aliis vt præbeas

XXVI. consulo. Iam, quod ad te ipsum attinet, nihil insolens aut superbum admittere debes, tibi vel ab aliis, vel à S natu verbis aut re oblatum. Vt enim alios honores à te dati ornant; ita tibi maius his quæ habes dari nihil potest: sed quicquid datur, multam fuci suspicionem secum fert. Nemo enim est qui sponte sua aliquid tale ei, qui summam rerum obtinet, decernere videatur: quæ verò sibi ipsi quispiam tribuit, neq; laudari solent, & risu excipiuntur. Ideo splendorem tu tibi præclaris facinoribus para: statuas tibi neque aureas, neq; argenteas fieri vnquam fine. Nam non modo magnis sumptibus eæ constant, sed insidiis etiam oppor-
,, tunæ sunt. Benefaciendo autem alias tibi statuas in animis
,, hominum, nulli interitui obnoxias, effice. Templum quoq; nullum tibi patere ædificari. Quippe in huiusmodi res incassum multæ pecuniæ insumuntur, quas necessariis rebus
,, impendere præstat. Etenim diuitiæ magnæ non tam mul-
,, ta accipiendo, quàm non multos sumptus faciendo, colli-
,, guntur: & id genus res nullam gloriam adferunt: at virtus
,, multos diis æquat. Nemo autem vnquam mortalium suffragiis deus effectus est. Ita tibi si bonus fueris, ac rectè impera-

imperaueris, vniuersa terra templum erit, pro delubris omnes vrbes, omnes homines pro statuis: quorum in animis semper cum gloria insidebis. Qui verò imperium summum male gerunt, eos ista ornamenta, quanquam in omnibus vrbibus pôsita, tantum abest vt decorent, vt etiam reprahensionibus eos hominum exponant, cum sint trophæa quædam malitiæ eorum, ac iniustitiæ monimenta: quæ quo diutius perdurauerint, eò longius quoq; infamia istorum permanet. Itaq; si reuera immortalis fieri cupis, ita vt dixi, agendum tibi est. Deos quoq; semper, & vbiq; ita cole, vt moribus patriæ est receptum, ad eundemq; cultum alios compelle: peregrinarum verò religionum autores odio & supplicio prosequere: non modo deum gratia, quos qui contemnit, haud dubiè nihil quoq; aliud magni faciet; sed propterea etiam, quòd qui noua numina introducunt, multos ad peregrinis legibus vtendum pelliciunt. In de coniurationes, coitiones, & conciliabula existunt, minime vnius principatui cōmodæ res. Itaq; , neq; deorum contemptorem, neq; præstigiatorem vllum tolerabis. XXVII. Nam diuinatio quidem necessaria est, ideoq, omnino aruspices & augures tibi sunt constituendi, quos cōnsulere possint qui volunt: magi vero omninò ferendi non sunt, qui cum sæpenumero vera etiam dicant, tamen frequentius mentiendo hominibus nouarum rerum tentandorum causam præbent. XXIIX. Quod idem philosophiam quoq; profitentes haud pauci faciunt: quos ipsos quoq; cauere te iubeo. XXIX. Neq; enim quia Areum & Athenodorum bonos ac honestos viros expertus es, omnes alios idem studium præ se ferentes similes eorum iudicare debes: cum hac specie vsi, multi infinita mala populis priuatisq; hominibus adferant. XXX. Animo quidem te quam maximè pacis studioso, nihilq; prætere, quæ possides, appetente, esse decet, interim tamen ad bellicam rem paratissimum: vt neq; velit quidē, neq; ausit quisquam te lædere: aut si omninò id conetur, facilè & extēplo plecti possit. XXXI. Ac quandoquidē ob hanc, & alias causas habere oportet auscultatores ac exploratores, quorū omnes tui imperij res cognoscas: ne quid custodia aut emendatione indigens te fallere possit: memento non omnia statim, quæ ab his referuntur, credenda, sed diligentē consideratione adhibendam esse. Permulti enim eorum, vel odio aliorum, vel eorū bona sibi petentes, vel in gratiam quorundam, vel irati ob postulatam ab aliis, ac non acceptam pecuniam, falso crimine seditionis tentatæ, aut contra imperatorem alicuius facti vel dicti improbi eos onerant. Ideo non facilè ijs animus est

aduertendus, sed omnia accuratè indaganda. Quod si enim
tardius fidem adhibueris, nullo tuo magno id fiet damno:
festinando autem fieri potest, vt peccatum aliquod irrepa-
rabile admittas. Ad hæc libertorum te tuorum ac familia-
XXXII. rium optimum quenq; in honore habere oportet; quia id
& decus tibi magnum & securitatem afferet: nulli tamen
nimia est indulgenda potentia, sed ita moderandum omni-
bus, vt ne in quam te repræhensionem coniijciant. Nam
quæcunque vel rectè vel secus egerint, omnia tibi imputa-
buntur: talemq; te omnes iudicabunt, qualia eos facta exer-
cere permiseris. Ergo potentibus omnibus iniuria alios af-
ficiendi calumniandiq; facultatem adimes, vt si nihil etiam
delinquant, tamen ne posse quidem id, culpari queant. In-
ferioris sortis hominibus iniuriam passis omni opera suc-
curre, ita tamen, vt eorum querelas haud temerè accipias,
sed rem ipsam per se intuearis: neque potentiores omninò
XXXIII. suspectos, neq; infirmioribus in omni re fidem habens. O-
perantes, artibusque vtilibus deditos honoribus afficito:
otiosos aut negotijs prauis intentos odio habeto: vt illa v-
tilitatis gratia amplectentes, hæc propter damna omitten-
XXXIV. tes, & priuatæ, & publicæ rei magis conducant. Expedit
porrò priuatorum ciuium controuersias quàm fieri po.
maximè dirimere, ac quàm celerrimè componere. Id verò
magis adhuc præstat, populorum studia inhibere: ac cum
vota facientes pro imperio, salute, & fortuna, cogere ali-
quos volunt vt aliquid vltra facultates suas agant impen-
dantúe, id non concedere: præterea inimicitias eorum con-
tentionesque penitus præcidere: neque concedere, vt ina-
nia cognomenta, aut alia vnde discordiæ incidere possunt,
XXXV. sibi sumant. In quibus, inq; alijs omnibus, facili tibi om-
nes, & priuatim & publicè parebunt, si nihil horum vlli
præter alios permiseris. Nam inæqualitas etiam ea quæ be-
nè in vnum coaluerunt, dissipat. Itaq; omninò pati non de-
bes, vt quis horum quicquam à te petat, quod ei daturus
non sis: sed hoc summopere conari debes, vt ne quid veti-
XXXVI. torum poscat quisquam. In summa autem id tibi consilium,
do, ne quando abutaris potentia tua: neq; eam putes esse di-
minutionem eius, si non simul omnia facias quæ possis. Sed
quanto magis omnia, quæ statueris, potes perficere, tan-
to magis cura: vt optima quæq; tibi proponas. Semper te-
cum ipse expende, rectène, an secus quid egeris: quo facto
amorem tibi concilies nec ne: atque ita hæc vita, illa susci-
pe. Neque, si neminem te incusare audias, ideo existimare
debes te iure posse aliquid contra agere: neque expectare
debes

debes, dum còquispiam insaniæ progrediatur, vt apertè tibi obtrectet. Hoc enim nemo, etiam summè læsus faciet: quinimò multi eos à quibus iniuriam acceperunt, palam laudare coguntur, dum id efficere conantur, ne succensere videantur. At principis est, non ex sermone aliorum de animo ipsorum coniecturam facere, sed ex ijs quæ eos sentire sit verisimile. Hæc te & similia horum agere velim. Multa enim prætereo, quod simul ea omnia dici non possunt. Vnum dicam, quod caput est & summa omnium eorum quæ vel dicta sunt, vel ad dicendum restant. Si hæc tua sponte omnia egeris quę velles alium in tę imperium habentem agere, nulla in re peccabis: omnia prosperè conficies, vitamque exinde & suauissimam & tutissimam duces. Qui enim non patris ac seruatoris loco te omnes & suspiciant & diligant, cum videant te modestum, vitæ integræ, bello ac pace præstantem? quum neminem contumelia, neminem iniuria afficias: cùm vitæ æqualitatem serues: cum non ab alijs pecuniam exigens, ipse diuitias afferues: cum non alios affligens, luxurieris ipse: cum non alios castigans, ipse libidini indulgeas, sed in omni re tuam vitam eorum moribus accommodes? Itaq; fretus eo præsidio, quod in te ipso, si neminem læseris, magnum habebis, crede mihi neminem tibi neque infestum futurum, neq; periculum creaturum: quo præsente vitam esse iucundam omnino necesse est. Quid enim dulcius, quid felicius, quàm cum virtute omnibus humanis bonis fruentem, ijsdem alijs quoq; impertire posse? His itaq;, ac reliquis, quæ recensui omnibus consideratis, assentire mihi, neq; aspernare fortunam, quæ te ex omnibus delectũ summæ rerum præfecit. Quod si vnus imperij summam re ipsa tibi sumens, regni nomen vt execrabile reformidas, potes, eo omisso, sub Cæsaris nomine omnia in tua potestate habere. Sin alias etiam appellationes desideras, dabunt tibi imperatoris titulum, etiam patri tuo quondam datum: exornabunt autem te præterea alio etiam quopiam cognomento, ita vt regni omnibus bonis sine eius inuidiosa nuncupatione perfruaris.

& celeriter adeò bona hæc vniuersa amissuros. Non enim satis est strenuos fuisse viros, ad hoc vt strenuitas ea perpetua sit, nisi quis in hoc assiduè elaboret: sed vt artes etiam reliquæ neglectæ minoris æstimantur, & corpora ipsa rectè affecta si ad desidiam relaxentur, rursum malè afficiuntur: sic & temperantia, & continētia, & robur, cum quis horum exercitationem remittit ad prauitatem vicissim conuertuntur. Non igitur cessare debemus, neque ad voluptates præsentes nosmet proijcere. Nam magnum equidem opus esse arbitror, imperium sibi parare: sed multò maius id, quod sis adeptus, conseruare. Nam adipisci sæpius etiam illi contigit, qui solùm audacē se præstat: sed retinere quod adeptus sis, id verò non iam sine temperantia, nec sine continentia, nec sine multo studio fit. Quæ cum intelligamus, multò iam magis virtutem colere debemus, quàm coluerimus antéquam hæc bona nostram in potestatem venirent. Atque etiam scire nos oportet, tùm plurimos & inuidere, & insidiari, & hostes fieri: cum plurima quis possidet: præsertim si ab inuitis & opes, & obseruantiam (quod nobis vsu venit) habeat. Deos quidem certè putare debemus nobiscum fore. Non enim insidijs vsi iniustè hæc possidemus, sed insidijs petiti nosmet vlti sumus. Quod autem ab hoc optimum est, id parari à nobis ipsis debet. Est autem hoc, vt subditis meliores imperio potiamur. Aestus sanè, & frigus, & cibi, & potus, & labores, & somnus, cōmunia nobis esse cū seruis debent: sed ita tamen hæc cum ipsis cōmunicabimus, vt enitamur in his primùm potiores ipsis cōspici. Militaris verò scientiæ atque exercitationis nihil omnino communicare cum his debemus, quos & operarios nostros & vectigales efficere volumus: sed hisce exercitijs nos superiores ipsis esse debemus: atq; adeò scire Deos hominibus hæc libertatis beatitatisq; instrumenta demonstrasse. Et quemadmodum ipsis ademimus arma, sic nos ipsos nunquam ab armis destitui oportet: adeoq; sciendum, eis omnia quæcūque velint, maximè propria esse, qui quam proximè ab armis absint. Quod si quis huiusmodi quædam cogitat: quid ergo cōducit nobis, quod ea quę cupiebamus, effecerimus: si quidē adhuc necesse erit famem, sitim, curas, labores tolerare? Nimirum hoc perpendendum est, tanto plus adferre lætitiæ bona, quanto maiore labore præcedente ad ea perueniatur. Labores enim fortibus viris obsonium sunt. At absq; eo, vt quis indigeat eius quod consequitur, nihil tam sumptuosè parari possit, vt suaue sit. Quòd si ea, quæ homines expetunt maximè diuinitus nobis parata sunt: vt autem

III.

tem

tem illa quam suauissima videantur, ipsi sibi quis parat: is eo meliori erit conditione, quàm qui tenuius viuunt, quòd esuriēs suauissimos cibos consequetur: & sitiēs fruetur sua-uissimo potu: & requietis egens suauissimè quiescet. Quam obrem equidem censeo, debere nos contentis viribus bonorum virorum officio fungi, vt bonis rebus quam optimè suauissimeq; fruamur: & eius quod omnium est grauissimū, periculum non faciamus. Nec enim adeò graue ac molestū est bona non adipisci quàm acerbum ea, quæ sis adeptus, amittere. Quin hoc etiam consideretis, quamnam ob causam inducere in animū debeamus, vt ignauiores, quàm antea, simus. Annè propterea, quòd cum imperio sumus? At verò non conuenit eum, qui cum potestate sit subditis peiorem esse. At quòd feliciores iam esse videamur, quam prius: iccirconé fortunæ prosperę condonanda'est ignauia? An quia seruos adepti sumus in eos animaduertemus, si fuerint improbi? At quo pacto conuenit eum, qui sit ipsemet improbus, alios improbitatis, vel inertiæ causa plectere? Prætérea cogitetis velim, instituisse nos multos alere, qui & ædium nostrarum sint custodes, & corporum. Atqui non turpe fuerit, nos alios salutis nostrę satellites comparandos existimare, nobis ipsis autem satellites non esse? Atqui certò sciendum est, non esse vllum aliud præsidium tale, quale est quemque virtute præstare: id enim consequi necesse est. At qui virtute caret, ei nec aliud quidquam rectè succedere conuenit. Quid igitur esse faciendum aio? & vbi virtutem IV. exercendam? vbi studium & operam adhibendam? Nihil noui proferam, sed sicut in Persia degunt homotimi in Archiuis: sic aio nobis, qui oēs homotimi sumus, hîc manendū esse, iisdemq; studijs operam dandam, quibus illic occupati fuimus. Ac vos quidem me pręsentes intueri debetis, & cōsiderare, num in iis curandis adsiduus sim, quæ curari à me necesse est; ego vicissim vos spectans considerabo, & quos quidem videro pręclaris & honestis rebus operam dare, hos præmijs ornabo. Quin etiam liberos, qui nobis nascentur, hîc instituamus. Nam & ipsi meliores erimus, si liberis volemus nos ipsos tāquam longè optima exempla exhibere: & liberi nostri, etiamsi velint, non facilè mali euadent, cum nihil quod turpe sit, vel visuri vel audituri sunt, sed in virtutis & honesti studio totos dies conterent.

sas, in quibus à prætorijs ad ipsum fit prouocatio cognoscet. Porro quod Italiam in tot partes distribuendam tibi consulo, mirari non debes: cum enim & magna sit, & hominum in ea summa frequentia, ab vrbanis magistratibus rectè gubernari non potest. Oportet enim præfectos semper ijs, quos regendos habent, adesse: neque eis alia quàm quæ exequi possint, negotia incumbere. Cæterum omnes illi, quibus aliquod extra vrbem imperium committitur, singuli rationi sui officij congruentem accipiant mercedem. Nam neque ex suis facultatibus in alienis locis viuere eos consentaneum est: neque rursum immensis ac nullo certo modo definitis sumptibus eos vti. Ijdemque neque minus triennio (nisi quis quid deliquerit) neque plus quinquennio magistratum obeant. Nam & annui illi magistratus, aut pauco tempore circumscripti, hoc habent vt cum quis aliquid in ijs addidicerit, prius decedat quam eius specimen exhibere possit: & diuturniora imperia multos ad fastum ac tenendas res nouas extollunt. Quamobrem maiora imperia nequaquam vnum ex alio eidem tribuenda censeo: cum quod nihil intersit, in eademne aliquis prouincia, an verò in diuersis contineantur, diutius quam expedit, cum imperio sit: tum quod hi aliquo inter magistratus suos interiecto interuallo, domum reuersi, ac priuatim viuentes, meliores redduntur. Ac de Senatoribus quidem, quæ officia ijs essent

VII. assignanda, satis dixi. Proinde ex Equitibus duos quosdam præstantissimos satellitio tuo præficies. Nam vni id committere, periculo: multis verò, turbis non caret. Duo igitur sint, vt si alter etiam insidias tibi creare conetur, tamen habeas adhuc qui te custodiat. Hi ex ijs qui aliquoties militiam fecerint, deligendi sunt, quique multis alijs etiam officijs functi sint, Imperium autem obtineant in stipatores, omnesque per Italiam totam milites, ita vt capite etiam sontes plectendi potestatem habeant: demptis tamen centurionibus, ac reliquis, in quos Senatorijs magistratibus tantum est potestas, ac ea ipsa quoque libera, vt pœnas aut præmia suo arbitrio imponere possint. Verum hi duo, quos dixi, satellitij tui præfecti, in cæteris per totam Italiam milites ius habeant, ac in Cæsarianos etiam qui in tua sunt familia, reliquosque omnes quorum aliqua est habenda ratio. Vicarios autem habeant hi suos necesse est: alioquin pluribus, quàm quibus sint expediendis onerati negotijs, exequi ea quæ vsus postulat, omnibusque simul istis præesse non poterunt.

Hi,

Hi, quemamdum etiam præfectus vrbis & subcensor, magistratum omni vitæ suæ tempore retineant. Præterea ex Equitibus proximæ dignitatis, vnus nocturnæ custodiæ magister, & alius qui annonam procuret, ad certum tempus, vt senatorii quoque magistratus, constituantur. VIII. Aerarij quoque publici ac fisci, præterea negotiorum aliorum Romæ & per Italiam administratio Equitibus mandetur. His ipsis etiam merces, quæ honori ac functioni eorum respondeat, danda est: quia Senatoribus pauperiores, Romæ etiam nequeunt obeuntes aliquem magistratum ex suis facultatibus viuere. Sed tamen ijs quoque officia quædam committi ex vsu est: cum neque fieri possit, neque expediat vt ijdem & exercitus, & pecuniam in sua potestate habeant. Ac præstat per multos publica nego- „ tia administrari: vt & complures hinc emolumentum sen- „ tiant, & experientiam rerum gerendarum consequantur: Ita enim & subditi maiori te beneuolentia prosequentur, multipliciter bonis publicis fruentes: & tu semper copiam eorum habebis, quibus ad quasq; necessarias res cōficiēdas vtaris. Cæterum Romæ satis est ad vnamquanque rationem pecuniæ colligendæ: foris autē in singulis prouincijs, vnico Equite, qui quot opus fuerit administros sub se habeat, ex Equitibus sumptos ac ex libertis. Nam hos quoque eis adiungi prodest: vt & famulis tuis præmium virtutis extet, & non desint tibi ex quibus vel inuitus cognoscere possis si quid peccatum fuerit. Iam siquis Eques multis negotiis obeundis adeo clarus euadat vt dignus sit qui in ordinē Senatoriūm recipiatur, id ætas eius, quò minus fiat, impedire nullo modo debet. Quin etiam ex iis, qui ordines in ciuilibus legionibus duxerunt, in Senatum adscribendi aliquando nonnulli sunt, modò ne stipendia meruerint. Quippe turpe ac probrum sit, eos in Senatorum numero „ haberi, qui aliquādo storeas ac corbes gestauerint: alioquin „ ex iis qui centuriones ab initio fuère, nihil impedit, quin „ præstantissimi inter Senatores referantur. Hoc quoque te IX. summopere hortor, instituas; vt patricij equestrisq; ordinis homines, dum adhuc pueritiam agunt, ludos literarios frequentent: adolescentes autem facti, equos & arma tractare discant, ad vtrunq; doctoribus publicis certo stipendio cōductis. Ita enim statim à puero discentes ac exercentes omnia ea quæ adultis sunt vsurpāda, ad omnia negotia aptiores habebis. Optimi enim ac egregij principis est, non modò ipse vt omnia ex officio agat, verùm vt qua ratione etiā „ reliqui omnes quam optimi fiant prospiciat. Id autem tu ita „

præ-

,, præstabis, si non permittas omnia eos ex libito agere, ac de-
,, inde delinquentes corrigas: sed si priusquam peccauerint
,, quicquam, omnia eos doceas, quæ exercentes & tibi & sibi
,, ipsis maiori sint vsui: ac, si omnem occasionem, propter di-
,, uitias, nobilitatem, aut aliam quancunq; præstantiam, vitæ
,, per desidiam, mollitiem aut praua studia ducendæ, occasio-
nem præcidas. Etenim permulti, metuentes ne istiusmodi bonorum nomine inuidiæ ac periculis sint obnoxij, multa se ipsis indigna agunt, quò tutius viuere possint, atq; inde misericordiam consequuntur: quia hoc ipsum iniquè eis accidisse videtur, quòd sibi rectè viuere opinati sint: ad principem verò & damnum, bonis viris destituto & infamia huius causæ redit. Id igitur hic fiat cauendum tibi est: Neq; metuẽdum ne quis eo quem dixi modo educatus institutusq;, consilium conuellendi status Reipublicæ sit initurus: quin
,, imò id à disciplina nulla formatis, à libidinosis timendum
,, est: Hi enim facilimè eò adducuntur, vt turpissima ac pessi-
,, ma quæq; in se & alios statuant. Qui verò rectè educati institutiq; sunt, cùm alium neminem iniuria afficere, tùm minimè omnium eum volunt, qui ipsis educationis huius ac disciplinæ author fuit. Quod si omninò quis peruersus ingratusq; existet, nullum ei hujusmodi negotium commiseris, vnde aliquid mali facinoris edere possit: aut si nihilominus aliquid molietur, coniunctum supplicio affice. Neq; est quod vereare, ne quis tibi id vitio vertat, qui nõ magis propter punitum malum culpaberis, quàm medicus propter
,, vsta aut excisa corporis vitia. Ille verò ab omnibus accusabitur, qui eodem, quo reliqui modo eductus ac institutus, periculum tibi creare ausus fuerit. Ac de Senatoribus quidem
X. & equitibus hactenus. Milites autem perpetuò alendi sunt, ex ciuibus fœderatis, ac subditis delecti, ad prouincias tutandas, pro ratione necessitatis temporibus diuersis plures paucioresve; qui semper in armis sint, bellicasq; artes assiduò exerceant, hyberna locis opportunissimis habeant, certum militiæ tempus expleant: ita vt non nihil ætatis etiam ante senium supersit. Non enim ex tempore contractis auxiliis amplius vti possumus, qui & tam procul ab extremis imperij nostri finibus distamus, & vndiq; conterminos nobis hostes habemus: periculum est ne imperitis ac inexercitatis militibus vtendum nobis sit. Itaq; hæc mea est sententia vt robustissimi omnes, quiq; sibi alendis, quàm minimè sufficiunt, in exercitum conscribantur, ac in armis exerceantur: reliqui omnes ab armis & re bellica vacent. Nam, & illi soli militię dediti, rectius eam facient: & hi faciliùs agriculturam,

turam, nauigationes, reliquasq; pacis actiones exercebunt, cum neq; ad arma concurrere opus habeant, & alij eorum defendendorum causa excubent. Iam ea hominum multitudo, quæ ætate ac viribus validissima, rapto viuere potissimum cogitur, citra vllius iniuriam aletur, & reliqua pars sine periculo deget. Vnde ergo, inquies, pecuniæ in hos & in XL.
alias res impendendæ suppetent? Enimuero id mox ostendam, hoc præfatus, etiamsi Reipublicæ summam penes populum esse finamus, vtiq; tamen pecunia opus nobis futurum : cum impossibile sit & sine bello nos tutos esse, & milites sine stipendio habere, ne iam vel vnius principatum, quasi is solus necessariam pecuniæ collectionem requirat, accusemus, vel propter hanc ab eo abhorreamus: sed ita consilium capiamus, vt, qui nouerimus in qualicunq; Reipublicæ forma pecuniam necessariò esse conficiendã. Porrò quod ad eam rem attinet, primò omnium debes, vt ego quidem sentio, omnes publicas res (cuiusmodi bellis partas esse multas video) vẽdere, paucis omninò tibi admodum vtilibus ac necessariis exceptis, pretiumq; earum mediocri fœnore omne mutuò dare. Hac ratione & terra fertilior erit, dominorum opera propria cùm colatur, atq; hi ea occasione locupletiores cum euadant, plus in publicum conferent, Resq; publica reditus sufficientes ac perennes habebit. Deinde horum omnium, ac eorum quoque, quæ ex metallicis fodinis, aut aliunde certò ad nos redeunt, ineunda est ratio. Ac contra computandæ impensæ, quæ non in milites modò, sed etiam in alia ad vrbis rectam administratione facientia insumuntur, tum quę in repentina bella, aliaq; ex tempore accidentia necessariò conferuntur. Sic, comparatis rationibus, vt reliqui sumptus suppeditent, pensio imperanda est de omnibus iis, quæ aliquem possessori quæstum ferunt, vectigaliaque imperanda omnibus nostris subditis. Iustum enim æquumq; est, neminem horum, neq; priuatum hominem, neq; populum immunẽ esse: cum ex æquo ad omnes vtilitas eorum, in quæ insumuntur, redeat. Exactores porrò vbiq; locorum cõstituendi sunt, qui singulis suæ functionis temporibus ex omnibus reditibus quantum par est exigãt. Ita cum paulatim ac certis spatiis subditi nostri ea pendant quæ debent, ac non, aliquandiu neglecti, post simul omnia poscantur, & pensionem istam exoluẽtibus, ea res haud minimum commodi afferet, & exactoribus facilior erit sui officij ratio. Neq; clam me est, nonnullos tributa ac vectigalia constituta ægrè laturos esse. Verùm hi ipsi, si neq; alio præterea damno afficiãtur, & re ipsa cõperiant, hæc ipsorum

salu-

„ salutis causa, vtq; cæteris suis bonis tutò perfrui possint, exi-
„ gi: præterea cum plæriq; ipsorum eam pecuniam, alij ma-
„ gistratum gerentes, alij præfecti regionum, alij militantes
„ accipiant, magnas etiam tibi gratias agent, quòd exiguam
„ suorum redituum partem tibi conferentes, reliqua omnia
„ sine damno percipere possint. Idq; eò magis fiet, si te conti-
„ nenter viuere, ac nihil prodigere videant. Quis enim, cum videat te in re familiari summa parsimonia vti, in publica liberalissimum esse, non vltrò velit aliquid conferre, cum tuas diuitias suam securitatem ac copiam esse iudicet? Itaq; pe-

XII. cuniæ etiam plurimæ tibi suppetent. Reliqua ad hunc modum tibi meo iudicio sunt peragenda, Romam omni magnificentia exornabis, omni ludorū genere decorabis. Nam, quia multis imperamus gentibus, conueniens est nos omnibus aliis hac in re præstare: atq; hæc res efficit quodammodo etiam, vt socij nos obseruent, hostes reformident.

XIII. Quod ad exteros pertinet, neque populus vllus cuiusquam rei potens sit; neq; in concionem omninò coëat. Nam neq; boni quicquam statuent, & subinde turbas aliquas excitabunt. Ideoq; ne nostro quidem populo concedi debet vt ad iudicia, comitia, aliudve huiusmodi concilium, rei alicuius

XIV. sciscendæ causa, conueniant. Aedificiis, neq; numero, neq; mole, quàm pro necessitate maioribus vtantur: neq; in ludos multos ac varios sumptum faciant: ne vel vanis studiis occupentur, vel sumptibus absurdis certantes ad inimicitias mutuas progrediantur. Ludos quoq; & spectacula sua habeant, excepto nostro equestri certamine: non tamen ita, vt Rempublicam familiaremq; suam corrumpant, cogantque peregrinos apud se aliquid sumptuum facere, aut omnibus qui quocunq; certamine vicerint, cibum perrennē tribuant.
„ Nam rationi consentaneum non est, vt diuites extra patrias
„ suas cogantur impensas facere. Et præmia certantibus vbiq; constituta sufficiunt: nisi quis Olympiaca, Pythia, aut alia id genus certare velit certamina. His enim solis cibus præbendus est; vt neq; vrbes frustra impendiis onerentur, neq; nisi dignis operā certaminibus quisquam exerceatur, cum aliquid aliud patriæ sibiq; vtilius tractare. Porro ludos eque-
„ stres qui sine gymnicis certaminibus fiunt, nulli alij vrbi ex-
„ hibendos censeo: ne vel multæ pecuniæ abs re insumantur, vel homines ad malum furorem exagitentur: ac præcipuè ideo vt militantibus copia optimorum equorum sufficiat. Hi itaq; ludi non alibi, quàm Romæ dari debent: in reliquis eam moderationem adhiberi, vt singulis in locis spectacula & musica cum fiant, tolerabilius impendiis, locus sit mode-

stæ ac

stiæ ac tranquillitati. Vti præterea numismare, ponderéque X V.
vel mensura peculiari vrbs nulla debet, sed nostris. Neq; ad X V I.
te legationem, nisi res discussionem tuam requirat, vllam
mittant; sed q̃ voluerint, præfecto suo indicent, ac per eum
ad te de sua voluntate referant. Ita & sumptus & turpis rei
conficiendę ratio vitabitur, ac integra responsa sine vllo im-
pendio ac labore auferent. Reliqua etiam omnia videris X V I I.
mihi hac ratione optimè omnium confecturus, si legatos,
ab hostibus, aut à confœderatis regibus populisq; missos
primum in Senatum introducas: (alioquin enim è dignita-
te Reipublicæ est, videri omnia esse in potestate Senatus ac
multos esse eorum aduersarios, qui eum spernant) deinde
Senatorum opera omnia de eis statuas, quæ legibus sunt
sancita, nihilq; iniussu eius cum quoquam agas. Hoc pacto
& dignitas imperij magis confirmabitur, & legum instituta
aperta ac conspicua omnibus erunt. Tertium est, vt Sena- X V I I I.
tores, liberosq; & mulieres eorum, si quod crimen perpe-
trauerint, ignominia, exilio, aut etiam morte plectendum,
nullo facto præiudicio in curiam adducas, integramq; de
causa cognitionem Senatui permittas: vt & fontes citra tuã
inuidiam rei coram suæ sortis hominibus peracti plectãtur,
reliquiq; metu publici iudicij meliores euadant. Hæc de iis
criminibus loquor, de quibus & leges extant, & iudicia se-
cundum eas fiunt. Nam quod conuitium tibi quisquam fe-
cerit, aut obtrectauerit, neq; deferente aliquo audire, neq;
vlcisci debes. Turpe enim fuerit te id credere, iuuentum qui „
te, neminem lędentem, omnibus benefacientem, ignominia „
affecerit: idque soli mali credunt principes, quos ad fidem „
dictis habendam conscientia mouet. Deinde iniquum est ea
ægrè ferre velle, quæ, si vera sunt, præstat non admisisse: sin
falsa, dissimulare: cum multi hæc vindicantes, pluribus ac
grauioribus de se sermonibus occasionem præbuerint. Hic
igitur est meus sensus de obtrectationibus: ac conuenirte
omni altiorem esse iniuria, vt neq; ipsum id in animũ tuum
inducere, neq; aliis eam opinionem subiicere: extare qui in
te contumeliosus esse ausit: vt iam idem de te, quod de diis
immortalibus iudicetur, esse te venerandum. Quod si per- X I X.
niciem tibi machinatus fuisse quispiam culpetur (quod sa-
nè fieri potest) cum tu ipse neq; iudicabis, neque præiudi-
cium contra afferes (est enim absurdum eundem & accusa- „
toris & iudicis partibus fungi) sed in Senatum adductũ, cau- „
sam dicere iube: ac, si conuincatur, quam fieri potest mo-
deratissimo supplicio plecte: vt fides crimini fiat. Nam
plæriq; difficulter omninò adducuntur, vt credant ab iner- „
mi

,, mi insidias armato structas. Quod hac solùm ratione consequeris, si neq; ex ira neque extremo supplicio (quantum quidem eius fieri licet) in huiusmodi reos animaduertas. Hic tamen eos exclusos velim, qui quum exercitum obtineant, palam contra te insurgunt. Neque enim hi in iudicium pertrahendi, sed hostium exemplo puniendi sunt. Proinde hęc, & plerasq; alias res maximè ad Rempublicam spectantes,
,, Senatus potestati permittes. Nam & Rempublicam com-
,, muni consilio administrari par est, & natura suapte homines
,, gaudent ijs quæ tâquam conditione æquales à maiori adi-
,, piscuntur, omniaq; quæ is cum ipsorum consilio decernit,
,, tanquam propria laudant, ac tanquam vltrò à se ipsis statuta diligunt. De his itaq; ad Senatum referre iubeo, omnesq; senatores ex æquo de plærisq; rebus sententiam ferre. Sed vbi quis Senator reus agitur, non omnes, nisi reus, aut Senator non sit factus, aut quæstorius adhuc sit. Est enim ratione alienum, eum, qui nondum tribunus plebis, aut ædilis fuerit, de eo qui hos magistratus obierit, suffragium dicere; aut hos de prætoriis, vel rursum hos de consularibus: liceat de omnibus suam sententiam ferre, reliquis de æqualibus, aut minoribus. Ipse autem seorsim de causis in quibus prouocatione certatur, iudiciũ facies, quæ à maioribus magistratibus, tutoribus, præfecto vrbis, sub censore, præsidibus prouinciarum, annonæ procuratore, & nocturnæ custodiæ ma-
,, gistro ad te referuntur. Nemo enim ita metum imperium
,, obtinere debet, vt non ab eo prouocari possit. De his igitur causis, & equitum centurionumq;, priuatorumq; primariorum cognosces, vbi de capite aut ignominia erit controuersia. Nam hæc ad te solum debent referri: ac nemo ob eas, quas dixi causas, alius iudicare de iis debet. Adhibere autem vnoquoque tempore ad ea iudicia potes præstantissimos quosq; patricij equestrisq; ordinis viros, aliosq; ex consularibus & prætoriis, alios alio tempore; vt & tu prius moribus eorũ hac ratione certius perspectis, rectè vti eis possis: & illi consuetudine habita tuorum morum ac consiliorum,
XX. ita demum in prouincias exeant. Hos in causis grauioribus sententias non apertè rogabis: ne necessariis tuis fauẽtes, non liberè quid sentiant pronuncient: sed in tabella eas scriptas, ad te solùm, ne cui alij innotescãt, perferri, ac deleri statim lectas iube. Sic enim vniuscuiusq; sentẽtiam certissimè cognosces, si eam illi à nemine alio cognitum iri persuasum
XXI. habeant. Præterea ad iudicia, ad literas, ad vrbium decreta, ad priuatorum hominum postulata, ad aliaq; omnia, quæ administrationi imperij cõpetunt, adiutores administrosq; ex equi-

ex equitibus quosdam habebis. Sic & facilius singula peragentur, & neq; tu per errorem falleris, neque solus omnia conficiens fatigaberis. Liberam dandi tibi ex animi sui sententia consilij omnibus potestatem facies, proposita securitate. Nam &, si cuius tibi sermo probabitur, multum inde vtilitatis ad te: & si non placebit, nihil incommodi redibit. XXII.

Quorum consilium sequendum existimabis, eos collauda, ac honora: (nam illorum inuentis gloriam tibi paries) quorum verò reijcies, nequaquam eos, aut ignominia afficies, aut culpabis, cum ad eorum tibi voluntatem, nō successum eius, sit respiciendum. Quod idem in re bellica etiam tibi obseruandum est, ne vel fortuitò alicuius infortunio succenseas, neq; re bene gesta inuideas. Ita libentes alacresq; pro te omnes pericula suscipient, cum neq; infeliciter re gesta supplicium, neq; prosperè, insidias sibi timendas persuasum habeant. Nam multi, cùm eorum, penes quos summa esset imperij, metuerent inuidiam, cladem accipere, quàm victoria potiri maluerunt, eoque sese tutos præstiterunt damno illis iniuncto. Quare tu, ad quem vtriusq; euentus, vel commoda vel incommoda maxima sui parte referentur, nequaquam debes, verbo quidem alijs, re autem, ipsi tibi inuidere. Ea autem dices ac ages, quæ sentire ac facere præfectos tuos velis. Id enim facilius eos officium suū docebit, quam metus legum: cum alterum incitatione constet, alterum timore: ac facilius meliora incitentur homines, cum ea in re ipsa conspiciant, quàm peiora vident, verbis ea prohibita audientes. Ipse igitur omnia summa cum diligentia ages, nihil tibi ipsi ignoscens: sed certum hoc habens, omnia tua, & dicta, & facta statim omnibus nota futura. Viues enim veluti in quodam orbis terrarum theatro: nec fieri potest, vt vel minimum tuum peccatum lateat. Nihil enim sine arbitris, sed semper in magna hominum multitudine ages: & perscrutari acta principum omnes homines libentissimè solent. Qui si semel compererint te alia alijs præcipere, alia ipsum agere, nō iam minas tuas metuent, sed facta incitabuntur. Aliorum vita inspicienda quidem tibi, non tamen grauiter inquirendum: sed quæ ab alijs accusantur crimina, de ijs iudicandum: reliqua accusatore carentia tu quoq; dissimula, nisi quid in Rempublicam sit delictum. De his enim exigenda est merita pœna, etiamsi nemo deferat. Priuata autem cætera, cognoscenda quidem sunt (ne erres aliquando huiusmodi inepto homine ad functionem aliquam adhibito) non tamen coarguenda. Nam natura multos homines eò rapit, vt cōtra leges delinquant:

XXIII. (margin, beside "Ea autem dices ac ages")

XXIV. (margin, beside "cusantur crimina")

,, quæ si quis omnia accuratè delicta persequi velit, aut nemi-
,, nem, aut perpaucos impunitos relinquat: sin humaniter æ-
,, quitatem iuri misceat, fortassis eos emendet. Lex enim quã-
,, quam necessariò pœnas graues statuit, tamen naturam co-
,, ercere non semper potest. Cæterum homines quidem cum occulta esse sua peccata putant, aut saltem mediocriter verbis castigantur, vitam emendant: partim quod metuunt, ne manifesti delictorum fiant, partim denuò peccare verin: ijdem palam factis vitijs suis pudore proiecto, aut immodicè puniti, omnia iura confundunt ac conculcant, seseq; naturæ impetibus seruiunt. Quamobrem neq; facile est omnes peccantes punire, neque decorum eos, qui apertè libidine mala feruntur, negligere. Habes rationem peccata hominũ,
XXV. nisi extrema omnino sint, tractandi. At egregia eorum facta, etiam maiori quàm mereantur honore sunt ornanda. Ita enim potissimum efficies humanitate tua: vt à deterioribus abstineant, & munificentia, vt meliora sequantur. Neq; enim timendum est, ne te aliquando pecuniæ, aliaue, quibus compenses virtutem tuorum, deficiant. Nam te in tot terras ac maria imperium habente, citius arbitror defuturos, qui do-
,, nis tuis digni sint. Neq; id verendum, ne qui à te ornati, in-
,, gratos se exhibeant: cum nulla alia res perinde hominis in-
,, genium subigat ac conciliet, quàm si is non modò nulla iniuria, sed etiam beneficio afficiatur. Eum te aliis vt præbeas
XXVI. consulo. Iam, quod ad te ipsum attinet, nihil insolens aut superbum admittere debes, tibi vel ab aliis, vel à S natu verbis aut re oblatum. Vt enim alios honores à te dati ornant; ita tibi maius his quæ habes dari nihil potest: sed quicquid datur, multam fuci suspicionem secum fert. Nemo enim est qui sponte sua aliquid tale ei, qui summam rerum obtinet, decernere videatur: quæ verò sibi ipsi quispiam tribuit, neq; laudari solent, & risu excipiuntur. Ideo splendorem tu tibi præclaris facinoribus para: statuas tibi neque aureas, neq; argenteas fieri vnquam sine. Nam non modo magnis sumptibus eæ constant, sed insidiis etiam oppor-
,, tunæ sunt. Benefaciendo autem aliaś tibi statuas in animis
,, hominum, nulli interitui obnoxias, effice. Templum quoq; nullum tibi patere ædificari. Quippe in huiusmodi res incassum multæ pecuniæ insumuntur, quas necessariis rebus
,, impendere præstat. Etenim diuitiæ magnæ non tam mul-
,, ta accipiendo, quàm non multos sumptus faciendo, colli-
,, guntur: & id genus res nullam gloriam adferunt: at virtus
,, multos diis æquat. Nemo autem vnquam mortalium suffragiis deus effectus est. Ita tibi si bonus fueris, ac rectè impera-

imperâueris, vniuersa terra templum erit, pro delubris omnes vrbes, omnes homines pro statuis: quorum in animis semper cum gloria insidebis. Qui verò imperium summum male gerunt, eos ista ornamenta, quanquam in omnibus vrbibus posita, tantum abest vt decorent, vt etiam reprahensionibus eos hominum exponant, cum sint trophæa quædam malitiæ eorum, ac iniustitiæ monimenta: quæ quo diutius perdurauerint, eò longius quoq; infamia istorum permanet. Itaq; si reuera immortalis fieri cupis, ita vt dixi, agendum tibi est. Deos quoq; semper, & vbiq; ita cole, vt mori- XXVII.
bus patriæ est receptum, ad eundemq; cultum alios compelle: peregrinarum verò religionum autores odio & supplicio prosequere: non modo deûm gratia, quos qui contemnit, haud dubiè nihil quoq; aliud magni faciet, sed propterea etiam, quòd qui noua numina introducunt, multos ad peregrinis legibus vtendum pelliciunt. Inde coniurationes, coitiones, & conciliabula existunt, minime vnius principatui commodæ res. Itaq;, neq; deorum contemptorem, neq; præstigiatorem vllum tolerabis. Nam di- XXIIX.
uinatio quidem necessaria est, ideoq; omnino aruspices & augures tibi sunt constituendi, quos consulere possint qui volunt: magi vero omninò ferendi non sunt, qui cum sæpenumero vera etiam dicant, tamen frequentius mentiendo hominibus nouarum rerum tentandorum causam præbent. Quod idem philosophiam quoq; profitentes haud pauci XXIX.
faciunt: quos ipsos quoq; cauere te iubeo. Neq; enim quia Areum & Athenodorum bonos ac honestos viros expertus es, omnes alios idem studium præ se ferentes similes eorum iudicare debes: cum hac specie vsi, multi infinita mala populis priuatisq; hominibus adferant. Animo quidem XXX.
te quam maximè pacis studioso, nihilq; præterea, quæ possides, appetente, esse decet, interim tamen ad bellicam rem paratissimum: vt neq; velit quidē, neq; ausit quisquam te lædere: aut si omninò id conetur, facilè & extēplo plecti possit. Ac quandoquidē ob hanc, & alias causas habere oportet XXXI.
auscultatores ac exploratores, quorū omnes tui imperij res cognoscas: ne quid custodia aut emendatione indigens te fallere possit: memento non omnia statim, quæ ab his referuntur, credenda, sed diligentē considerationē adhibendam esse. Permulti enim eorum, vel odio aliorum, vel eorū bona sibi petentes, vel in gratiam quorundam, vel irati ob postulatam ab aliis, ac non acceptam pecuniam, falso crimine seditionis tentatæ, aut contra imperatorem alicuius facti vel dicti improbi eos onerant. Ideo non facilè ijs animus est

„ aduertendus, sed omnia accuratè indaganda. Quod si enim
„ tardius fidem adhibueris, nullo tuo magno id fiet damno:
„ festinando autem fieri potest, vt peccatum aliquod irrepa-
„ rabile admittas. Ad hæc libertorum te tuorum ac familia-
XXXII. rium optimum quenq; in honore habere oportet; quia id & decus tibi magnum & securitatem afferet: nulli tamen nimia est indulgenda potentia, sed ita moderandum omni-
„ bus, vt ne in quam te repræhensionem conijciant. Nam quæcunque vel rectè vel secus egerint, omnia tibi imputabuntur: talemq; te omnes iudicabunt, qualia eos facta exercere permiseris. Ergo potentibus omnibus iniuria alios afficiendi calumniandiq; facultatem adimes, vt si nihil etiam delinquant, tamen ne posse quidem id, culpari queant. Inferioris sortis hominibus iniuriam passis omni opera succurre, ita tamen, vt eorum querelas haud temerè accipias, sed rem ipsam per se intuearis: neque potentiores omninò
XXXIII. suspectos, neq; infirmioribus in omni te fidem habens. Operantes, artibusque vtilibus deditos honoribus afficito: otiosos aut negotijs prauis intentos odio habeto: vt illa vtilitatis gratia amplectentes, hæc propter damna omitten-
XXXIV. tes, & priuatæ, & publicæ rei magis conducant. Expedit porrò priuatorum ciuium controuersias quàm fieri po. maximè dirimere, ac quàm celerrimè componere. Id verò magis adhuc præstat, populorum studia inhibere: ac cum vota facientes pro imperio, salute, & fortuna, cogere aliquos volunt vt aliquid vltra facultates suas agant impendantúe, id non concedere: præterea inimicitias eorum contentionesque penitus præcidere: neque concedere, vt inania cognomenta, aut alia vnde discordiæ incidere possunt,
XXXV. sibi sumant. In quibus, inq; alijs omnibus, facili tibi omnes, & priuatim & publicè parebunt, si nihil horum vlli
„ præter alios permiseris. Nam inæqualitas etiam ea quæ be-
„ nè in vnum coaluerunt, dissipat. Itaq; omninò pati non de-
„ bes, vt quis horum quicquam à te petat, quod ei daturus non sis: sed hoc summopere conari debes, vt ne quid veti-
XXXVI. torum poscat quisquam. In summa autem id tibi consilium, do, ne quando abutaris potentia tua: neq; eam putes esse diminutionem eius, si non simul omnia facias quæ possis. Sed quanto magis omnia, quæ statueris, potes perficere, tanto magis cura: vt optima quæq; tibi proponas. Semper tecum ipse expende, rectène, an secus quid egeris: quo facto
„ amorem tibi concilies nec ne: atque ita hæc vita, illa suscipe. Neque, si neminem te incusare audias, ideo existimare debes te iure posse aliquid contra agere: neque expectare

debes

debes, dum cò quispiam insaniæ progrediatur, vt apertè tibi obtrectet. Hoc enim nemo, etiam summè læsus faciet: quinimò multi eos à quibus iniuriam acceperunt, palàm laudare coguntur, dum id efficere conantur, ne succensere videantur. At principis est, non ex sermone aliorum de ani- « mo ipsorum coniecturam facere, sed ex ijs quæ eos sentire « sit verisimile. Hæc te & similia horum agere velim. Multa enim prætereo, quod simul ea omnia dici non possunt. Vnum dicam, quod caput est & summa omnium eorum quæ vel dicta sunt, vel ad dicendum restant. Si hæc tua sponte o- « mnia egeris quę velles alium in te imperium habentem age- « re, nulla in re peccabis; omnia prosperè conficies, vitamque « exinde & suauissimam & tutissimam duces. Qui enim non patris ac seruatoris loco te omnes & suspiciant & diligant, cum videant te modestum, vitæ integræ, bello ac pace præstantem? quum neminem contumelia, neminem iniuria afficias: cùm vitæ æqualitatem serues: cum non ab alijs pecuniam exigens, ipse diuitias afferues: cum non alios affligens, luxurieris ipse: cum non alios castigans, ipse libidini indulgeas, sed in omni re tuam vitam eorum moribus accommodes? Itaq; fretus eo præsidio, quod in te ipso, si neminem læseris, magnum habebis, crede mihi neminem tibi neque infestum futurum, neq; periculum creaturum: quo præsente vitam esse iucundam omnino necesse est. Quid enim dulcius, quid felicius, quàm cum virtute omnibus humanis bonis fruentem, ijsdem alijs quoq; impertire posse? His itaq;, ac reliquis, quæ recensui omnibus consideratis, assentire mihi, neq; aspernare fortunam, quæ te ex omnibus delectũ summæ rerum præfecit. Quod si vnus imperij summam re ipsa tibi sumens, regni nomen vt execrabile reformidas, potes, eo omisso, sub Cæsaris nomine omnia in tua potestate habere. Sin alias etiam appellationes desideras, dabunt tibi imperatoris titulum, etiam patri tuo quondam datum: exornabunt autem te præterea alio etiam quopiam cognomento, ita vt regni omnibus bonis sine eius inuidiosa nuncupatione perfruatis.

DE IMPERIO SEMEL PARTO RETINENDO ET AMPLIFICANDO.

Ex Xenophontis lib. VII. Pediæ Cyri

ORATIO CYRI AD OPTIMATES & Proceres.

RESOLVTIO.

CVm deuictis Babiloniјs & aliјs imperiū constituere suum Cyrus vellet, Optimates & ὁμοτίμους conuocauit, cumq; his de conseruādo & augendo imperio contulit. Opus hic esse constanti virtute, labore, diligentia, rationibus hisce ostendit: quod 1. imperiū suum sit iustè recteq; partum, ideoq; non negligentia & incuria amittendum. 2. Ignauia ac voluptas turpes sint, quæ imperia atq; alia bona semel acquisita corrumpant ac destruant. 3. Quemadmodum artes neglectæ, non excultę doctum hominem non reddunt, ipsæ quoque minores fiunt: & quæ bene se habēt corpora inertia corrūpuntur ac malè habent: conseruantur contrà temperantia atque exercitatione: ita neque vir bonus, bonus maneat, nisi ad finem vsque virtutis studiosus extiterit. 4. Longè difficilius sit, parta semel retinere, quàm noua parare: ac propterea maior etiam hic cura requiratur: siquidem bona sæpe parantur tantum τόλμῃ audacia & confidentia quadam: vt in conseruandis his opus prudentia ac continentia. 5. Ea rerum conditio: vt, quo quisq; plura bona habet, eò plures quoque habeat, qui ei inuideant, ac sic maior cura & vigilantia desideretur. 6. Hæc ipsa postulet etiam ea de causa, quod Persis ab inuitis & χρήματα opes ac facultates, & θεραπείαν cultum habeant ac famulatum. 7. DEO hi ipsi adiutore vtantur, qui adesse ijs soleat, qui causam bonam ac iustā fouent: bona titulo bono honestoq; possident. 8. Artes retinendi, defendendi, amplificandi imperij propriæ sint libero loco natorum. somnus, cibus, potus, his similia alia cum seruis cōmunia. 9. Oporteat eos, alijs qui imperant, his ipsis meliores esse. 10. Turpe illos, qui propter ignauiam atq; improbitatem in alios animaduertunt, ipsos ignauos esse & improbos. 11. Parum deniq; & illud honestum hos seipsos custodire atq; in officio continere nolle, qui corporis stipatores ac custodes vitæ suæ alios constituunt. His vndecim rationibus ostenditur, ad conseruandum atq; augendum imperium, constanti virtute: studio, diligētia opus esse. Hanc verò positam in quatuor potissimùm docetur: præsentia principum frequenti in aula: inspectione atq; obseruatione accurata eorum quæ fiunt ac geruntur: præmiorum distributione: educatione liberorum diligēter publico in loco instituta ab ipsis parē-

tibus: qua fit, vt & parētes in officio contineantur, exemplo bono liberis præeant, & liberi, etsi velint, tamen improbi facilè non euadant, cùm turpe nihil vel audiant, vel videant. Ad ἦθος atq; mores faciunt, sunt ad conciliandum accommodata, primùm προσφωνήσεις φιλικαὶ compellationes admodum amicę, quando principes & Optimates amici ac socij appellantur. Deinde indicia atq; signa pietatis, gratiarum actiones pro beneficijs dijs habitæ. Tùm cōmunicationes: cum non tam alijs Cyrus, quam sibi quæ sint facienda, præscribit atque multitudinis vtitur numero. πάθη, motus animorum hic dominantur: pudor & metus: quorum ille ex ijs oritur, quę vel nobis, vel nostris, vel officio nostro aliquam turpitudinis aspergere maculam possunt: hic vero excitatur indicatione malorū & incōmodorum, quæ euentura, si ignaui ac desides Persæ fuerint. Tractatio vero ac collocatio horū absoluitur. 1. Principio, ad beneuolentiam captandam accōmodato, compellatione amica & diuinorum beneficiorum enumeratione atque gratiarum actione. 2. Confirmatione, quæ & argumenta continet, cur negligenter nihil agendum ac remissè nihil agendum sit. 3. Refutatione, in qua id Cyrus refellit, quod obijci poterat frustra tot tantosq; hactenus susceptos labores esse, si ne quidē ipsa in victoria requies vlla deprehendatur. 4. Conclusione, quæ ἀπόφασιν γνώμης sententiæ dictionem habet, & expositionē eorum, quibus opus, vt diuturnum ac felix imperium permaneat. Loci communes sunt: de modo acquirendi & conseruandi iustum dominatum: studio, labore, diligentia: officio, magistratus boni: liberorum honesta educatione: honorum ac præmiorum in Republica necessitate. Vsus cum de partis imperij conseruatione & amplificatione agendum.

MAXIMAS Dijs gratias habemus, amici & socij, quòd ea nos adipisci cōcesserint, quibus arbitrabamur nos esse dignos. Est enim iam nostra in potestate tùm amplum bonumq; solum, tùm qui hoc colendo nos alent. Sunt etiam nobis ædes, & in ijs vtensilia. Neque vestrûm quisquam hæc possidens, aliena se possidere existimet. Est enim æterna lex inter omnes homines, capta eorum vrbe qui bellum aliis faciunt, tam corpora illorum qui in vrbe sunt, quàm fortunas eis deberi, qui vrbem capiunt. Quamobrem iniustè non possidebitis, quæ possidetis: sed si quid retinere permiseritis, id ablatum non esse, vestræ humanitati debet acceptum referri. Verùm enim verò de eo, quod deinceps agendum erit, equidem sic statuo, si socordiæ ignauorumque hominum voluptati nosmet dederimus (qui laborare arbitrantur ærumnosissimum esse, ac vitam laboris expertem agere pro voluptate ducunt) citò nos aio nobis ipsis etiā nullius homines pretij futuros

,, & celeriter adeó bona hæc vniuersa amissuros. Non enim ,, satis est strenuos fuisse viros, ad hoc vt strenuitas ea perpe- ,, tua sit, nisi quis in hoc assiduè elaboret: sed vt artes etiam re- ,, liquæ neglectæ minoris æstimantur, & corpora ipsa rectè af ,, fecta si ad desidiam relaxentur, rursum malè afficiuntur: sic & temperantia, & continẽtia, & robur, cum quis horum exercitationem remittit ad prauitatem vicissim conuertuntur. Non igitur cessare debemus, neque ad voluptates præsentes nosmet proijcere. Nam magnum equidem opus esse arbitror, imperium sibi parare: sed multò maius id, quod sis ,, adeptus, conseruare. Nam adipisci sæpius etiam illi contigit, ,, qui solùm audacē se præstat: sed retinere quod adeptus sis, ,, id verò non iam sine temperantia, nec sine continentia, nec sine multo studio fit. Quæ cum intelligamus, multò iam magis virtutem colere debemus, quàm coluerimus ante- ,, quam hæc bona nostram in potestatem venirent. Atque e- ,, tiam scire nos oportet, tùm plurimos & inuidere, & insi- ,, diari, & hostes fieri: cum plurima quis possidet: præsertim si ab inuitis & opes, & obseruantiam (quod nobis vsu venit) habeat. Deos quidem certè putare debemus nobiscum fore. Non enim insidijs vsi iniustè hæc possidemus, sed insidijs petiti nosmet vlti sumus. Quod autem ab hoc optimum est, id pararià nobis ipsis debet. Est autem hoc, vt sub- ,, ditis meliores imperio potiamur. Aestus sanè, & frigus, & ,, cibi, & potus, & labores, & somnus, cõmunia nobis esse cũ ,, seruis debent: sed ita tamen hæc cum ipsis cõmunicabimus, vt enitamur in his primùm potiores ipsis cõspici. Militaris verò scientiæ atque exercitationis nihil omnino communicare cum his debemus, quos & operarios nostros & vectigales efficere volumus: sed hisce exercitijs nos superiores ipsis esse debemus: atq; adeò scire Deos hominibus hæc libertatis beatitatisq; instrumenta demonstrasse. Et quemadmodum ipsis ademimus arma, sic nos ipsos nunquam ab ,, armis destitui oportet: adeoq; sciendum, eis omnia quæcũ- III. que velint, maximè propria esse, qui quam proximè ab armis absint. Quod si quis huiusmodi quædam cogitat: quid ergo cõducit nobis, quod ea quę cupiebamus, effecerimus: si quidē adhuc necesse erit famem, sitim, curas, labores tolerare? Nimirum hoc perpendendum est, tanto plus adferre lætitiæ bona, quanto maiore labore præcedente ad ea per- ,, ueniatur. Labores enim fortibus viris obsonium sunt. At ,, absq; eo, vt quis indigeat eius quod consequitur, nihil tam ,, sumptuosè parari possit, vt suaue sit. Quòd si ea, quæ homines expetunt maximè diuinitus nobis parata sunt: vt au-

tem

tem illa quam ſuauiſſima videantur, ipſi ſibi quis parat: is eo meliori erit conditione, quàm qui tenuius viuunt, quòd eſuriēs ſuauiſſimos cibos conſequetur: & ſitiēs fruetur ſuauiſſimo potu: & requietis egens ſuauiſſimè quieſcet. Quam obrem equidem cenſeo, debere nos contentis viribus bonorum virorum officio fungi, vt bonis rebus quam optimè ſuauiſſimeq; fruamur: & eius quod omnium eſt grauiſſimū, periculum non faciamus. Nec enim adeò graue ac moleſtū eſt bona non adipiſci quàm acerbum ea, quæ ſis adeptus, amittere. Quin hoc etiam conſideretis, quamnam ob cauſam inducere in animū debeamus, vt ignauiores, quàm antea, ſimus. Anne propterea, quòd cum imperio ſumus? At verò non conuenit eum, qui cum poteſtate ſit ſubditis peiorem eſſe. At quòd feliciores iam eſſe videamur, quam prius: ic circone fortunæ proſperę condonanda eſt ignauia? An quia ſeruos adepti ſumus in eos animaduertemus, ſi fuerint improbi? At quo pacto conuenit eum, qui ſit ipſemet improbus, alios improbitatis, vel inertiæ cauſa plectere? Præterea cogitetis velim, inſtituiſſe nos multos alere, qui & ædium noſtrarum ſint cuſtodes, & corporum. Atqui non turpe fuerit, nos alios ſalutis noſtrę ſatellites comparandos exiſtimare, nobis ipſis autem ſatellites non eſſe? Atqui certò ſciendum eſt, non eſſe vllum aliud præſidium tale, quale eſt quemque virtute præſtare: id enim conſequi neceſſe eſt. At qui virtute caret, ei nec aliud quidquam rectè ſuccedere conuenit. Quid igitur eſſe faciendum aio? & vbi virtutem IV.
exercendam? vbi ſtudium & operam adhibendam? Nihil noui proferam, ſed ſicut in Perſia degunt homotimi in Archiuis: ſic aio nobis, qui oēs homotimi ſumus, hic manendū eſſe, iiſdemq; ſtudijs operam dandam, quibus illic occupati fuimus. Ac vos quidem me pręſentes intueri debetis, & cōſiderare, num in iis curandis adſiduus ſim, quæ curari à me neceſſe eſt; ego viciſſim vos ſpectans conſiderabo, & quos quidem videro pręclaris & honeſtis rebus operam dare, hos præmijs ornabo. Quin etiam liberos, qui nobis naſcentur, hic inſtituamus. Nam & ipſi meliores erimus, ſi liberis volemus nos ipſos tāquam longè optima exempla exhibere: & liberi noſtri, etiamſi velint, non facilè mali euadent, cum nihil quod turpe ſit, vel viſuri vel audituri ſunt, ſed in virtutis & honeſti ſtudio totos dies conterent.

ORATIO CHRYSANTÆ, SVPERIORI PROXIMAE respondens.

Ex Xenophontis Lib. II X.

RESOLVTIO.

QVænam ad partum semel imperium retinendum, augendum, amplificandum sint necessaria, ad officium pertineant principum ac magistratus, grauiter Cyrus antè ostendit: ita quidem vt quemadmodum Xenophon testatur, hæc omnibus à proceribus maximè verò Chrysanta laudata fuerint. Cuius hic oratio subiungitur, in qua cùm allata antè à Cyro probãtur, tùm verò præterea obedientia requiritur, argumentis allatis: quod nulla hostium vrbs à non obediente possit exercitu occupari: nulla tranquilla & pacata ab ijs conseruari, qui parere nolunt: non victoria imperatores potiãtur, qui immorigerum exercitum habeant: neque vrbes vllæ legitimè sine obedientia inhabitentur, aut domus sine his esse tranquillæ, aut naues eò, quò volunt, sine hac ipsa peruenire queant: ideoque hoc partum conseruetur, vel etiã augeatur imperium. 2. Quæ sunt parta bona, nulla sint alia parta ratione, nisi præstita imperatori obedientia: eoque modo conseruẽtur. 3. Inter ciuitates eas, quæ non vnius alicuius imperio subiectæ, sed liberæ illæ minimè ab hostibus infestentur, quæ magistratibus suis obtemperant. 4. Aequum, vt qui suos subditos obedire sibi volunt, ijdem & superiori magistratui morem gerant. 5. Serui inuiti ac coacti heris suis inseruiãt, faciant, quod faciunt, pœnę metu: libero contrà loco nati, vltrò quæ vtilia & honesta exequantur. Probantia hæc argumenta sunt. Conciliantia, cum Chrysantes regis sui grato animo curam sese agnoscere ostendit: consilium probat: parentis loco eundem esse habendum dicit. Modestè deinde indicat, quid adhuc eiusdẽ in oratione desideret, addendum ipse arbitretur. Motus, Amor est, qui excitatur, cum asseritur, Cyrum non priuatum: sed publicum commodum spectare: habere se cum rege communia & bona & mala: eosdem & amicos & inimicos atque hostes agnoscere. Tractatio ac collocatio horum constat. 1. Exordio loco communi & sententia constante de principis ac magistratus boni officio & cura. Deinde cõfirmatione, argumentis ante notatis factã. Postremò conclusione, quæ πειθαρχίαν adhortationẽ ratione à bonorum ac malorum communione munitam habet. Loci sunt obseruandi: de obedientia subditorum: principum cum parentibus collatione: communibus & commodis, & incommodis subditorum ac Magistratuum. Vsus erit, cum de obedientia, Magistratibus præstanda agendum est.

Etiam

ETIAM alias sæpenumerò animaduerti, principem bo- I.
num a patre bono nihil differre. Nam & patres liberis prospiciunt, vt ne vnquam eos bona deficiant: & Cyrus iam mihi videtur ea nobis consulere, de quibus felicitatem perpetuam maximè consequuturi simus. Quòd autem minus mihi, quam oportuerat, videtur ostendisse: id equidem conabor ignotis docere. II.
Cogitate enim, quænam vrbs hostilis ab iis capi possit, qui non sunt dicto audientes? quæ verò amica vrbs conseruari à non obedientibus possit? quínam exercitus hominum nõ morigerorum victoria potiatur? qui possint magis in prœliis homines vinci, quàm vbi cœperint seorsum singuli de salute sua consilium quærere? quidnam aliud rei præclaræ perfici possit ab iis, qui superioribus haud parent? quæ vrbes legitimè administrentur? quæ domus seruari queant? quo pacto naues eò peruenerint, quò velint? Nos ipsi ea bona, quæ nunc possidemus, qua alia re magis comparauimus, quàm Magistratibus obediendo? Nam hac re factum est, vt celeriter & noctu, & interdiu, quò erat necesse, perueniremus: & dum frequentes Imperatorem sequebamur, nemo impetum nostrum sustinere poterat: eorum denique nihil ex semisse perfectum relinquimus, quæ nobis erant imperata. Ergo si apparet maximo esse commodo ad comparandum bona, ei qui cum imperio sit, parére: certò sciendum vobis est, etiam id ipsum maximo vsui esse ad conseruandum ea, quæ conseruari necesse sit. Et antea quidem multi nobis imperabant, cum nullis nos imperaremus: nunc res omnium quotquot adestis, sic comparatæ sunt, vt imperetis pluribus alij, alij paucioribus. Quemadmodum ergo dignum existimatis esse, vos subditis vestris imperare: sic & ipsi pareamus eis, quibus vt pareamus, officij ratio postulat. Tantum autem interesse inter nos & seruos oportet, quòd illi quidem inuiti suas heris operas præstent: nos verò, siquidem liberi esse volumus, sponte nostra facere conuenit quod maximè precium operæ videatur. Inuenietis autem, etiam vbi non ad vnius dominatum comparata sit Respublica, eam minimè ab hostibus ad subiectionem cogi, quæ magistratibus parére velit. Quamobrem adsimus, vti Cyrus præcipit, ad hanc magistratus nostri curiam, nosque in iis exerceamus, per quæ retinere potissimùm poterimus ea, quæ conseruari necesse est: ac Cyro nostram operam exhibeamus, vt ea quamcunque ad rem vsus poscet, vtatur. Nam & hoc certò scire debemus, non posse Cyrum quidquam reperire, in quo suo quidem

quidem cum commodo noſtra vtatur opera, non autem ,, noſtro. Etenim eadem illa nobiscetiam conducunt, & ho- ,, ſtes eoſdem habemus.

DELIBERATIO DE IMPERATORE ROM. ELIGENDO.

Ex Ioannis Sleidani commentariorum lib. I.

ORATIO I. ELECTORIS MOGVNtini Alberti Brandeburgici.

RESOLVTIO.

CVM diem ſupremum Maximilianus I. Imperator in Auſtria clauſiſſet, Imperij Electores Francofurti conuenerunt: vt nouum Cæſarem eligerent. Dignitatem hanc duo potentiſſimi reges ambierũt: Carolus Hiſp. & Franciſcus Gallus. Moguntinus Elector hunc illum eſſe præferendum atq; Imp. Rom. creandum oſtendit his rationibus: quòd 1. natio Franciſco obſtet: contra leges ac iuſiurandum ſit peregrinum & externum aliquem Imp. éligere. 2. Idem quouis modo regni ſui amplificare atq; propagare fines cupiat. 3. Odio Carolum proſequatur. Sit eidem bellum illaturus & turbaturus Germaniam. 4. Largè multa quidem promittat: ſed ambitione ac cupiditate facilè pollicitationum obliuiſcatur. 5. Monarchiam quærat: Electoribus opera danda, cumprimis Ariſtocratia vt retineatur. 6. Neceſſariò cõtra hũc defendendus ob Maximiliani aui promerita, Carolus. 7. Idem origine Germanus, multa quoq; in Germania Imperij beneficio poſſideat. 8. Indole eximia, egregiis virtutibus præditus. 9. Patre auo, principibus laudatiſſimis ortus ſit. Probantia hæc argumenta ſunt. Contra verò Carolum illa afferri poſſe videbantur: quod Germaniæ à finibus longè Hiſpania remota: Imperatore abſente malo ſit in loco Germania, propter Turcica & ciuilia bella futura: deinde metuendum, ne commoto ab Imp. in Germaniã ductis Hiſpanis libertati noceãt. Tum imperiũ ſemel partum, difficulter Hiſpani ſint reſtituturi: poſtremò ætas Caroli non magna, aut ad imperium idonea. Ad quæ ſingula reſpondetur, & quidem primum ὁμολογήσει, confeſſione & conceſſione: ideoq; vtilius propè videri, indigenam aliquem eligi, vt ſæpe ante factum: ſed tempora periculoſa, ſubditorum contumaciam & inſolentiam, motus religionis, bellum Turcicum, alia, potentem aliquẽ ac copiis cæteriſq; inſtructum requirere. Secundò ſi quæ incommoda, ferenda eſſe illa oſtenditur, maiorum metu ac formidine: poſt fide ac iureiurando interpoſito caueri poſſe docetur: ne vel imperiũ transferatur, vel libertas ac ius huius imminuatur, adhæc fore non pauca aſſeritur, quæ motura Carolum, vt ſubinde in Germaniã reuertatur, non ab hac diu abſit: poſtremò ætatem eſſe ad res gerendas aptam, & ſi quæ

si quæ desint, fortè, suppleri aui Maximiliani consiliariis & Germaniæ quibusdam delectis posse principibus affirmatur. ἠθικὸν illud: quod pro Carolo dum pugnatur, interim non silentio ea inuoluuntur: quæ contrà adduci posse videntur: patriæ ac salutis & libertatis cõmunis amor indicatur. Motus est metus, qui excitatur, cum bella & incommoda alia exponuntur, quæ ref. rmidanda, si ad imperij gubernacula Franciscus Galliæ rex euectus fuerit. Horum collocatio & tractatio tribus partibus constat: 1. Exordio, quod rei ac consultationis institutæ propositionem atq; indicationem habet. 2. Confirmatione, quæ argumenta complectitur: quibus planum fit: satius esse Carolum quàm vel Franciscum, vel indigenam aliquem & Germanũ principem Imperatorem eligi. 3. Refutatione eorum quæ de ætate m[illegible]ximè atque absentia afferri Caroli poterant. Loci hic notandi: de peregrinis & externis ad regna atq; imperia non admittendis: ambitione ac regnandi cupiditate: præpotente aliquo principe, periculoso ac turbulento rerum statu ad imperij gubernacula admouendo: ætate iuuenili seniorum ac prudentum consiliis iuuanda atq; informanda. Vsus, cum in Imperatoris electione sententia dicenda: causæ ostendenda: cur aliis cõpetitoribus vnũ aliquẽ præferendũ esse cẽseamus.

DE tribus omnino sententiis quæstio est: An Gallię rex Franciscus, an Hispanorum rex Carolus, an vero Germanus quispiam sit eligendus. Ad Gallum quod attinet, legibus nostris & iureiurando nos arbitror impediri, quibus cautum est, ne decus hoc imperij, transferatur ad exteros, quin autem peregrinus ille sit princeps nulli dubium esse puto. Deinde, etiamsi natio non impediret, tamen è Republica non est: quia fines ac ditionem suam Gallus amplificare volet, & Carolo, quem odit, bellum faciet: imò, iam illud denunciauit. Itaq; fiet, vt Germania maximis motibus implicetur. Nos autem prouidere decet, ne ciuile bellum excitemus. Ad Caroli ditionem pertinet Austria: si Gallus hanc oppugnet, vt omnino faciet, an eã prostituemus? itáne de nobis & imperio meritus est Maximilianus Cæsar? Illis autem regionibus oppressis, an incolumem diu nobis libertatem nostram fore putatis? Mediolanensem agrum suis finibus nuper adiecit: idem in Germania conabitur. Magnificis autem illorum promissis minimè nos oportet commoueri. Nam cupiditas & ambitio plerunque rapit homines ,, transuersos, vt ab officio discedant. Multi fuerunt olim in ,, Gallia viri principes: nunc autem in angustum redactus est eorum numerus: nam rex propè solus omnia tenet. Animi fortitudinem ei tribuunt: sed ad Monarchiam illa spectat: nobis autem inprimis est Aristocratia retinenda. De bello ,,

I.

II.

Turcis inferendo grandia pollicentur: optabile quidē istud esset,ac inprimis omnium maximè salutare. Neque nescio, quanti sit momenti, Germaniæ cum Galliis & Italia facta coniunctio. Verùm ille potentiam atq; vires omnium primò volet in Caroli prouincias experiri: tentabit Belgium, aggredietur Neapolim, eamq;, velut sibi debitam & hæreditariam,recuperare volet. Quid? an vt ista faciat, nos illum armabimus? Nec est quod de rebus incertis atq; dubiis vaticinari me quis dicat; iam enim exercitum ille conscribit. Quoniam igitur & lege, & iureiurando, & charitate communis patriæ impedimur,equidem profiteor & censeo,minimè illum esse creandum. Nunc ad reliquas partes veniam: vt ne Carolus eligatur. Moueri nonnullos è vobis puto: quòd à nostris finibus remota sit Hispania: quodq; per illius absentiam non commodè sit habitura Germania, vel propter bellum Turcicum, vel ciuiles etiam dissensiones. Ego sane,non solum ista fateor: sed dum attentius cogito, moueor etiam & propè inhorresco. Nam & hoc mihi venit in mentem: si quando Cæsar iratus veniat in Germaniam, & Hispanos adducat, libertati nostræ magnum fore periculum. Cogito etiam posse fieri,vt Imperij dignitatem hāc vix ægrè nobis aliquando restituant Hispani, & si virtute viribusq; suis Mediolanum recuperent,futuru,vt sibi retineant. Itaq; propè satius esse videtur,nostræ gentis aliquem creari, qui sit idoneus; exemplo maiorum,qui sæpe, præteritis externis,contenti fuerunt indigenis. Non equidem istud negare velim,sed alius tunc erat temporum status,& ętas multo felicior. Nunc verò, si quis erit Cæsar infirmior, an qui sunt ditionis Caroli,Belgas & Austriacos,dicto fore putatis audientes? Quod si Gallus etiam arma sumet in Carolum, vt omninò facturus est,vel in Belgio,vel Italia, num ociosus erit spectator,an patietur nouus hic noster Cæsar, vt imperij bonam partē exteræ nationes diripiant? Imò, quæ nunc sunt tempora,credibile est,fore,vt imperatore suo contempto,Germaniæ ptincipes, alij se coniungant Austriacis, alij Gallis. Friderico tertio Cæsare, Carolus Burgundiæ Dux, per Germaniam: Philippus autem Maria, dux Mediolani, per Italiam bellum circumtulit,impunè quidem, sed nobis id certè dedecori fuit: illud etiā turpius, in Austria circumsessum Cæsarem,imò finibus tunc fuisse pulsum ab Vngaris. Et tamen eo tempore Cęsari fuerunt coniuncti Bohemi: neq; etiam auus Albertus Brandeburgicus, & Saxoniæ dux eiusdem nominis. Id si tum accidit, quid hodie sit exspectādum,videtis: cum stipēdiis eruntalij Principes aliis addicti.

Mitto,

Mitto, quàm multæ possint incidere causæ, quamobrem obediētiam præstare principes atq; ciuitates recusent. Nunc etiam de religione videntur imminere grauissimi motus. Etenim, de indulgentijs, de potestate Pontificis, de legibus Ecclesiasticis natæ sunt disputationes, quæ nunc quidem sanabiles adhuc videntur, sed paulò post magnam secum trahent ruinam, & Ecclesiæ mutationē. Nam & plerią; subscribunt, & fortissimæ gentes causam hanc agunt; Saxones ac Heluetij: neq; sanari istud malum poterit nisi per concilium. Imbecillior autem Cæsar, quomodo concilium vel coget, vel etiam defendet: maximè si cæteri reges aduersentur. Superest quoq; Turcicum bellum, quod nobis planè non modò defendendum, sed inferendum est etiam: vt amissa recuperemus, & Græciam in primis libertati restituamus. Hoc autem vt fiat, opus est multarum nationum copiis: eas verò Cæsar, si potentiæ parum & authoritatis habeat, quomodo comparabit? His ergo de causis præpotentem aliquem creandum, & Carolum Austriacum cæteris Germaniæ principibus anteferendum esse duco, & si quæ sunt incommoda, quæ deterrere possint, ea longè esse puto illis minora, quæ sunt nascitura, si quidem ad alium quempiam rei summa deferatur. Nam & origine est Germanus; & multas obtinet prouincias, Imperij beneficio: neq; communem patriam aliqua volet opprimi seruitute, & de non transferendo imperio, vel imminuēdo iure ac libertate nostra, fidem nobis dabit per iusiurandum. Magnæ sunt nimirum, quas dixi, causæ, veruntamen, nec illæ me permouerēt, nisi de ipsius indole compertum esset: nam & religionem & iustitiam & pudicitiam amat, & sæuitiam omnem odit, & ingenio certè valet. Hæ scilicet virtutes illum officij perpetuo commonefacient: vt Rempublicam curet. Qui familiariter norunt, valdè prædicant: &, si patrem eius Philippum, si auum Maximilianum consideremus, dubitare non possumus. Aetate quidē est non magna; sed tamen idonea nunc III. & matura rebus gerendis: vtetur etiam aui sui consiliariis, & Germaniæ principibus aliquot delectis. Dixi quidem antea, permagnum in eo fore incommodum, si quidem à Germania diutius illum abesse contingat: sed ea de re certis legibus cum ipso transigeretur: deinde, quoniam & ipse peramplas habet in Germania regiones, fieri non potest, quin eas aliquando reuisat. Turca pellendus erit à Pannoniis, ab Italia verò, Galli: constituenda erit & emendanda Ecclesia, multis etiam aliis auxilia ferenda: quæ dum cogito, minus eò moueor, quod propter eius absentiam metuendum

tuendum esse videtur: nam & insitus animi vigor, & patriæ charitas, & ipsa rerum necessitas, eum, vt subinde ad eos redeat, exuscitabunt.

ORATIO SVPERIORI PROXIMAE CONTRARIA, RICHARDI Treuirensis.

Ex Ioan. Sleidani commentariorum lib. I.

RESOLVTIO.

Diuersum planè hac in oratione Elector Treuirensis à Moguntino statuit: & non Carolum, sed aut Franciscum Galliæ regem, aut Germaniæ aliquem principem eligendum esse Imperatorem censet. Contra Carolum afferuntur: quòd 1. lege à Moguntino adducta, non minus Carolus, quàm Franciscus excludendus sit. 2. Hispani, etsi fortitudinis habeant laudem: tamen sine Germanorum auxilio nihil præclari gesserunt. 3. Procul sint romoti à Germania, nec tempestiuè huic subsidio venire, aut militem mittere queant. 4. Si quid rectè feliciterq; gestum, non modò gloriam, sed etiam imperia ac prouincias ad se traducant. 5. Bella & motus maximi metuendi si Carolus Imp. creetur. 6. Non facilè è manibus dimissuri sint Hispani imperium semel traditum. 7. Propter temporum conditionem, non cõmodum esse: extra imperij fines longè abesse Cæsarem. 8. Sed nec minus periculosum peregrinum illius militem in Germaniam admittere. Pro Francisco ista adducuntur: 1. Coniunctionem Germanorum ac Gallorum magnam esse propter originem, leges, mores, amicitiam ac beneuolentiam mutuam. 2. Vtilem hanc ipsam ob vicinitatem ad bellum cum Turca gerendum & alia. 3. Galliam plurimi etiam exteras nationes facere. 4. Potentiam magnam habere. 5. Franciscum regem ingenio iudicioq; præditum insigni: literatorum amantem, prudentem, rei militaris peritum, diligentem, fortunatum esse: victorias iam haud cõtemnendas ab hostibus reportasse. Quodsi planè hic displiceat, pro indigena & Germaniæ aliquo principe in Imp. eligendo faciunt: potentia ac vires Germanorum ad sustinendum imperium: exempla præterea Rudolphi I. Imp. & aliorum. Itemq; & ad conciliandum accommodatum, cum, responsurus Moguntino Treuirensis eius laudat orationem, vt prudenter institutam: suam pro Germaniæ salute curam ac solicitudinem indicat. Motus contrarij hic dominantur: Metus & spes seu confidentia. Metus oritur, cum recensentur, quæ euentura, si Francisco prælatus Carolus fuerit. Confidentia seu Spes excitatur, quando ea proferuntur, quæ expectanda: si, vel Franciscus imperio potitus fuerit, vel Germaniæ quis princeps ad hoc ipsum adhibitus. Partibus oratio quatuor absoluitur. 1. Exordio, querela constante, de imperij Romani statu, & significatione amoris, beneuolentiæ, studij in

patriam,

patriam. 2. Propositione quæ ordinis digestionem habet. 3. Contentione in qua partim à Moguntino allata refutatur: partim probatur, Franciscum, non Carolum Roman. eligendum Imperatorem esse. 4. Conclusione quæ sententiæ dictionem & suasionem complectitur, vt vel Francisci ratio habeatur, vel Germaniæ principi alicui corona tradatur. Loci obseruandi: de peregrinis atq; externis regibus & principibus: causis constantis amicitiæ animorumq; coniunctionis: potentia ac viribus Germaniæ: Germanorum principum illustri nomine & fama. Vsus cum in consultatione de imperijs committendis, aliorum grauiter, modestè tamen sententias diluere: instituti ac consilij diuersi rationes indicare volumus.

NVNC, eò mihi res propemodũ spectare videtur: quandoquidem Moguntinus, qui sanè prudenter multa dixit, omninò suadet, vt ad externum deferatur Imperij summa. Sed valdè miror, cur Gallo præferat Hispanum? Certè dolet mihi Germaniæ conditio. Quòd si maiorum insisteremus vestigiis, nihil opus erat alieno præsidio: nunc autẽ, quando peregrinos euocamus, quid aliud quàm seruitutem nobis comparamus ipsi? Verùm hac omissa querela, quem Moguntinus eundem & ego sequar ordinem, deq; lege & iureiurando primùm dicam. Legis autem illius hãc, opinor, esse causam atq; fundamentum: ne, si quis eligeretur externus, & qui domicilium non habeat in Germania fixum, Imperij decus hoc sensim ad alienigenas transferretur. Si quidem hæc est mens atq; sensus eius legis, nõ magis eligi potest Hispanus, quàm Gallus. Iam verò, si Carolus, quoniã habet ditionis Imperij prouincias, ideò creari potest, necesse est, vt idẽ in Francisco valeat, qui & Insubriam & Arelatense regnũ obtinet, quæ sunt Reipublicæ nostræ partes. Duobus ergo propositis, videamus vtrum sit præstabilius. Sanè quo tẽpore Gallia fuit coniuncta Germaniæ, quòd fuit Francorum ætate, florentissimũ extitit hoc nostrũ Imperiũ: & quidem eius temporis recordatio nõ mediocriter me delectat: quoties in Historiarum lectionem & res ante actas incido. Nunc autem planè consimilis est oblata nobis occasio, quæ certe minimè prætermittenda videtur. Sentiunt idẽ exteræ quoq; gentes, Pontifex Romanus, Veneti, principes omnes atq; ciuitates Italiæ. Gallica nimirũ gens & origine nobis est cõiuncta, & iisdẽ propè legibus vtitur atq; moribus, & amorem omnẽ atq; beneuolentiam nostris hominibus præstat. Deinde, propter vicinitatẽ valdè nobis est ac Italis opportuna. Si quis orietur tumultus, erunt illico parati exercitus, ad quos alendos Gallia subministrabit pecuniam: & si vel Pan-

I.

II.

III.

noniam, vel Italiam inuadet Turca, ſicut planè facturum arbitror, pacata nunc videlicet Aſia, nonne erit optatiſſimum habere, tam propinquum & florentem Imperatorem, vtriuſq; nationis viribus inſtructum? Hiſpani verò, licet prædicentur bellicoſi, quid tamen vnquā præclarè geſſerunt in Italia, ſine Germanorum auxiliis? Adhæc, quia longiſſimè à nobis abſint, nō eſt quod vllum ab eis auxiliū in tēpore expectemus: quod, etiamſi velint, tamē nō multùm nobis poſſunt cōmodare. Nam, quia nauigationibus perpetuis exhauſta eſt Hiſpania, non poteſt vllas maiores emittere domo copias. Huc accedit, quòd Gallos habebimus commilitones & laborum omnium ſocios: Hiſpani verò, ſi quid rectè geſtum erit, omnē ad ſe gloriam traducent, & victoriis noſtris fruentur, & prouinciis ipſi præerunt. Tunc demùm ſeruitutem noſtram ſerò deplorabimus. Verùm, hac omiſſa collatione, veniam ad electionem. Si Galliæ Rex aſſumetur, non erit vlla per Italiam belli cauſa. Nam Mediolanum iam antè tenet: nec quid autem Neapoli moliatur, nos ei ſuaſores erimus, & plane quidem perſuadebimus: idem eſt facturus de Belgio, modò & illi quieſcant. Cur autem ad nos magnopere Belgium pertinere putemus, non video. Sunt quidem nobis vicini, multo iam tempore, ſed ſocietatem nobiſcum aut fœdus nullum habent: nec Imperij leges ad ſe quicquam pertinere ducunt: nec ad publicos vſus quicquam contribuunt, non magis quam Britanni vel Scoti. Cùm ergo maxima ſit Galliæ Regis potentia, cùm Inſubriam pacatam, cùm ſit à rebus omnibus paratiſſimus, multò ſuſcipiet ampliora, magiſque glorioſa: bellum videlicet in Turcam geret, & omnes eo vires conuertet, vt à Pannoniæ finibus & Italiæ pulſo vaſtatore, tutam efficiat Germaniam. Si verò Carolum ei præferemus, Deum immortalem, quantos excitabimus in Italia motus? volet ille recuperare Mediolanum, & erit bellum diuturnum, & interea dum ſic conflictabitur omnium pulcherrima prouincia, Turcæ vires omnes in Vngariam expedient. His, obſecro, quis reſiſtet? quis iuſtum opponet exercitum? Hæc ſanè conſideranda ſunt paulò diligentius, neq; leuiter prætereunda. Iam, Italici belli qui ſit futurus exitus, incertum eſt. Gallus quidem victor, Neapolim affectabit, & fieri poteſt, vt pontifex, illius impulſu, noſtram electionem reſcindat: ex eo quanti ſint orituri motus, nemo non intelligit. Contrà, ſi Carolus rerum potiatur, non eſt, quod Italiam nobis redditum iri putemus: occupatam perpetuò ſibi retinebūt Hiſpani. Nec id modò, ſed nec Imperium quidem hoc noſtrum è manibus facilè dimittent.

mittent. Vt Neapolim sibi seruarent, in cuius possessionem quomodo venerint, satis notum est, quid non pertulerunt? In Italiam igitur nequaquam sunt euocandi. Nunc de vtroq; rege nonnulla dicam. Placido & modesto ingenio Carolum esse, non dubito: sic enim à multis prædicatur. Sed cùm ætate sit adolescens, quomodo potest de illis virtutibus, quæ in summo principe requiruntur, iudicium in eo fieri? Talem Respub. desiderat, qui præter alia constituat & emendet Ecclesiæ statum, quod Moguntinus etiam prudenter admonuit. Hoc sanè Franciscus rex omnium rectissimé poterit præstare. Nam & ingenio valet & iudicio, & de religione subinde cum doctis hominibus conferre solet, & legit ipse multorũ scripta. Deinde, præsens temporũ status principem requirit atq; ducem, rei militaris peritum, diligentẽ, fortunatum, cedò, quis hac in parte palmam eripiet Francisco? Iam eius cognita est & explorata virtus: de Carolo nihil habemus comperti, nisi quod indoles aliquid promittit: ille verò suos maiores omnes rerum gestarum magnitudine vincit. Heluetios enim, fortissimam, & inde à C. Cæsaris ætate propè inuictam gentem, prælio nuper superauit. Non est igitur tanto duci præferendus adolescens. Moguntinus incommodum quidem esse dicit, siquidem Carolus à Germania diutius absit: sed tamen otioso nos animo hic esse iubet. Ego autem summi rem esse periculi puto, Cæsarem extra fines Imperij longinquius abesse. Quis enim Turcarum impetus, quis repentinos tumultus, quis offensiones atq; motus ciuiles cohercebit? orta tempestate quis nauim gubernatore destitutã seruabit? Absens nihil propè certi de rebus nostratib. cognoscet: falsò multa deferẽtur ad ipsum: habebit in cõsilio nõ Germanos, sed Hispanos tantũ: edicta subinde faciet & ad nos transmittet tẽpore alienissimo. Postea, si calũniis & criminationibus aliquorũ irritatus, in Germaniam aliquando venerit, adducto milite peregrino, qualem huius Imperij fortunam fore putatis? Quapropter, si vobis ita uidetur, & si fata volunt, vt in hoc tempore diadema nostrum capiti suo rex alienigena super imponat, equidem Gallũ censeo præponendum Hispano. Si verò lex prohibet creare Gallum, valeat eadem in Hispano, neq; subtili quadam interpretatione Carolum pro Germano ducamus, verùm aliquem ex omni principũ numero circumspiciemus, qui nullum habeat nisi in Germania domiciliũ, qui sit origine, moribus, ingenio, lingua, Germanus. Incõmoda multa Moguntinus in contrarium adduxit, & propter infirmitatẽ tenuemq; fortunam, contemptibilem fore putat eiusmodi

Cæsarem. Atque si diligamus idoneum, satis habet Germania neruorum atque potentiæ, qua sustineat hoc onus. Qui fuit Vndecimus ante Maximilianum Cæsar, Rudolphus, nō magnum quidem attulit robur: sed virtute præstabat: & quod pertenue tunc erat, multisq; bellis afflictum Imperium, ita restituit, vt vicinis regibus metum adferret. Quàm præclarè senserint etiam exteri principes, ac in his Ludouicus XII. Galliæ rex, de Maximiliano Cæsare, solùm propter ingenium atq; virtutem, non ignotum vobis esse puto. Nimirùm fuit semper illustre Germaniæ principum nomen & fama celebris: ea nondum est extincta, sed viget incolumis. Et sunt inter alias, Germaniæ tres hodiè præcipuæ familiæ Bauarica, Saxonica, Brandeburgica: sunt in ijs etiam nonnulli præstantes viri. Si quem igitur ex illis rerum summæ præficiemus, & nostris copiis adiuuabimus, vt certè debemus, non est quod exteros metuamus: modò idem sentiamus, & velimus omnes, in tuto res erit. Omissis ergo peregrinis, è medio nostrorum hominum cœtu quempiam deligamus: non deerit successus, & sunt testimonia multa domestica nostrorum virtutis: ex ijs vnum recitabo. Pannoniæ rex Matthias, bellator potens ac fortunatus, bellum aliquando parenti tuo, Friderice, denunciauit. Sed, cum exercitum sibi iustum opponi videret, impetum & ardorem omnem facilè remisit. Sic etiam nunc rationem inueniri posse puto, quemadmodum nostræ gentis Cæsar aliquis designatus, & domi retineat & foris authoritatem.

DELIBERATIO DE REGE ELIGENDO.

Ex Antonij Bonfinij Rer. Vngaric. Decad. III. libro IX.

ORATIO MICHAELIS OPTIMAT. EX ordine ad proceres Vngaricos.

RESOLVTIO.

CVM morte repentina è viuis sublatus Ladislaus Vngariæ rex esset, comitijs pro more habitis, de rege eligendo nouo actum fuit: sed ita vt diuersa diuersorū procerū studia deprahenderentur: ad alios alij respicerent. Michael ergo procerum vnus, vir summa authoritate & potentia præditus, hanc ad reliquos orationem habuit; in qua est totus: vt ostendat; indigenam, non peregrinum & alienigenam aliquem, & quidem Matthiam Coruinum, sine vlla secessione, Vngariæ eligendum regem esse. Rationes & argumenta sunt: quòd, 1. Boemi quoq; repudiatis exteris, regnum ambientibus, ex suis Pogisbrachium elegerint, beneficiterq; regnantem. 2. Indole Matthias generosa, ingenio

ingenio præstanti, animi magnitudine singulari sit præditus. 3. Inde à pueris Turcicis in bellis educatus & exercitatus probè. 4. Mansuetus, pius, religiosus, moribus elegantibus ac sic venustis ornatus, supra ætatem sapiens. 5. Parens huius præclarè Vngarico de regno meritus: quod minimè negligendum, aut obliuioni tradendum. 6. Macula Vngaris iniusta ita deleri queat. 7. Vngarici regni talis status atq; conditio: vt eiuscemodi regem requirat. 8. Matthiam hunc etiam pater alteri filio suo licet natu maiori prætulerit, quod singularia quædam in eo prævideret: idem Capistranus fecerit. 9. Coruina familia plurima sit perpessa propter Vngariam, ad huius nata salutem videatur. Probantia hæc sunt argumenta. Quia verò contra Matthiã obijci poterat: propter ætatẽ adhuc immaturam minus eum ad regnum aptũ: deinde in eodem metuendum esse: ne fratrem suum vlciscatur: ad vtrumq; Michael respondet. Et quidem prius refellit laude ingenij ac sapientiæ Matthiæ. Deinde facilè eum regi procerum & patrum ostendit consilijs posse: tum natu maiores & prudentes ille amet, colat, veneretur, libenter audiat. Posterius diluit cõmendatione eius animi magnitudinis: vt simul indicet, iure istud iurando sanciri posse: ne cuiusquam memor iniuriarum sit: facile quoq; istud fore: cum Coruina domus iam multas multorum ferre iniurias, criminationes, insidias didicerit. Ad conciliandum valet: quod de Vngariæ regni salute: dignitate & existimatione præclaræ Procerum reliquorum sese esse solicitum Michael docet: apud hos precibus atq; obtestationibus amicis vtitur. Motus contrarij hic dominãtur spes & metus. Illa excitatur commodorum commemoratione, quæ expectanda, si Matthiæ Vngariæ regnum credatur: & pollicitatione ἀμνηστίας, obliuionis iniuriarum. Hic mouetur comminatione adhibita, futurum scilicet, vt, si denegatum à proceribus Vngariæ regnum Matthiæ fuerit, gladio illud sibi compares. Collocatio & tractatio horum constat. 1. Exordio attentioni accommodato: cum rei magnitudo indicatur: de Vngarorum & Vngariæ conditione querela insinuitur. 2. Confirmatione in qua argumentis ante indicatis probatur, indignam & Matthiam Coruinum Vngariæ creandum regem esse. 3. Refutatione, in qua quæ de ætate Matthiæ & iniuriarum vindicta obijci poterant, refelluntur. 4. Peroratione πάθει, spei ac confidentiæ & obtestatione grauissima facta, vt sine secessione vlla Matthiæ ratio à Proceribus habeatur. Loci hic notandi: de celeritate adhibenda in rege nouo eligendo: regis boni ac laudati commodis: alienis periculis & malis nostram ad vtilitatem conuertendis: gratitudine declaranda erga bene meritorum principum liberos: prouidentia Dei mira in regnis cùm mutandis, tum constituendis: prudentium amore & obseruantia: dissimulandis iniurijs: conciliatione inimicorũ officiis facta: victoriæ illius præstantia, qua seipsum quis vincit. Vsus erit: cum in Comitijs de rege nouo deliberatio instituitur, commẽdare certum & ad gubernacula promouere placet.

I. MISERABILE Regis fatum, nos huc, Proceres, adegit, vt de nouo Principe decerneremus: quo nullo modo carere possumus: sicut nihil est, quod grauiorem deliberationem postulet, ita ne omnia misceātur, eamq; perditū, nihil celeriorē consultationē exposcit: in mora, multa dissidia prauæq; sententiæ oboriuntur, quæ à publica vtilitate animum diuertunt. Si bonum Regē sortimur, nil melius: si malū, nil peius Reipub. accidere potest. Postquā illa sanctorum Regū fausta propago, in Maria defecit, & alienos Reges mēdicare coacti sumus, quæ mala pertulimus, omnes iā diu nouistis. Nunc ad eam orbitatē redacti sumus, vt quò confugere liceat, neminē habeamus. Quinetiam si peregrini Reges disquirendi essent, nemo succurrit, cui Regnū tutò cōmitte-
II. re possumus. Eādē difficultate Boëmi paulò antè laborarūt, & ne externis publicā salutē crederent, ad indigenas recurrerūt: rati, suos multò diligētius fideliusq; Rēpub. quàm alienigenas esse gesturos, Georgiū Pogiebrachiū, cuius in longa gubernatione iusticiā, virtutem, prudentiā & integritatē sat exploratā habuerant, repulsis cōpetitoribus externis, suū Regē declararūt, neq; declarasse pœnitet, pigetúe: Boëmia, quæ sub Sigismundo, Alberto, & Ladislao tamdiu ac miserè fluctuauerat, nūc eius probitate sapiētiaq; quiescit. Nos aūt, quæ nobis ex vsu sint, alieno periculo discere, Proceres, scitum est quidē, & laudabile. Si gubernatoris nostri filiū potissimū eligendum censuerimus, nihil fortasse Reipub. salubrius decernere videbimur. Cùm externis cōpetitoribus repulsam omnino dandā esse iudicem: si de Vngaris optio est habenda, Matthiam ego Coruinū eligendum esse censeo: vt veluti patre tot annos gubernante ab intestinis externisque malis omnibus liberati sumus: sic imperāte filio, nos in posterū liberemur. Quàm faustæ ac generosæ sit indolis, quàm diuino ingenio, & quanta animi magnitudine, ac laudis ardore nunc æstuet, sat cuiq; vestrum constare puto. Non à patre (mihi credite) degenerabit, cū paterno nomine ac laude certabit, in castris natus est, alitus in sago, in veteranorū contuberniis educatus, à teneris hic didicit vnguiculis, Turcarum tumultus, & aciem non expauescere: pugnare sub uinea, & Centurionis præcepta seruare, ab equo & pedibus iuxta dimicare, ad palum quotidie exerceri, transnare sæpe Danubium, & per frigus & æstum sub galea diem ac noctem agere, laboris & inediæ fieri patientissimum, nil magis, quàm hostilem aspectum anhelare, singulari certamine admodum delectari, in castris cum sociis simulachrum quotidie belli agere: nil ignauia & desidia magis abominari,

contra

cōtra nil bello plus appetere. Accedit ingenita māſuetudo, pietas & morū elegantia cum ſumma honeſtate coniuncta: religio inſuper ingens & intempeſtiua ſapientia. Niſi per hunc, veluti per patrem in communem ſalutem aſſeramur, nil profectò aliud ſuccurrit, quò ſpes noſtras rectius intēdamus. Niſi ad ſanctas Coruinj reliquias confugiamus, nos cætera conſilia defecère. Neque obliuioni tradendum eſt, quod immortalia diui patris beneficia nunc expoſcant, qui dum vixit preter gloriam virtute ſua partā, nihil pro ſeruato Regno, pro defenſata ſemper Chriſtiana Repub. pro cæſis, fuſis, fugatiſq; toties olim Turcis, præmij viuus accepit, liuor edax omnia denegauit, quin etiā niſi lat ipſe iam cauiſſet, extremis hunc inuidia ſupplicijs affeciſſet. Quidnam à vobis peteret, ſi loqui poſſet? Nimirum clariſſimus propugnator ille veſter nil aliud pro tot immortalibus in vos meritis poſtularet, niſi vt infandā turpitudinem, quam ex iniquiſſima filij cæde intuliſtis, quando nil prohibuiſtis, honeſtiſſima Matthiæ electione deleatis. Hoc veſtrum officium, hoc paterna merita, hoc regni orbitas & res demū ipſa poſtulat: hoc ille non tam, vt ſuæ domus gloriam augeret, cui ſat viuens nominis acquiſiuit, quām vt Reipub. commodo ſalutiq; conſuleret, petere videretur. Verùm ſi quid priuati cōmodi ratio, vel inuidia ingratitudoúe hominum virtuti ab- „
negat, rependit id cumulatiſſimè Deus qui neque bona ne- „
que mala facinora pro irritis vult haberi: is eſt, qui regna cu- „
rat humana, & ſua voluntate imperium piis mentibus infun- „
dit. Omnis à Deo poteſtas deſtinatur, & voluntati ſuæ quan- „
doque obuerſari, nequaquam tamen reſiſtere poſſumus. „
Matthiam pater multò vehementius altero coluit & amauit: ſpem omnē in eo collocauit, præſagiens maximum quid in eo futurum. Augebat opinionē Capiſtranus, pater ille ſanctiſſimus, quippe qui introductus à patre filiis ad officium, Matthiam ſemper ad dextram, ad ſiniſtram contrà Ladiſlaū, eo natu lōgè maiorem, ſibi collocabat. Rogatus à patre cur præpoſtero ętatis ordine in filiis vteretur, apertè reſpondit, propè diuinitus admonitus, id nō abs re fieri: quādo minor alter Alexāder & maximus fidei propugnator, ac Rex futurus eſſet: maiori mors immatura laudis iter interciperet. Aiūt inſuper cùm à Ladiſlao Rege Viennam, cæſo fratre, reduceretur, illudentibus Alemannis, quòd Rex hic Vngariæ eſſe vellet. Matthiam intrepidum reſpondiſſe: ac veſter etiam, ſi vixero. Dimitto magarum carmina, quæ certum huic cum patre militanti Regnum portendebant. Nos iſtorum ſeriem inuertere non poſſumus: mihi autem illud Proceres

certum est, ne voluntati diuinæ, publicæ vtilitati, ac numini æquitatis auersari, & adolescentem, quem regno dignum, paterna in nos beneficia iam facere, legitimo honore defraudare videar, Matthiam Regem declarandum esse censere. Quod si refragantium iniquitate assequi non licebit, ab
III. isto regnum gladio accipiemus. Obiicerent aliqui ætatem adhuc regno immaturam, vindictęque fraternæ suspicionē; quid est quod priusquam obijciatur, non continuò confutetur. Dimitto præcocem sapientiam, & eius ingenij diuinitatem. Non desunt tot Patrum Procerumque consilia: quæ quotidie ille sectatur: vester is alumnus erit & in gymnasio sapientiæ vestræ, per quam docilis exercitabitur animus. Nihil vobis aget inconsultis, Regem habebitis, quem sanctissimis artibus & disciplinis, pro arbitratu vestro excolere poteritis. Maiorum natu, ac omniū optimatum, semper
,, fuit maximus obseruator. Quare nihil est, cur vos ætas ipsa deterreat. Ad vlciscendum nunquam animum intendet, nouistis omnes animi magnitudinem. Quemadmodum in alijs rebus, ita in hac potissimum, patris ingenium imitatur,
,, cui mos erat, dissimulare potius iniurias, quàm vlcisci: ini-
,, micum officio conciliare, & nihil viro dignius existimare,
,, quàm vincere seipsum. Furorem facilè coercere, ac dicere,
,, nullam maiorem vindictam sure censeri, quàm cum possis, iniurias omnes ex ingenita probitate remittere. Quinetiam si pedibus in hanc sentētiam veneritis, vobis ipse polliceor, ac ita grauissimo id iuramento sanciendum esse curabo, nullas ipsum nunquam iniurias recogniturum: parsurum omnibus, & illis potiùs indulturum, à quibus se læsum esse senserit: vt eorum potius quàm paternorum amicorum beneficio, regiam dignitatem adeptus esse videatur. Proinde nullius animum ista suspicio à recto iudicio declinare debet. Quinetiam, ne pro imperio libidinis Alemannicæ, misella Vngaria redderetur, diriperetur que: illud quoque considerare debetis, quot pericula, quot iniurias, quot crimina, quot insidias domus ista pertulerit. Ioannes olim à Comite Ciliæ semper insimulatus, ac eius vexatus est insidijs Ladislaus iniqua morte multatus: Matthias in exiliū ductus, & nūc sæuo carcere maceratur: Adolescens patre simul & fratre orbatus, imò ni ad Regnum diuina ope seruatus esset, ad parem cum fratre cædem, quamuis parum abfuerit, iam raptus esset. Coruina gens, quæ tot annos à Turcarum & finitimorum nos bello liberauit, cuncta quæ Reipub. mala imminebāt, ipsa subiuit: & quando ad salutem Vngariæ nata fuit, nunc etiam pro publica se incolumitate deuouit. Quāobrem

obrem Pontifices,ac Optimates, omnesque magistratuum IIII.
ordines,& Legati,vos cum vniuersa nobilitate, nunc oro & obtestor, vt Ioannis Coruini immortalium beneficiorum memores, sine vlla secessione, Pannoniæ Regem esse iubeatis. A numinibus Diuum,oraculis & auspicijs haud quaquam dissentiendum esse censeatis. Illum optate, qui sanctissimis Patrum Conscriptorũ consilijs parere nõ recuset, nullisque malis opinionibus & concupiscentiis pectori altiùs inhærentibus,depravatum animum habeat.Illum salutate Regem,quem gloriæ cupidum,ad publicam salutem ac Regni vtilitatem educare possitis. Suspicionem quanque grauissimã,& priuati (quæso) cõmodi rationem deponite: vt sine vlla contentione seditioneq; salutarẽ nobi Principẽ eligatis.Quod vt faciatis,per Deum hominumq; fidem, per patriæ charitatem, vos omnes iterũ iterumq; oro & exoro.

REGNI DELATIO.

ORATIO EPISCOPI ZAGABRIENSIS, PROCERVM VNGAricorum nomine habita ad Carolum Paruum regem Neapolitanum.

Ex Antonij Bonfinij Rerum Vngaricarum Decad.III. Lib. I.

RESOLVTIO.

Maria Ludouici Vng.regis filia,veluti pater testamento cauerat, Sigismundo Brandburgensi Caroli Imp. filio , adhuc puero,ita ex compacto nupserat:vt ad maturas vsq; nuptias viro non nuberet:cõsummatis nuptijs Sigismundum regni consortem pariter admitterent. Hanc Vngaria tota vltrò conditionem accepit:propter merita Ludouici egregia.Et regnauit illa adhuc adolescentula & virgo.Verùm cũ mater huius Elisabetha Nicolaum Garam, Palatinum quendam potissimum in consilium admitteret: ex eiusdem cuncta gereret sententia: odium & suspicionem in regni nonnullos proceres conciperet : hi rei indignitate cõmoti , de creando rege alio cogitationem susceperũt : eaque de causa Zagabriensem Episcopum ad Carolum regem Neapolitanum miserunt,qui Vngariæ ei regnum deferret. Detulit hic,& vt illud acciperet Carolus, efficere conatus est hisce argumentis: quod 1. Elisabethæ matris Mariæ ,& Nicolai Garæ Palatini iniurias atque insolens imperium ferre diutius regni Vngariæ Proceres nequeant.2. Turbatus Vngariæ status:ob vim,petulantiã,bellũ intestinũ procerũ & nobilium.3 Maria regina cùm proper sexum,tùm ætatẽ tantis moderari rebus neutiquã valeat:alienis cõsilijs,vel potius furoribus regatur.4.Optimatum ac procerum Vngariæ pars maxima iam eum elegerint regem,& expectent solicitè.5.Regnum illud hæreditario iure

debeatur Carolo: ideoq; recusari sine magna impietatis & ignauię nota non possit: alterum verò Italiæ alienū, pontificiæ ditioni obnoxiū, inconstans, nouitatis studiosum, fallax, insidiosum sit. 6. Carolus sit Vngarus & Vngarorum regum è stirpe ortus. 7. Ipsa quoq; Vngaria bene de Carolo merita: vtpote cuius ope ac sanguine Neapolitanū regnū ille compararit. 8. Cōmoditates deniq; & facultates sint paratę occupādi Vngariam: prōpta atq; expedita ordinum omnium studia. Blāda sunt & conciliantia: cum suspiciones remouentur sinistræ procerū de nouo rege euocando: regina Maria repudianda: confessio ingenua adhibetur erroris in hac ipsa cooptanda cōmissi. Motus sunt quatuor. Metus qui excitatur expositione insidiarum, inimicitiarū, periculorum, quæ Neapolitano in regno sint Carolo metuenda. Misericordia, accensa descriptione miserabilis atq; miserandi status regni Vngarici. Aemulatio inflammata maiorum nomine & gloria. Spes deniq; orta indicatione occasionum & facultatū quibus Vngariæ regnū occupari facilè queat. Collocatio & tractatio horum absoluitur. 1. Exordio, quod beneuolentiæ captandæ gratia, institutæ legationis ac petitionis Vngarorum causas continet. 2. Propositione, quæ ἀξίωσιν petitionem habet, vt Italiæ imperio Vngariæ regnum auitum Carolus præferat. 3. Confirmatione, quæ petitionis huius rationes & argumēta complectitur. 4. Peroratione, quæ horum præcipuorū repetitione & petitione constat: vt Neapolitano regno disposito, maturè in Vngariam Carolus sese conferat. Loci hic obseruandi: de muliebris imperij malis & incommodis: regno proprio & auito alieno præferendo: procerum simultatibus & inimicitijs earundemque causis. Vsus erit, cum procerum & ordinum nomine regnum alij sit deferendum: petendū, ne illud suscipere dedignetur.

SANCTISSIMA progenitorum tuorum memoria, Carole, qui cùm regnum nostrum pientissimè semper gubernarint, nulla obliuione obliterari queunt, nos huc adegit, vt ad te haud aliter, atq; ad veras Sacrorum Vngariæ regum reliquias confugeremus: rati nos qui tuorum iuris ditionisque semper fuimus, in calamitatibus nostris à te nunquam destitutum iri. Quin & obfirmatis hoc semper animis certò sperauimus, Pannonicam te gentem, quę sub tuorum tutela fuit, in vtraque nunquam fortuna deserturum. Non ignoramus clementissime princeps, sacrorum regum sanguinem, ad te vnicum iam esse redactum, & in tanta principum orbitate, te superesse solum, quem tuam Vngariam curare, & auitū regnum gubernare oportere intelligimus, atque vt quod nobis opus esse intelligimus, facilè speremus. Maiestatis tuæ præstantia nos hortatur, in quam omnium tuorum sapientiam, virtutem, fortunamque conflu-

confluxisse intuemur. Quare, cum spes vnica sis nostræ gen-
tis, veluti ex mandatis didum intelliges, nos ad te potiores
Vngariæ Proceres miserunt, vt fluctuantis regni & hæredi-
tatis quandoque tuæ reminiscaris, neuē vsurpatum Italiæ
imperium auito anteponas. Quam honesta sit aduectus no-
stri causa, Rex breuibus accipies. Post Lodouici mortem, de III.
tota Vngaria, & Christiana Repub. ita bene merito, vt inter
Diuos haud immerito referendum esse censeamus, incredi-
bili fauore omniumque suffragiis ordinum, quando nemi-
nem alium hæredem eius in Pannonijs intuebamur, ob tāti
parentis gratiam, qui nos immortalibus meritis obstrinxe-
rat, Mariam gnatam, Regem salutauimus, atque ita iussi-
mus appellari: vt hac promptissima gratitudine, Lodouici
manes admodum promereremur, nobisque semper propi-
cios haberemus, rati quoque id non minus insolentiæ, quā
vtilitatis nobis allaturum, Insuper tanto plausu eam coro-
nauimus, vt non plus doloris, Vngariæ patris desiderium,
quàm lætitiæ, inaudita Mariæ Regis acclamatio dedisse vi-
deretur. Verùm postquam fœmineo cuncta arbitrio geri
cœpta sunt, longè aliter ac spes nostra tulerat, accidit. Elisa-
betha mater, cum intempestiuam adhuc regno filiam, ac
sceptri impotem esse nosceret, vt eius resarciret officium, o-
mnia pro sua & Palatini Garæ voluntate gerere cœpit, illū
tātum in consiliū admitttere, repellere alios proceres, & pro
Palatini libidine cuncta disponere. Multas is Elisabethæ te-
merè suspiciones iniecerat: deferebat quotidie aliquos: de-
prauata consilia suggerebat, suadebat, vt plerosque sublatis
honoribus sensim attenuaret: quorum virtutē formidulo-
sam esse reputabat. Non igitur Maria, neque mater infelix,
regnum gerit, Carole, sed Palatinus solus est, qui latè in Vn-
garia dominatur, sæuamque tyrannidem agit, & pro libidi-
ne sua, reginæ bonis viris aditum præcludit, hos modo eue-
hit, modo deprimit illos. Vnde tanta cunctos Optimates
incessit indignatio, tantaque facinorosos inuasit audacia,
vt depresso pudore, conculcatisque legibus & iudicijs, vis
passim inferatur, exerceantur vbique latrocinia, & è proce
ribus alter alteri bellum indicat, incendat vicos, homines &
pecora abigat, ferro incendioque demum omnia compleā-
tur. Quin & ex priuato, bellum publicum exarsit: imò ciuile
ac intestinum, quo mutuæ Procerum nobiliumq; cædes in-
dies augentur. Maria fluctuantis regni habenas nacta
partim per sexum, partim per ætatem tantis rebus modera-
ri nequit: neque secus, ac Phaeton, puerili inscitia, & alieno
furore trahitur, & quasi solio excussa, diffusa latè incendia
stupens

ſtupens timensq; conſpicit. Huc fatua noſtra pietas, & vana fides adduxit, vt dum Lodouicinos manibus gratificari ſtudemus, & idcirco Mariam Regem ſtolidè creauerimus, in grauiſſima nos ipſos, & fortunas noſtras mala cõieccerimus. Maxima pars Optimatum ad te nũc venire me iuſſit, vt veluti maximo ſtudio, nuncupatiſſimisque votis te optauimus, creauimusq; regem, ita te minimè cunctantem in Vngariam ducerem. Quamobrem Antiſtitum Procerumq; conſulto ad te venimus, Carole, vnica ſacrorum Regum veneránda propago, vt delatum ſine mora regnum lubẽter accipias, regnũ, inquam, non tam à nobis tibi traditum, quàm quia auitum eſt, hæreditario iure tibi debitũ, quod ſine impietatis ignauiæve nota recuſare non potes. Hoc quod deferimus, tuum eſt, quod in Italia poſſides, alienum, & põtificiæ obnoxium ditioni, quod quidem precariò tantum haberi poteſt, item inſidioſum, varium & fallax. Quid in eo Andreas ille tuus quondã ſubierit, quot bella Lodouicus & Vngari geſſerint, quantum ſanguinis effuderint, quot mala tolerarint, vtinam hæc, ne obducta iam vulnera reſcinderem, refricaremq;, mitius dicere liceret. Nunc autem quid Vrbani pontificis iniquitas moliatur, ſatis ſuperq; comperiũ tibi habere debes: quippe qui, ſi ſacroſancto collegio ſuo, facinoroſas manus non abſtinuit, quonam pacto tibi parcet, quem non ad regnandũ in Italiam, ſed ad eiiciendam Ioannam, ſibi admodum infeſtam, è Pannoniis euocauit? Propriæ potius, quàm „ alienæ ſemper vtilitati ſtudere, iam longa te experientia ſa- „ tis doceri debuit. Idem tu quoque teſtis eſſe potes, qui tot bella cum Neapolitano regno geſſiſti, quàm varia ſint Italorum ſtudia, & quot artes, quas præcauere nemo vnquã etiã ſapientiſſimus potuit. Hoc regnum, nunc Romanos, nunc Græcos, nunc Gothos, nunc Longobardos, & poſt hæc Gallos, Germanos, Nortmannos, Aragonesq; mutauit, nec aliquãdo Saracenos expauit, ſola nouitate, principumq; ſtrage gloriatur, & gaudet: nunc ſub aliena ditione id & precario poſſidere opus eſt. Quam variæ ſint pontificũ voluntates, & quanti eorum fauores conſtent, tuorum exemplo, imò tuo exactiſſimè nouiſti. Proinde conſule rei tuæ, Carole, memento te eſſe Vngarum, & è ſanctorum regum genere natum, tibiq; perſuade, te tutius apud tuos, quàm alienos verſipellesq; imperaturum, quamuis præ ſapiẽtia viribusq; tuis, & Vngarorum ope, vtrumq; retinere poteris. Plurimos finge in hoc regno tibi inimicos, imò crede, quando quotidie experiris. Seuerina domus, vetuſtate opibusq; præpotens, infeſta tibi eſt. Pontificem habes multò infeſtiſſimũ.

Ne

Ne Galli quidem desunt inimici, qui regno eiecti, & terra mariq; potentissimi, nihil aliud dies noctesque moliuntur, quam vt debitum hoc sibi imperium recipiat. Quod si proprij commodi ratione haud quaquam mouerere, anne pietatis officio te nunc abalienari fas est, & tuam gentem deserere, æstuantissima procella fluctuantem, cuius ope ac multo sanguine, Neapolitanum tibi regnum comparasti? Num fluctuante Vngaria, in ocio tibi residendum est? quam si perditam videris, neq; hic, neq; ibi profectò regnare poteris. Quare collachrymans ac supplex te nunc obtestatur & obsecrat Vngaria, vt in tantis malis se respicias, quippè, quæ non modò externo, sed intestino quoq; bello laborat, miserèq; vexatur. Gens mixta ex polo arctiore profecta, ad Danubium occupatis sedibus, omnes finitimos infestos habet, in medio hostium sita est, & quando nunc forti moderatore caret, domi forisq; sæuo bello conficitur. Num siccis id oculis & pacata mente spectare poteris, cum in Vngarica salute, tuam quoq; sitam intelligas? Proinde princeps inuictissime, quem Pannoniæ Regem, faustis auspiciis, à principio salutauimus, hanc expeditionem age, forti animo adorire, copias tibi spectatissimas coge, dispone extemplo regnum, fidaq; præsidia vbiq; distribue. Viaticum tibi abundans attulimus, exercitum quoq; coegimus, qui ad pacandam Pannoniam satis superq; tibi erit. Modicis tibi copiis opus est, quandoquidem ad aspectum tuæ Maiestatis arma quisq; deponet, cùm salutarem aduentum tuum omnes expectent.. Veni igitur Carole, & regnum hæreditarium tibi recipe, miserere, quæsumus, patriæ gentis, cuius fide ac ope tãtum nominis & imperij tu cum progenitoribus tuis comparastis. Cogita idem nunc eorum manes te efflagitare, ac petere supplices, qui suum regnum, quod tanto studio in vita curarunt, nunc in rerum omnium discrimen redactum, per ignauiam & impietatem suorum ire perditum ęgerrime ferunt. Fœlicibus itaq; auspiciis fauentibusq; omnibus Diuorum regũ numinibus arma cape, in Pannoniasq; traiice: Magnatum discordias compone: extingue incendia, & intestini belli faces, quas imbecillum mulieris ingenium, præ sexus infirmitate, extinguere nequiuit. Paterni regni habenas cape, quibus fœmineæ manus moderari non possunt. Gentem tuam externo bello circumuentam protege, quæ ducem optimum sortita, vniuerso orbi formidolosa semper esse cõsueuit. Quanquam vana pietate calamitosaq; imprudẽtia peccauimus, cum fœmineo nos imperio fecimus obnoxios: tuus tamen aduentus, errata corriget, & sceptrum,

IIII.

quod

quod fœmineas mollesq; manus abominatur, à potentissima tua dextra susceptum, feliciter cuncta disponet. Itaq; delatum tibi regnum accipe, & te ad faustissimam expeditionem confestim & audacter accinge.

IMPERII RECVSATIO.

Ex Iulij Capitolini Clodio Albino.

ORATIO CLODII ALBINI ad milites.

RESOLVTIO.

CVm Clodius Albinus Britannicos exercitus Cōmodi iussu regeret, atq; illum interemptum adhuc falsò cōperisset, sibi ab ipso Commodo Cæsarianum nomen esse delatum, hanc ad milites orationem habuit: in qua hoc ille recusauit: Senatus dignitatem illam pristinam ab Imperatoribus ereptam restituendam esse censuit, his argumentis: Quod 1. si vetus adhuc esset imperium Rom. non eius gubernacula Nerones, Vitellij, alij improbi ac scelerati homines obtenturi fuissent. 2. Sub Senatus imperio res plurimæ præclarè gestæ: Affrica Romano imperio adiuncta: Gallia, Hispania*, prouinciæ aliæ subiectæ. 3. Commodus non incommodus futurus, si Senatum timuisset. 4. Ad Neronem vsq; Senatus semper authoritas valuerit. Ad conciliandum plurimum facit, quòd Senatum laudat. Clodius Alb. quot quantaque sub huius gesta imperio fuerint feliciter indicat. Et quidem ita idem placuit: vt, quod Iulius Capitolinus refert, miris acclamationibus etiam absentem eum Senatus ornaret: & viuo Commodo, & deinceps interempto: ita vt nonnulli etiam Pertinaci authores fuerint: vt eum sibi socium asciscere t. Motus spes est, quæ excitatur, cum quæ etiam ad milites sit vtilitas peruentura, si ad Senatum imperij redierit dignitas, ostenditur. Partibus duabus horum collocatio & tractatio absoluitur: quarum prior argumenta continet, quibus ostenditur: melius esse pristinam dignitatem & imperium Senatui, quàm vel Commodo, vel alteri alicui tradi: posterior recusationē huius & spei motum habet. Loci hic obseruandi: de Monarchiæ incommodis: Senatus dignitate & authoritate defendenda: metu abijciendo in sordidis & impuris principibus damnandis. Vsus, cum oblatum imperium recusare, authores esse aliis volumus, vt pristinam formam reducant: senatus dignitatem tueantur ac defendant.*

1. SI Senatus P.R. suum illud vetus haberet imperium, nec in vnius potestate res tanta cōsisteret, non ad Vitellios, neq; Nerones, neq; ad Domitianos publica fata peruenissent: in imperio consulari nostræ illæ gentes Ceioniorum, Albinorum, Posthumiorum: de quibus patres vestri, qui & ipsi ab auis suis audierant, multa didicerunt. Et certè Affricani

Romæ.

Romano imperio Senatus adiunxit: Galliam Senatus subegit, & Hispanias: Orientalibus populis Senatus dedit leges. Parthos tentauit Senatus: & subegisset, nisi tam auarū principem Romano exercitui fortuna Reipubl. tunc dedisset. Britannos Cæsar subegit, certè Senator, nondum tamē Dictator. Hic ipse Commodus quanto melior fuisset, si timuisse Senatum? Et vsq; ad Neronem quidem Senatus autoritas valuit: qui sordidum & impurum principem damnare non timuit: cum sententiæ in eum dictæ sunt: qui vitæ necisq; potestatem atq; imperium tunc tenebat. Quare, commilitones, ego Cæsareum nomen, quod mihi Commodus detulit, nolo. Dij faxint: vt ne alij quidē velint. Senatus imperet: prouincias diuidat: Senatus nos consules faciat, & quid dico Senatus? vos ipsi & patres nostri: eritis enim ipsi Senatores. II.

DISSVASIO MVLIEBRIS IMPERII.

Ex Georgij Buchanani rerum Scoticarum lib. 12.

ORATIO IACOBI KENNEDI, ARchiepiscopi Fani Andreę in Scotia.

RESOLVTIO.

IAcobo II. Scotorum rege in castris extincto, eius filius Iacobus, septem annorum puer, regnum init: præstito de more à Proceribus iuramento, post Edimburgensi in arce, sub matris tutela mansit, donec ordinum haberetur cōuentus, in quo de summa rerum statueretur. Est hoc paulò diutius negotium protractum propter Anglicanas turbas & domesticam quietem: tandem susceptū in conuentu Edenburgi indicto: sed ita, vt duas in factiones multitudo secederet: pr. cerū alij reginam sequerentur, alij & quidem longè plures à partibus Iacobi Kennedi, & Georgij Duglassij, Angusiæ Comitis, alterius factionis principum starent. Controuersia & dissensio in eo posita fuit: vtrū reginæ, demortui regis viduæ tutela regis filij, ac rerū administratio; an verò ex vniuersis, maximè idoneo alicui committenda ac demandanda. Fuerunt, qui pro regina ac muliebri tutela & imperio acriter & tumultuosè pugnarunt. Verùm nobilitatis pars corruptior diuersum statuit: Iacobus Kennedus regis tutelam, rerum in Scotia administrationem penes reginam matrem esse minimè oportere hisce argumentis probauit, & quod voluit, obtinuit. Quod 1. legibus hoc Kennethi vetustissimis repugnet: inter quas est quæ iubet: vt rege pupillo, ordines cōueniant, ac prudentia & opibus virum aliquem præstantem eligant: qui & regis tutelam gerat, & regnum administret. 2. Maiores ita alieni muliebri ab imperio semper fuerint: vt ne nomen quidem huius apud Scotos reperiatur. 3. Ne quidem moribus in ma-

in magistratibus & honorib. procuratio atq; administratio vlla mulieribus sit commissa. 4. Idem etiã ab aliis, maximè verò propinquis Saxonibus obseruatis. 5. Natura ipsa & animi corporisq; viribus à viris fœminas discreuerit: sua cuiq; sexui munia distribuerit. 6. Regni statum permisceant ac confundant; qui muliebrem probent dominatum. 7. Non naturæ modò lex, aut etiam bene moratarum ciuitatum consuetudo, sed & diuina illud exigat: vt publica à procuratione, & regni gubernatione fœminæ abstineant: dum pœnam ac supplicium minatur: si quis vir muliebrem, aut mulier aliqua virilem vestem induerit. 8. Non aliis fœminæ muneribus fungantur: non consulient: præsint iudiciis: leges suadeant aut dissuadeant: non in castra mittãtur: eaq; de causa multò minus imperii illis gubernatio ac procuratio publica credenda ac mandanda. 9. Neq; regina per modestiam atq; verecundiam singularem hanc in se recipere possit. 10. Qui instituti ac consilij huius authores reginæ fortunam, nõ reginam ipsam sequantur, neq; hanc fœminam esse meminisse recordentur. 11. Sexus fœminei magna infirmitas: ideoq; in aliena custodia ille positus, cum sese satis tueri ac protegere non valeat. 12. Difficulter admodum mulieres cohibeantur, tum maritorum diligentia, tum parentum authoritate: ac propterea licentia harum & insolentia metuenda, vbi ad imperij admotæ clauum fuerit. 13. Animi destituantur magnitudine: motibus contrà magnis atq; variis laborẽt, hacq; ratione legibus perruptis, longius progrediantur, reuocentur difficilius: & si quæ fortiores fortasse extiterint, sint metuendæ magis propter vehementes animi perturbationes. 14. Aliis præterea vitiis laborent: sinistrè ac sibi in contumeliam accipiant & interpretentur, quæ, aut fiunt, aut dicuntur: irascantur vehementius: placentur difficilius: vindictam immoderatius exerceant. 15. Sint exempla in promptu tam vetusta, quam recentia earum fœminarum, quæ summo & suo cum dedecore, & damno publico imperiis ac procurationibus publicis præfuerint: imperia turbarint: regna euerterint. 16. Quod denique vt leue, minimè contemnendum fœmineo à sexu male obiti negotij & officij ratio aut pœna mulctáve aliqua exigi nequeat. Argumenta hæc probantia: quibus muliebre imperium dissuadetur. Refutantia duo: quæ Kennedus diluit: quorum prius de diffidentia, concepta de regina matre: posterius exemplorum earum nationum, quæ summo in honoris gradu fœminas tulerunt. Vtrumq; verò ita refutatur; vt primò quidem laudetur regina: turpitudo tamen interim muliebris imperij declaretur: huius non ferendi rationes repetantur: ad exempla quod attinet ostendatur quasdam tulisse fœminas, sed nõ iudicio ac suffragiis electas, sed nascendi delatas sorte: aut si virorum penuria esset. Ethicæ & conciliantia argumenta hæc in oratione admodum necessaria sunt: quandoquidem superbæ à natura & imperiosæ sunt mulieres: excandescant facilè ac vehementer: nec reconciliari ita subitò possunt.

possunt. Itaq; contra reginam matrem & fœminei sexus imperium actuarius Kennethus rem admodum cautè agit: offensionē vitare atq; declinare studet: cum in sententia dicenda moderationem pollicetur: inuitum se eam ingredi orationem ostendit: nihil reginæ sese ingenio, industriæ, dignitati velle detrahere profitetur: eandem ob virtutes egregias præclaraq; merita laudat: in adulatores atque assentatores huius instituti parum commodi caussas transfert & ab his reginam seiungit & eximit: deprecatur veniam, si quid fortè liberius dixerit: reycit quæ sexus in contumeliam iactari solent. non omnia, sed quædam saltem, atque illa quidem maximè necessaria allaturum sese muliebri de imperio promittit. Quæ ad beneuolentiam conciliandam, fugiendam offensionem cum primis accommodata sunt. Metus hic dominantur: odium in adulatores reginæ concitatum, cum docetur hos non reginæ, sed suum commodum quærere: iuris vincula perrumpere: permiscere ac perturbare ordines. 2. Pudor, qui inflammatur, ostensa turpitudine, contracta ex consilijs & negotijs publicis, alijs in gynecæo tractatis. 3. Metus qui oritur indicatione atque commemoratione eorum malorum, quæ tam publicè, quàm priuatim muliebre imperium subsecutura. Collocatio & tractatio horum absoluitur: primùm exordio beneuolentiæ comparandæ gratia instituto: quæ querela de peruersis hominum ingenijs ac moribus significatione caussarum diuersitatis in sententiis dicendis, moderationis pollicitatione, deprecatione veniæ: admonitione denique conciliatur: vt, qui sunt reginæ à partibus, sic huius dignitati studeant: ne omnium salutis obliuiscantur. Deinde confirmationem habet, quæ contra muliebre imperium notata modò argumenta complectitur. Continet tertiò Refutatio eorum dissolutionem, quæ de diffidentia in reginam, & exemplis nationum, quæ fœminas in imperio tulerunt. Peroratio deniq; sententiæ dictione, & εὐχῇ voto ac precatione constat: vt institutum DEVS fortunet. Loci hic notandi de muliebris imperij incommodis ac difficultatibus: tutela & administratione regnorum viris prudentia & opibus instructis, non fœminis committenda: de diuersis moribus ac virtutibus virorum ac mulierum: harum virtute propria modestia: legum conditione varia. Vsus cum demortuo rege aut principe aliquo suadendum, vt vnus, vel etiam plures ex optimatibus & proceribus eligantur, qui tutelam & administrationem publicam tamdiu suscipiat, donec per ætatem successor legitimus imperare queat: non fœminis ea mandetur.

MAXIME vellem, Proceres clarissimi, vt, qui de omnium salute verba facere instituunt, sine singulorum offensione liberè ex animi sententia loqui, & possent, & vellent. Nunc verò, cum quæ ad publicam vniuersorum dicuntur vtilitatem, ad priuatam rapiantur contumeliam,

difficile est, ita modum inter diuersa studia, & pugnantes sententias tenere, vt non in alterius partis offensionem incurras. Quod ad me attinet, ita moderabor orationi meæ, vt nemo de me queri possit, nisi suum prius flagitium fateatur: libertate verò a maioribus accepta, ita modestè vtar, vt nec cupidè quenquam lædere voluisse, nec per timorem aut ambitionem, quæ ad præsentem faciunt consultationem, præteriisse videar. Duas omnino sententias esse video, quæ concordiam nostram remorentur: altera censet in re, quæ ad omnium vtilitatem pertinet, ex omnibus electionem fieri debere: & quemadmodum omnes, ad ferenda suffragia in re, quæ totius regni salûtem complectitur, vocantur, ita neminem à spe honoris æquum esse excludi, qui virtute & honestis artibus eò contendat. Altera, reginæ clariss. Principi, & lectissimæ fœminæ iniuriam fieri putat, nisi in filij salute tuenda, & regno administrando cæteris omnibus præferatur. Harum sententiarum cur priorem magis probem, dicam posterius. Aliorum tamen consilium hactenus probo, quod parum è dignitate reginæ putant, vt quis quam alius eum ea in contentionem de honore veniat, nec auctoritas eius, quæ vt est, ita omnibus eximia haberi debet, cum inferioribus collata imminui videatur. Quod si de honore vnius, & non de omnium salute hic esset disceptatio, ego quoque facilè ac lubens ad eorum sententiam accederem. Verum cum de eo statuendum sit hodie, quod omnium priuatorum vitam & fortunas, quòd totius regni incolumitatem complectitur, huic vni cogitationi omnes singulorum rationes concedere oportet. Quare eos etiam atque etiam moneo, vt ita reginæ studeant dignitati, ne legum, ne veterum institutorum, ne salutis omnium interea obliuiscantur. Nam si ostendere poterunt, & legibus licere, & publicè expedire, vt regis tutela, & rerum administratio penes reginam sit, me quoque suæ sententiæ astipulatorem habebunt. Sin verò eorum oratio sit publicè perniciosa, & ad legum omnium interitum, & reginæ contumeliam spectet: hanc mihi veniam primam à regina, deinde ab omnibus bonis datum iri spero, vt salua & sacrosancta (quoad per leges & instituta maiorum licet) reginæ autoritate non celem, quid sentiam: aut potius vt id liberè dicam, quòd sine summo

II. scelere tacere non possum. Atque, vt à legibus incipiam: lex est à Kenetho rege, non minus prudentia & consilio, quàm belli gloria claro, ante quingentos amplius annos lata, & ab omnibus regni ordinibus accepta, & vsu tot annorum

norum ad hunc vſque diem probata, vt rege pupillo coëant ordines, virumque prudentia & opibus primarium eligant, qui regis tutelam gerat, eoque nondum regni potente, res adminiſtret. Hæc lex etſi ad Kennethum, velut auctorem referatur: mihi tamen non tam primus eam tuliſſe videtur, quàm vetuſtam Scotorum conſuetudinem; noua ſanctione confirmaſſe. Maiores enim noſtri adeò erant à cura publica mulieribus mandauda alieni, vt ſi omnia rerum vocabula excutias, nè muliebris quidem imperij nomen apud eos inuenias. Quorſum enim ei rei nomen impoſuiſſent, cuius ipſi nullum penitus vſum habuiſſent, nec in poſterum vllum fore ſperabant? Quas enim reginas alij ſuo quiſque ſermone, nos regum vxores appellamus: nec altioris faſtigii nomen vllum in eis agnoſcimus. Voluerunt enim, opinor, viri prudentes, vt illæ, quoties mentionem ſui fieri audirent, ex adiuncto viri nomine ſe viris obnoxias eſſe meminiſſent. Itaque ad hunc vſque diem nullum muliebre imperium, nulla publica procuratio fuit. In minoribus quoque magiſtratibus, & mandandis, & exercendis, eundem plane morem conſtantiſſimè obſeruarunt. Nam multi honores atque in his iuris dictiones, propter ingentia erga patriam merita, etſi ad pleraſque iure hæreditario peruenerint, ac ſæpe fœminis dotales ceſſerint: nunquam tamen ad memoriam vſque noſtram proditum eſt; fœminam, aut in publico conſilio præſediſſe, aut ius dixiſſe, aut eorum, quæ propria virorum creduntur, vllum munus vſurpaſſe. Quod inſtitutum cum maiores noſtri, nullis obſtricti legibus, tam conſtanter obſeruarint, naturæ tantum inſtinctu impulſi, ſi nos eorum poſteri, aduerſus legem omnium ſuffragijs acceptam, & tam longo vſu probatam, in manifeſtum periculum ſtatum publicum præcipitemus, quis non à temeritatis dico, ſed inſaniæ nos infamia vindicabit? præſertim cum exemplis propinquis admoneamur. Saxones enim, ob vnius Ethelburgæ ſcelus, lege cauerunt; ne vlla deinceps Regis vxor regina vocaretur; aut in ſede honoris in publico Regi aſſideret. Quæſo igitur; diligenter expendite, quantum ab eorum prudentia degenerêt; qui aduerſus legem tam vetuſtam, tam fœminis vtilẽ; quàm viris honorificam, clauum Reipub. eis committant; quibus maiores noſtri nunquã nomen regium indulſerunt: vicini etiam honoris illius vocabulum ademerunt? Aliæ nationes aliter cenſuerunt: quo ſucceſſu dicam poſtea, modò prius eis reſpondeam, qui hanc legem non audent publicè calumniari: in mulierum autem conuenticulis, tanquam

iniquam arguunt. Verùm quisquis est, qui eam repræhendit, non ille sanctionem aliquam, hominum modò suffragijs comprobatam, sed naturam ipsam, hoc est, legem illam primariam, à DEO in animos nostros incisam velle repræhendere videtur: Naturam, inquam, quam noster legislator in hac roganda, ducem & consiliorum suorum rectricem habuit. Natura enim ab initio non modò viros à fœminis, animi corporisque viribus discreuit, sed sua cuique sexui munia, suas virtutes genere quidem easdem, gradu verò longè diuersas attribuit. Nam, qui minùs indecorum est fœminis, ius dicere, delectum habere, exercitum ducere, signum pugnæ proponere: quam viro lanam, colum, telam, cæteraque muliebris infirmitatis tractare ministeria: quæ in viris liberalitas, fortitudo, seueritas, in muliere profusio, vesania, crudelitas habetur: contrà, quod in fœmina elegans, come, venustum, in viris fractum, elumbe, putidum iudicatur. Hæc naturæ sponte distincta, qui permiscere & confundere conantur, nònne vobis videntur omnem regni statum, legibus & institutis optimè formatum non perturbare, sed omnino euertere: cum muliebre imperium nobis probare contendunt, cuius ne nomen quidem vllum nostri maiores habebant? Huius enim, (vt dixi) legislator, non tam in ea condenda nouum ius attulisse videtur, quàm perpetuam maiorum consuetudinem literis, ad posteritatis memoriam consignasse: & quod in rege creando, natura duce, semper fuerat vsurpatum, id in regio quoque tutore creando, publica auctoritate obseruandum consecrasse. Hanc qui labefactare conantur, quid aliud moliuntur, quàm vt omnes leges, ritus, consuetudines maiorum, vna lege violanda, semel euertant? Neque ego (ne quis id calumnietur) leges omnes, velut in æternum latas, arbitror immutabiles: alia aliarum ratio est, alia vis, alia conditio. Quæ enim ad temporum vicissitudines accommodantur, eæ fortunæ inconstantiæ sunt obnoxiæ: tamdiu durare solent, quamdiu manet, quæ eas imposuit, necessitas: & quæ per vim tyrannorum obtruduntur, cum suis auctoribus ferè vnà tolluntur. At naturæ vim illam, quæ viua quodammodo lex est, & à DEO condita, in animosque hominum incisa, & penitus impressa, nullius multitudinis consensus, nulla hominum decreta abolere possunt. Non enim (vt egregium Poëtam dixisse ferunt) heri aut hodie nata est, sed cum ipsa rerum natura vnà viget, consenescit, & interit. Quo è genere cum hæc nostra in primis lex sit, non oppugnat reginæ dignitatem,

gnitatem, qui cupit, vt ipsa vltrò sibi præscribat metas, quas natura statuit, sexus postulat, consuetudo affirmat: & omnium penè gentium consensu latæ leges approbant: sed qui sui eam obliuisci iubent, & omnia iuris vincula perrumpere, ordinemque verum à DEO institutum, vsu receptum, & in omnibus benè moratis ciuitatibus probatum, perturbare suadent: cum ordinem quicunque negliget, graues non hominibus, sed Deo, suarum legum vindici, exoluet pœnas. Nam si mortem lex diuina minatur viro, muliebrem, aut mulieri virilem vestem induenti, quòd supplicium satis pro magnitudine sceleris graue eis irrogatur, qui adulatione præpostera totam naturæ vim, & perpetuam DEI constitutionem euertāt? Vultis intelligere, quàm isti assentatores non ex animi sententia loquantur: in conuentu publico dicere sententiam, iuri dicundo præesse, leges rogare, aut abrogare? Hæc singula, etsi per se ampla sunt, quantula tamen portio sunt administrationis publicæ? Cur ergo eorum vxores hîc nobiscum non consultant, iudicijs præsident? leges suadent, aut dissuadent? cur non domi suæ ipsi rem familiarem procurant? & vxores in castra mittunt? Quod si, quibus rem familiarem committere vix audent, ne dum minimæ negotij publici parti pares esse existiment, eas nostris imponere volunt ceruicibus, videte, quam sibi constent: sin ipsi infirmitatis suæ sibi conscij, idem sentiunt, quod loquuntur, sed pudore magis, quàm iudicio cohibentur: desinant malè sperare de alijs, qui sua, hoc est, virorum officia implere, & volunt, & possunt. Sin (quod magis reor) hoc assentationis genere se reginæ gratificaturos putent, eos admoneo & hortor: vt falsam istam de principe summæ prudentiæ deponant opinionem: nec eam adeò rerum ignaram credant, vt, quòd aliis fœminis esset turpissimum, in eo suæ dignitatis aut incrementum vllum, aut ornamentum inesse arbitretur. Inuitus in hanc orationem ingredior. Itaque cum princeps illustrissima de vniuerso regno ita sit promerita, vt nihil audire debeat, quod animum eius, aut aures offendere possit, omittam, quæ in sexus contumeliam ab improbis iactari audio, & virtutum, quæ reginæ sint propriæ, potius vsurpabo memoriam, Hæc enim, cum plurimæ sint & in primis illustres, nulla tamen maiorem ei apud omnes commendationem & laudem conciliauit, quàm modestia. Ea enim istius sexus ita propria existimatur, vt in priuata plerunque vita alia aliarū vitia vel omninò texerit, vel certè obscurarit. In Principe verò nostra, cuius ob fortunæ generisq;

claritatem, nullum dictum factumúe in obscuro esse potest, ita hæc prælucet, vt eius cōmendatione cæteræ virtutes gratiores fieri videantur. Cum ea igitur mihi longa oratione non est opus, sed tantum, vt admoneam & horter, vt, quam semel ad decus & gloriam ingressa est viam, eam constanter teneat nec cuiusquam assentationi ita se præbeat, vt sui obliuiscatur: malitque certum, & multis experimentis probatum iter ad laudem & immortalitatem insistere, quàm per ancipitia & intrita progrediendo, ante actæ vitæ decus & splendorem in discrimen mittere. Vobiscum mihi omnis disceptatio, qui vel inuidia erga meliores, quos, ne vobis anteponantur, timeris, vel praua ambitione apud bonum principem futuræ gratiæ fundamenta iacitis. Dicam igitur, regina clarissima, fretus tua prudentia, quod sentio, & liberè dicam. Isti non te, sed tuam fortunam alloquuntur: & dum reginam cogitant, eandem quoque fœminam esse, obliuisci videntur. Cum fœminam dico (ne quis contumeliosè id dictum interpretetur) hominem dico, cui natura, cum plurima dederit blandimenta, & indulgentiæ suæ munera, nonnulla etiā admiscuit (vt vt pulcherrimis quoque & pretiosissimis rebus solita est) infirmitatis incommoda: ideoque non sui protegendi satis potentem, in aliena voluit esse custodia: adeòque in alios imperium non dedit, vt leges naturam imitatæ, in perpetua parentum, fratrum, maritorum tutela fœminas esse iusserint. Neque hoc ad earum excogitatum est ignominiam, sed infirmitati inuentum remedium. Nam, cum eas negotijs, quibus sunt impares, arcet; beneficium est consulentis pudori, non honori detrectantis contumelia. Non commemorabo, quam ægrè cohibeat eas maritorum diligentia, & parentum auctoritas: non recensebo, quo, soluta vinculis quarundam licentia proruperit. Ea tantum dicam, non quæ causa præsens offert, sed quæ exigit: & quæ sine fraude publica tacere non possum: si qua in eo sexu sunt priuatim noxia, ea maritis & propinquis curæ sint: quæ publicè obesse possunt, eà leuiter attingam. Nunquam ab hoc sexu animi magnitudo postulata est, (habent certè fœminæ suas virtutes) sed hæc, de qua loquor, inter viriles, non muliebres, semper connumerata est. Deinde, quò magis, ob naturæ imbecillitatem, animorum moribus sunt obnoxiæ, eò quoties legum frænos licentia perruperit, longius progrediuntur, difficilius reuocantur: ad modestiam vix vnquam redeunt: quippe, morborum ac remediorum iuxta impatientes. Quod si quæ inter eas fortiores videntur,

eò

eò ſint magis periculoſæ, quod vehementiores habeant im-
petus; & quæ tædio ſexus fœminam ſemel exuerint etiam
vltra curas viriles licentiam extendere volent. Nam vbi mo-
dum finemque à natura poſitum ſemel tranſieris, quicquid ſ
vltra eſt, infinitum eſt: nullo cupiendi aut audendi ibi certo
termino. Ad hanc etiam naturæ infirmitatem accedit,
quòd quantò quiſque ſui minorem habet fiduciam, tanto
facilius aliorum dicta & facta ad ſuam contumeliam acci-
pit: vehementius iraſcitur, ægrius pacatur: immoderatius
vindictam exercet, & velut contemptum ſui vlciſcitur. Hæc
omnia, quam ſint Magiſtratum gerentibus aduerſa, nemo
veſtrum, opinor, ignorat: Iſta ſi quis à me confingi putat,
apud animum ſuum reputet, quanta cum perturbatione Io-
anna Neapolitana non ita pridem imperauerit: reuoluite
priſcorum temporum Hiſtorias. Non commemorabo Aſſy-
riam Semiramidem: non Cappadocem Laodicem; monſtra
ſunt iſta, non fœminæ; Palmyræna illa Zenobia, omnium o-
re celebrata, Parthorum victrix, imperij Romani propugna-
trix, tandem victa, capta, triumphata, ſe regnumque ſuum
ab Odenato marito auctum & illuſtratum, vno momento
euertit. Sed nec illud quidem præterire tacitus poſſum, cu-
ius in alienæ rei procuratione, in primis ratio ducenda eſt,
ne videlicet ſummum imperium ei hominum generi com-
mittamus, à quo malè obiti negotij ratio exigi non poteſt.
Nihil ego neq; reginæ ingenio neq; induſtriæ detraho: ſed ſi
quid, (quod plerũq; accidere ſolet) aliena etiã fraude geſtũ
fuerit, ſecus ac publica vtilitas, aut, quẽ tenebit, loci dignitas
poſtulet, quã mulctam à regis matre exigemus, aut quam
expetemus pœnam? Apud quos rerum geſtarum ratio re-
poſcetur? apud muliebre concilium in gynæceo de ſum-
ma rerũ conſultabitur? Vos ibi decretis, aut ſinguli ſubſcri-
betis, aut vniuerſi auctores eritis: & quã vix inermẽ legibus & III.
moribus vobis obnoxiã, cohibere nũc poteſtis, auctoritate
veſtra ſemel armatam muliebrem impotentiã ſuſtinebitis?
Neq; hoc à me eò dictum exiſtimate, quòd quicquã tale ã
fœmina lectiſſima: & omnium longè modeſtiſſima metuã:
ſed quod nobis, quibus omnia adhuc in manu ſunt, turpe
ducam, ſpem noſtræ incolumitatis, quam nobis ipſis debe-
re poſſumus, in aliena poteſtate collocare, præſertim cum
pro nobis faciant diuinæ & humanæ leges, & non modò
maiorum noſtrorum conſuetudo, ſed omnium, qui vbique
terrarum ſunt, gentium conſenſus. Tulerunt quidẽ in ſum-
mo honoris gradu nationes quædam fœminas, non illas qui

dem iudicio & suffragijs electas, sed forte nascendi oblatas, nullus tamen vnquam populus, cum libera essent suffragia, cum virorum quantulacunq; esset copia, sibi fœminas præfecit. Quamobrem, viri clarissimi, suadeo, vosque vehementer adhortor, vt iuxta leges patrias & maiorum instituta, vnum, aut plures etiam, si ita videbitur, ex optimatibus scilicet optimos eligatis, qui interim regnum administrent, dũ rex eo robore sit, & animi, & corporis, vt ipse ad rerum gubernacula admoueri possit. Quod faxitis, DEVM OPT: MAX. fortunare & volo, & opto. &c.

SVASIO MATRIMONII CERTI CONTRAHENDI ET ACceptandi Regni oblati.

Ex Ioann. Dubauij Hist. Boëmicarum Lib. XIX.

ORATIO PETRI MOGVNTINI Archiepiscopi, ad Henricum Cæsarem.

RESOLVTIO.

CVM Henricus Carinthius ab Imperatore & Electoribus Imperij damnatus esset: quòd absque Cæsaris authoritate regnũ Boëmię imperio obnoxium occupasset: Cæsari hanc ob causam eique successori vacare cœpisset, qui Elizabetham, regni hæredem duxisset vxorẽ, Cæsar fratrem suum Valramum puellæ sponsum destinauit. Quæ res legatis Boëmicis non adeò grata erat, qui Ioannem, filium Cæsaris fratri præferebant. Cum ergo Electores Imperij ac principes alij repugnare Cæsaris voluntati non auderent: Archiepiscopus Moguntinus solus pro Boëmis suasit filium & ad Elizabethæ coniugium, & Boëmiæ regnum promouendũ ac fratri Valramo præferendum esse. Argumenta sunt: Quod 1. Boëmiæ regnum longè amplissimum & quo cum nullo in Germania conferendum. 2. Albertus Imp. pro hoc totis Imperij viribus pugnarit, vt illud filio suo Rudolpho, post Friderico alteri consequeretur. 3. Boëmi. qui filium Cæsaris vnicè expetant, huic quoque regnum reseruent. 4. Iure naturæ Cæsar debeat filium ac quidem vnicum fratri præferre, & in hunc omnes honores atque dignitates congerere. 5, Imperio haud leue detur damnum, si amulus in Boëmia sit. 6. Elizabetha natalibus illustris: in nuptijs non ætas, sed virtus, pudor, forma spectanda. Ad conciliandum accommodatum

est

est cum apertum animum suum indicat Archiepiscopus: exponit causas cur tacentibus alijs, ipse solus Cæsari cōtradicere ac pro Boëmis dicere videatur. Motus timor est, qui excitatur, cum idem ostendit, metuenda haud exigua Cæsari mala & incommoda esse, si oblatum Boëmiæ regnum filio, respuat. Tractatio ac collocatio absoluitur. 1. Exordio, quod causæ significationem habet, cur solus Archiepiscopus in diuersa ab alijs sententia sit. 2. Confirmatione, quæ argumenta continet, quibus probatur neque regnum, neque hæredis huius Elizabethæ negligendum ac respuendum matrimonium esse 3. Conclusione, quæ sententiæ dictione constat Cæsari eiusdemque filio puella sistatur. Loci hic obseruandi de filiorum promotione, quam ipsum naturæ ius flagitat: regnorum æmulis quauis modo præcauendis aut auertēdis: non tam ætate, quam virtute in matrimonijs contrahēdis spectanda. Vsus cum autores ac suasores esse alijs cupimus: vt quod cum regno matrimonium offertur, neutiquam contemnatur.

CVM liceat Cæsar, pro suo quemque sensu ac ratione in consiliis loqui, nullā ego adhuc causam audio, quamobrem conditionem à Boëmis oblatam respuere debeas. Regnum filio tuo offerunt, si rectè æstimare vis, dignitate, fama, re tantum, quantum nullum est in Germania, adeo vt nuper Albertus Cæsar totis imperij viribus, pro illo, cum hoc ipso Henrico æmulo contenderit: vt illud filio suo Rudolpho assereret: summaque dignum gloria duceret: quod eundem filium in Boëmia regnantem videret. Quo mortuo, alteram rursus expeditionem pro Friderico altero filio instaurauit, eamque quid interruperit, nouimus omnes, qui cædem impiam Alberti luximus. Sed ne hoc quidem ignoramus, quantum in hodiernum diem, idem Fridericus Alberti Cæsaris filius satagat, dummodo regnum illud inclytum consequatur. Sed ne id fiat, obsistunt Boëmi, qui hanc regnandi gloriam filio tuo reseruant: tanto magis abs te extollendo, quanto tibi vnicus ille superest: in quem iure ipso naturę debeas omnes honores dignitatesque cōgerere. Quid aūt æmulus in Boëmia possit, strages eorū, qui ex Misnia venerunt ab Iano Vartembergo, qui hic adest, in conspectu Henrici facta satis declarat. Neutiquā verò licet has nuptias ignotas appellare: vbi tanta claritudine nataliū sponsa resplendeat: vt patrem regē, ipsam matrem Cæsaris Rodolphi filiam, inter parentes suos numeret. Nam anni nunquam, nisi in nuptijs repudiosis numerantur. Si virtute, præter regnum, & forma pudoreque sponsa dotata est, semper iuuenis durabit, semperque iuueni bene morato placebit. Quare magis hæc referre video: vt puellæ corā sistatur:

quæ quod dicitur, vſque ab vnguiculis, à te Cæſar filio que tuo perſpici queat.

CONCILIATIO IMPERII.

Ex Cornelij Taciti Lib. XVII.

ORATIO PISONIS AD COHORTES in Galbæ Imp. Palatio ſtationes agentes.

Resolvtio.

CVM Galba Imperator ſenex iam factus ſucceſſorem ac Cæſarem Piſonem iam dixiſſet: partim apud milites, partim apud Senatum, hominē nobili loco natum, & (vt Cornelius ſcribit) vultu habituque moris antiqui, & æſtimatione recta ſeuerum: idem & Otho imperium affectauit militumque ſibi conciliauit fauorem ac beneuolentiam. Itaque metuens ſibi Piſo, hanc apud cohortes orationem inſtituit, qua oſtendere conatur, non Othonem, hominem multis vitijs deditum, ſed ſe dignum imperio eſſe. Rationes ſunt: quod 1. Otho non ſolum plurimis maximiſque vitijs laboret, ſed etiam de iiſdem glorietur. 2. Anteacta eius vita, ac ſtudia peruerſa: etiam tùm imperium euertere ſit conatus, cum Galbæ Imperatoris amicus fuit. 3. Habitu, inceſſu, ornatu muliebri vtatur. 4. Etiam tum noceat maximè, cum videri prodeſſe velit: quòd luxuria ſua ſimplicioribus multis imponat liberalitatis cuiuſdam ſpecie: nec reuera donare, ſed perdere ſciat. 5. Stupra, comeſſationes, fœminarum cœtus animo voluat, & hæc ipſa principatus eſſe præmia ducat. Contra Othonem hæc ſunt argumenta, eiuſdemque vituperationem continent. Pro Piſone faciunt: quod ille 1. Electus à Galba, conſentiente Senatu, Electoribus legitimis. 2. Cohortes illud ſpectare debeant, ne ex ſuo ordine pauci peſſimi peſſimum Imperatorem eligant. 3. Semper conſtans adhuc firmaque manſerit fides & integritas in cohorte militū: etiā aliorū interim auditæ ſeditiones fuerint. 4. Pauci deſertores ac ſeditioſi ſi, nequidē centurionē aut tribunū eligere poſſint, multò minus Imperatorē. 5. Hoc permiſſum ſi fuerit, militū licentia tranſcenſura ſit in prouincias & à paucis ad multos peruentura: ſcelerum exitus principes quidem paucos, bellorum verò omnes ſpectaturus: quandoquidem cum magiſtratus legitimè electi, aut necantur, aut loco mouētur, plerumque ſeditiones, tumultus, bella ſequuntur. 6. Cohortes denique dona ac munera accipere à Piſone ſine turpitudine ac dedecore poſſint. Ad conciliantia quod attinet, maximè his opus Piſo habuit propter auditores, milites ſcilicet, iam nutare incipientes & declinare ad Othonem. Conciliare ergo ſibi hos Piſo ſtudet: Compellatione primum amica, cum in cohorte milites commi-

lliones

bitones suos vocat. Ostendit deinde imperij magnæ sese cupiditate non flagrare, imo dubitare, vtrum ille titulus Imperatoris optandus potius, an timendus sit. Tum non suo se nomine casum aliquem tristem metuere, sed dolere vicem Galbæ, Senatus & imperij affirmat. Postremò modestè de se loquitur, cum merita sua non commendat: de se iudicium Galbæ & Senatus affert, nolle etiã sese conferri cum Othone homine impuro asserat: quod cum boni cum malis comparantur, ignominia haud leui afficiantur. Motus sunt: Amor, quem mouet Piso cum suum studium in imperium, vrbem, milites commendat, eosdemque laudat à fide & constantia. Odium, quod Othoni conflatur cum eius vitia exponuntur: suspecta redduntur dona. Metus qui excitatur, quãdo recensentur mala & incommoda, quæ euentura, si locum licentia ac petulantia hominum inueniat. Pudor inflãmatus significatione dedecoris quod oriturum, si homo impurus ad imperij clauum adhibeatur. Collocatio & tractatio horum tribus absoluitur partibus: Exórdio, quod totum est ad beneuolentiam captandam institutum. Confirmatione facta partim reprehensione Othonis competitoris, partim commendatione Pisonis electi iam & confirmati Imperatoris. Loci obseruandi de conditione imperiorum ac magistratuum: ijs quæ in electione Imperatorum & aliorum spectanda: habitu, incessu, ornatu corporis, similibus alijs in homine considerandis: malis & incommodis, quæ sequuntur cũ in electione peccatur, aut etiam legitimè medio magistratus tolluntur. Vsus erit, cum vel nobis ipsis, vel nostris Electorum conciliare fauorem atque beneuolentiam: in odium vocare ac reprehendere competitores aut eos volumus: qui vi sese ingerere in imperium vel munus aliquod publicum, legitimè electos euertere conantur.

SEXTVS dies agitur commilitones, ex quo ignarus futuri & siue optandum hoc nomen, siue timendum erat, Cæsar ascitus sum. Quo domus nostræ aut Reipubl. fatum, vestra manu positum est. Non quia meo nomine tristiorem casum paueam, vt qui aduersas expertus, tum maximè dicã, ne secundas quidem minus discriminis habere. Patris & Senatus, & ipsius imperij vicem doleo: si nobis aut perire hodie necesse est, aut, quod æquè apud bonos miserum est, occidere. Solatium proximi motus habebamus incruentam vrbem & sine discordia res translatas. Prouisum adoptione videbatur, vt ne post Galbã quidem bello locus esset. Nihil arrogabo mihi nobilitatis aut modestiæ. Neq; enim relatiõe virtutum in comparatione Othonis opus est. Vitia quibus solis gloriatur, euertere imperium, etiam cum amicum Imperatoris ageret. Habitu ne & incessu, an ille muliebri ornatu mereretur imperium? Falluntur quibus luxuria specie li- I.

beralitatis imponit. Perdere iste sciet: donare nesciet. Stupra nũc & comessationes, & fœminarum cœtus voluit animo. Hæc principatus præmia putat: quorum libido ac voluptas penes ipsum sit, rubor ac dedecus penes omnes. Nemo enim vnquam imperium flagitio quæsitum bonis artibus exercuit. Galbam consensus generis humani: me Galba consentiẽtibus vobis Cæsarem dixit. Si Respub. & Senatus, & populus vana nomina sunt, vestra, commilitones, interest, ne imperatorem pessimi faciant. Legionum seditio aduersum duces suos audita est aliquando: vestra fides formaq; illæsa ad hunc diem mansit. Et Nero quoque vos destituit, non vos Neronem. Minus 30. transfugæ & desertores, quos centurionem aut tribunum sibi eligentes nemo ferret, imperium assignabunt? Admittitis exemplum, & quiescendo commune crimen facitis? Transcendet hæc licentia in prouincias, & ad nos scelerum exitus, bellorum ad vos pertinebunt. Nec est, plus quod pro cæde principis, quàm quod innocentibus datur. Sed proinde à nobis donatione plus ob fidem, quàm ab aliis pro facinore accipiatis.

CONCILIATORIA ORATIO.

Ex Herodiani lib. 1.

ORATIO COMMODI AD MILITES, pro imperio impetrando.

RESOLVTIO.

Conciliatoria, εὐχαριστικὴ hæc est Commodi oratio: qua mortuo parente M. Antonino à militibus impetrare ille conatur, vt Imperator salutetur, his rationibus: quod 1. parens de ipsis bene meritus, non secus atq; filios suos hos amarit. 2. Commendarit se in vlnis gestans inq; manus dederit militibus, adhuc infantem. 3. Ipse cum his vixerit semper coniunctè ac familiariter. 4. Princeps natus sit, non ascitius, vt alij. 5. Non melius, quàm hac ratione gratitudinem suam erga demortuum iam parentem declarari milites queant. 6. Pertineat hoc, cùm ad publicum imperij cõmodum, tum laudem priuatam virtutis atq; fidei. ἠθικὰ, conciliantia sunt, cum mœroris ac calamitatis communicationem ac societatem Commodus indicat: quàm etiam viuo adhuc parente sese gesserit humanum ac beneuolum erga milites planum facit: exercitia communia recenset. Motus χάρις gratia, quæ cõmemoratione beneficiorum patris excitatur: & spes mota emolumẽtorum expositione, quæ expectanda, si in obtinendo augendoq; imperio milites adfuerint. Collocatio & tractatio ita instituitur: vt in principio beneuolentia concilietur κοινωνίᾳ communicatione malorum atq;

calami-

calamitatum, indeq́; orti mœroris: Confirmatione argumenta contineantur, quę ad amandum ac promouēdum Commodum facere videbantur: Conclusione sit ἀξίωσις petitio, & spei motus. Loci communes sunt: de vi conuersationis ac societatis studiorum ac laborum primis in annis: principe nato educatoq́; nobiscum & ascititio: gratia bene meritis referenda. Vsus, cùm ad imperium comparandum, aliorum opus ope atq; beneuolētia habemus, eandemq́; cōciliare nobis volum⁹.

COMMVNEM mihi esse vobiscum huius mœrorem ca- I.
lamitatis, neq; vos aliter quam meipsum affectos esse,
planissimè persuasum habeo. Neq; enim ego superstite pa-
rente ipso meo, superiorem me vobis vnquam gessi. Nam il- II.
le ita nos vniuersos, vt vnum aliquem diligebat, lubentiusq́; ‹‹
me cōmilitonem quàm filium vocitabat: quippe hanc na- ‹‹
turæ appellationem, illam verò virtutis communicationem
existimabat. Quin infantem sæpè me in vlnis gestans, vobis
dabat in manus, quasiq́; vestræ mandabat fidei. Quaprópter
minimè dubito, quin mihi omnem sitis beneuolentiam ex-
hibituri: quum pro alumno me maiores natu habere de-
beant: ipsos autem æquales, condiscipulos armorum iure
appellauerim. Siquidem ita nos vniuersos vt vnum aliquem
pater diligebat, omniq́ue virtutum studio ac bonis artibus
curabat instituēdos. Nunc me post illum vobis fortuna prin ‹‹
cipem dedit, non quidem ascititium, quales ante me fuerūt, ‹‹
neq; velut acquisito imperio gloriantem. Quippe vnus ego
vobis natus, educatusq́; in aula, priuatisq́; intactum cunabu-
lis, statim me, vt ex aluo prodieram, imperatoria purpura
suscepit: simulq́; Sol hominem me vidit & principem. Hæc
cum animis vestris reputantes, iure principem colite, non ‹‹
datum vobis sed natum. Nam pater quidem iam in cœlum
euectus, consors est consessorq́; Deorum: nobis autem orbis
terrarum gubernacula, rerumq; humanarum cura incumbit.
Quæ quos successus quantasq́; habituræ sint vires, in vestra
manu est. Si enim belli reliquias fortiter deleueritis, & im-
perij Romani terminos ad Oceanum vsque promoueritis,
cùm ipsi vobis ingentem gloriam comparabitis, tùm com-
munis parentis memoriæ debitam gratiam referetis. Atque
eum quidem exaudire quæ dicimus, & intueri præsentem
quæ gerimus credite. Nos autem felicissimos, qui benefa-
ctorum nostrorum testem eiusmodi simus habituri. Quæ
igitur ad hanc diem fortissimè prosperrimeq́; gessistis, illius
scilicet sapientiæ gubernationiq́; tribuuntur. Quæ autem
mecum, hoc est, cum iuuene imperatore vestro, præclarè fe-
ceritis, ea sunt vobisipsis quasi peculiarem cùm fidei tùm

III. virtutis claritudinem paritura. Quocirca & ætati meæ iuuenili rebus strenuè gerendis authoritatem conciliabitis, & barbara gens initio noui principatus repressa, neq; in præsens, contemptu ætatis nostræ, se efferet audacius, & suis nũc edocta periculis, metu deinceps perpetuò coërcebitur.

COMMENDATIO FILII ET SVCCESSORIS APVD amicos.

Ex Herodiani lib.1.

ORATIO M. ANTONINI IMP.

RESOLVTIO:

CVm Marcus Antoninus periculosè grauiterq; decumbens ex hominibus abeundum sibi esse animaduerteret, hãc ad amicos Orationem habuit: in qua filium suum Commodum ipsis commendat: his rationibus vsus: quòd 1. bene de amicis ipse meritus: in filio gratiam & memoriam collatorum beneficiorum expectet. 2. Filius adolescẽs, quasi in salo atq; fluctibus constitutus vitæ, gubernatoribus opus habeat: ne crret ac labatur. 3. Nulla ratione alia commodius principes tuti seruentur & custodiantur, quàm subditorum amore ac beneuolentia. 4. Difficile admodum in imperio ac dominatu sibi ipsi imperare, regere ac frænare cupiditates suas propter licentiam. 5. Sic deniq; sint & sibi ipsis bene consulturi, principem bonum bonis consiliis atq; admonitionibus reddendo: & gratiam præclarã reddituri sibi. ἠθικὰ conciliantia sunt: cum gratam sibi M. Antoninus esse indicat amicorum συμπάθειαν: bene sese sperare de ipsis ostendit: caussas exponit: cur tantopere filium his commendet. Motus sunt spes, quæ excitatur, cum commoda recensentur, quæ secutura, si viuendi honestè antores filio suo amici extiterint: & Amor, qui oritur, quando merita ac beneficia collata commemorantur. Collocatio & tractatio hortum quatuor constat partibus: Principio, quod εὔνοιαν beneuolentiam habet captatam: laude studij & doloris amicorum, & spei atq; fiduciæ de his conceptæ significatione. Propositione, quæ rei ipsius ὑποθέσεως indicationem continet. Confirmatione, quæ argumenta complectitur: quibus efficere M. Anton. conatur, vt cõmendatum filiũ suum amici habeant. Conclusione facta προτροπῇ, adhortatione, & enumeratione commodorum, quæ expectanda cõsiliis & monitis fidis filio, vbi ijdem adfuerint. Loci hic obseruandi egregij: de συμπαθείᾳ, cur & vnde illa oriatur: referenda gratia: admonitionis necessitate in principe iuuene: subditorum erga magistratus beneuolentia: moderationis difficultate magno in mperio, licentia summa. Vsus, cum filij ac successores amicis sunt & consiliariis commendandi, vt illis consiliis atq; auxiliis adsint, parentum instar, optima consilia suggerant.

DOLERE

DOLERE vos atq; angi, quum ita me affectum contemplamini, minimè mirandum. Quippe humanum est humanis casibus ingemiscere: multoq; magis misericordiã prouocant, quæ oculis vsurpamus. Cæterum peculiaris vobiscũ nostra ratio est: nam de mei ergà vos animi conscientia mutuam spero à vobis quasi meo iure beneuolentiam. I.
Nunc autem illud incidit, quum & mihi indicium sit faciũdum, frustráne vobis honorẽ tamdiu habuerim, studiumq; meum omne lubens detulerim: & vobis, referenda gratia ostendendum, nõ esse eorum quæ acceperitis immemores. II.
Videtis filium quem ipsimet educastis, primas nunc adolescentiæ metas ingredientem, quasi in salo atq; in fluctu vitæ gubernatoribus indigentem; ne rerum imperitia de recto quasi cursu ablatus malis moribus impingat. Este igitur vos illi pro me vno multi parentes, excolendo scilicet, atq; optima suggerendo. Neq; enim aut pecunię vis tyrannidis luxuriam explere, aut stipantia satellitum agmina tueri principem possunt, nisi illi ipsi quos regas, animum imperanti beneuolentiamque accommodent. Quippe ij demum diu tutoq; imperant, qui non metum ex crudelitate, sed amorem ex bonitate ciuium suorum animis instillãt. Neq; enim quos seruire necessitas coegit, sed quos obtemperare sua quemq; voluntas adegit, ij sunt in agendo patiendoq; à suspicione omni assentationeq; vacui: nunquamq; imperia detrectant, nisi violenter contumelioseq; sint habiti. Est autem difficile in maxima licentia moderari sibi, quasiq; frænos imponere cupiditatibus. III.
Quod si benè viuendi authores illi fueritis, & quæ nunc coram audit, identidem admonueritis, vna opera & ipsum vobis reliquisq, omnibus optimum principem reddetis, & memoriam nostram demerebimini: quam scilicet immortalem hac vna ratione poteritis efficere. IV.

COMMENDATIO PRINCIPIS NOVI.

Ex Herodiani lib. 2.

ORATIO LAETI PRAEF. præt. ad milites.

RESOLVTIO.

PEssimo Imp. Commodo è viuis sublato in eo Romani toti extiterũt, vt Pertinax Imperator eligeretur, eaq; de causa cum Electo & Pertinace ad castra missus Lætus fuit: qui conuocatis militibus & de Com-

de Commodi interitu hos certiores reddidit, & Pertinacis in Imperatorem electione egit. Argumenta συστατικὰ cõmendantia sunt. Sumpta 1. ab ætate. 2. Vitæ moderatione. 3. Rei militaris peritia. 4. Fortitudine ac facinoribus in bello præclaris. 5. Officiis ante summa cum laude administratis. 6. Votis & optatis illorum qui Romani Imperij terminos defendunt. 7. Commodis & emolumentis futuris. ἠθικὰ conciliantia sunt: cum ad ipsorum militum iudicium ac testimonium Lætus prouocat: in morte Commodi indicanda, non acclamationibus atq; execrationibus diris vtitur, quæ ante de hac ipsa auditæ in Senatu fuerant. Motus spes est excitata commodorum futurorum commemoratione. Collocatio & tractatio horum absoluitur: principio, quod ἀφήγησιν, narrationem mortis Commodi eiusdemq; causæ continet: Confirmatione, quæ argumenta συστατικὰ, & laudationem Pertinacis habet: Conclusione, qua πάθει, motu spei conficit. Loci sunt, de morte, vltrò accersita intemperantia, & contemptione salutariũ consiliorum: & virtutibus obseruandis in iis qui ad imperij clauum adhibendi. Vsus, cum commendatio est certi instituenda: quò ad honores, dignitates, officia & imperia euehatur.

COMMODVS Imperator vester apoplexiæ morbo interiit.
I. Causa mortis nemo alius, sed est ipsemet sibi. Nam
quum frustrà nos optima atq; salubria subiiceremus, gerens
,, ille se quemadmodũ omnes nostis, cibo potuq; nimio suffocatus est. Atque is quidem suo sibi fato extinctùs periit:
,, quippè non vna eademq; cunctis hominibus mortis causa,
,, sed aliæ aliis, cunctæque tamen ad eundem tendentes vitæ
,, finem. Verum pro illo adducimus vobis ipsi, ac Romanus
II. populus virum ætate grauem, vita moderatum, militaris disciplinæ peritissimum: cuius bellicam virtutem vos quidẽ veterani sæpenumerò experti, cæteri tot annos vrbi præfectum, non honore solum, sed etiam admiratione dignissimũ iudicastis. Igitur fortuna non principem solum vobis dat,
,, sed parentem quoq; optimum. Cuius principatus non vo-
,, bis modò, qui eum præsentes tuemini, sed iis etiam iucundissimus futurus est, qui ripas fluuiorum, ac Romani terminos imperij defensant: videlicet res eius præclarè gestas memoria retinentibus. Neq; verò iam barbaros nobis pretio conciliabimus: sed eorum memores, quæ hoc duce perpessi sunt, metu potius subigentur.

COM-

COMMENDATIO PRINCIPIS AD REGNVM OBTINENDVM.

Ex Polydori Vergilij Anglicarum Historiarum libro. XV.

ORATIO HVBERTI CANT. EPIscopi ad Angliæ Proceres.

RESOLVTIO.

MORTVO Ricardo primo Angliæ rege, nobilium alij Ioannem, Ricardi fratrem, quidam Arthurum Ricardi nepotē, & hæredem ab hoc testamento factum regem sibi dari voluerunt. Verùm Hubertus, Cantuariensis Antistes, reliquos & ætate & honore antecedens, conuocato principum concilio, quod Londini frequens est habitum, Ioannem commendauit, effecitq́; vt à pluribus ille certatim rex salutaretur. Rationes sunt: quòd. 1. Dux ille vir fortis ac prudēs. 2. Sit in cunctis tam dictis quam factis, omnibus regni ordinibus atq; partibus satis facturus. ἠθικὸν, & ad conciliandum aptum: cum institutæ commendationis suæ causas Hubertus indicat: remouet, quod obstare huic videbatur: sua in patriam officia atq; studia testata facit. Motus spes est, excitata eorum expositione, quæ expectanda à Ioanne, graui sponsione confirmata. Principium à rei ipsius, qua de agendum, magnitudine & regij officij descriptione est sumptum. Propositio, altera pars ἀξιώσει petitione & commendatione constat. Continet tertia Confirmatio argumenta, quibus ipsa σύστασις, commendatio probatur. Postrema conclusio obtestatione & ὑποσχέσει pollicitatione absoluitur. Locus hic obseruandus de partibus regij officij. Vsus, cum in regis noui electione princeps aliquis Regni proceribus & ordinibus commendandus: remouendum id est, quod propter illos hæreditarium impedimentum inijcere aliquod posse videtur.

NON ambigo, honestissimi pontifices, atq; fortissimi I.
principes, vos hodierno die eo animo huc venisse: vt
vobis regē creetis, qui, si opus sit, de tota re deliberet: qui ea, „
quæ suis ciuibus cōducere putauerit, prius exequatur, si res „
postulet, quàm de ijs consiliū cepisse videatur: qui is demū „
sit, qui totum animū, curam, & cogitationē suam in eo tantummodo, quod non ex re sua, sed ex Repub. esse nouerit, „
ponat, putetq́; se ad patriæ ac totius regni sui vsum, nō sibi „
solùm natum. Et licet certò sciā vos nō ignorare ista omnia
abundè in IOANNE, Duce Normanniæ, viro forti & homine
prouido esse: quamobrem debeatis eum imperio dignū iudicare: tamen veritus, ne vos moueat vulgi aura, neue studiū

vestrum eò fortè in alium vertere libeat: quòd regnum iure
hæreditario alteri potius, quàm ipsi deberi videatur, me
II. audiatis oro & hortor: qui duplicem personam sustinens,
non solum exemplo & hortatione, sed etiā fide & consilio
debeo meæ patriæ esse vtilis: idq; libenter hactenus facere
studui. Igitur, cum in præsens de tanti negotij conclusione
agatur, vt non sit, quod rursus in posterum tempus cogite-
tur, IOANNEM vobis ex animo commendo, eiq; id munus
III. vobis deferendum iudico. Qui in omnibus rebus, quas
statuet, quas decernet, quas aget, opinionibus vestris, du-
bio procul, optimis suis actibus sic respondebit, sic satisfa-
ciet, sic seruiet, vt vniuersus populus sit factum vestrum, nō
modo comprobaturus, sed summis laudibus ad cœlum la-
IV. turus. Ista vobis polliceor, & quantum in me est omnes e-
tiam casus futuros, omne periculum simul præsto.

RESIGNATIO ET ABDICATIO IMPERII.

Ex Dionis libro LIII. Rom. Hist.

ORATIO AVGVSTI CAESARIS ad Senatum Roman.

RESOLVTIO.

CVM ob multa præclarè atq; vtiliter Romanæ instituta in Repub. S. P. Q. R. gratus acceptusq; Augustus esset: in oculis oreq; omnium versaretur: quò magis honos suus amplificaretur, vnius Romæ imperium, volentibus ciuibus stabiliretur: vnoquoq; Senatorum hanc ad rem aptissimo comparato, in Senatu Rom. illo sese abiturum atq; abdicaturum proposuit. Instituti ac consilij sui rationes hasce attulit: quòd. 1. Nunquam potentiam vllam quæsierit: sed partim cædis paternæ vltionem, partim Reipub. quietem, tranquillitatē, ocium spectarit. 2. Pace & concordia iam recuperata Reipub. ope amplius sua Respub. non indigeat. 3. Nihil fastuosum, sublime, elatius alijs, aut amarit, aut admiserit. 4. Iustum, vt sua ipse Senatus administret: commendatam Rempub. habeat. 5. Vtile maximè, vt liber ipse publicis à curis ac negotijs, ab insidijs, odio, inuidia immunis, quod reliquum est vitæ transigat. 6. Gloriosum & honorificum cumprimis, vltrò imperium deponere: regiam repudiare potestatem à populo concessam. 7. Hac ex re longè maior honor & laus, quàm alijs è rebus gestis paretur: potissimum summa in potentia atq; abundantia omniū. 8. Non sibi modò vita priuata profutura, sed etiam Reipubl. commodatura, quæ rectius atque melius à multis quàm vno aliquo gubernetur. 9. Aequum, vt ei qui domi ac foris diu Reipub. inseruiuit, quiete concessa,

tessa gratia referatur. 10. Nullius ipse, etiam priuatus tum & iniurias metuat, conscientia bona fretus. Et his quidem decem argumentis Augustus probat: non temerè imperium sese deponere, ac priuatum viuere constituisse. Verùm ne vel in excessu senatus delinquat; vel in defectu peccet: magnitudine ac difficultate Respubl. gerendæ fractus terreatur, vel facilitatis cuiusdam opinione atq; persuasione remissus ac negligens fiat: idem etiam præcepta saluberrima gubernandæ & administrandæ Reipub. tradit. 1. De legibus retinendis ac defendendis, non mutandis: harum executione. 2. Prouincijs & officijs, non quibusuis, sed optimis atq; prudentissimis mandandis: 3. Honoribus ac præmijs, vt & pœnis. 4. A' publicis abstinentia: 5. Diligentia atq; cura priuatis in rebus asseruandis & custodiendis: 6. Sociorum vitandis iniurijs. 7. Armorum vsu ac abusu. 8. Militibus tractandis. ἤθη, animorum conciliationes inde petuntur: quòd in orationis vestibulo sinistris hominum suspicionibus Augustus occurrit: in re noua atq; insolenti sibi fidem conciliat: ne periculi metu coactus discedere ab imperio videatur, potestatem suam cùm in retinendo, tùm defendendo illo indicat: maluisse sese abstinere a bellis & negotijs ostendit: quæ sunt facta, fato ascribit: sua in Rempub. sed modestè, beneficia atq; promerita recenset: etiã summis in periculis, impedimentis varijs commendat virtutes: regiam sese & appellatione, & potestatem auersari profitetur. Motus, qui hic dominantur, sunt: Amor significatione excitatus studij & animi in Rempubl. promptitudinis: Metus iniectus denunciatione malorum, quæ secutura, si negligens ac remissus in gubernando senatus fuerit: & contrà Spes accensa pollicitatione commodorum; quæ expectanda, si locum præcepta atq; admonitiones fidẽ inuenerint. Collocatio ac tractatio hoc: Exordio. 1. cõstat προληπτικῷ, in quo noua & insolenti in re fidem sibi Augustus conciliat: quæ suspectum reddere institutum poterant, remouet ac diluit. 2. Propositione ὑποσχετικῇ, in qua Senatui sese imperium traditurum: victurum priuatum Augustus pollicetur. 3. Confirmatione; in qua institutæ abdicationis imperij rationes afferuntur: simul etiam præcepta traduntur, quæ ad Rempub. gubernandam esse necessaria videntur. 4. Peroratione, quæ cohortationis præcisione, & metus atq; spei motibus contrarijs absoluitur. Loci hic communes occurrunt, de belli causis honestis ac iustis: cautione atq; moderatione prudenti adhibenda, in honoribus & dignitatibus: difficultate deponendi imperij: priuatæ vitæ commoditate ac iucunditate: gratitudine ijs referenda, qui diu Respubl. vtiliterq; inseruierunt: offensione multorum pubıicis in officijs: immortalitate vitæ, morteq; honesta paranda: vitanda mutatione, cùm in alijs, tùm legibus: prouincijs ac muneribus optimis & prudentissimus quibusq; mandandis. Vsus quando magistratu atq; imperio nos abdicare: huius petere dimissionem constituimus;

I. SATIS compertum, Patres, habeo fere, vt nonnullis vestrûm incredibile propositũ meum videatur. Quæ enim
›› nemo facere ipse velit, ea, si alium se facturũ dicere audiat,
›› nequaquam fidem habet. Quò accedit, quod cum superio-
›› ribus omnes inuideant, ijs de se ipsis loquentibus eò promptius diffidant. Iam ne hoc quidẽ me fallit, hos qui ea dicant quibus fides habenda non videatur, nõ modo nõ persuadere auditoribus, sed scurras etiam iudicari. Verum enimuero si quid ego huiusmodi polliceri instituissem, quod nõ confestim essem repræsentaturus, profectò haud facile animum induxissem id proferre, ne malam pro bona gratiam inirem. Nunc cum verba mea statim, hacq; ipsa die sim re confirmaturus, equidem confido me nõ tantum in nullam mendacij infamiam incursurum, verùm omnes homines honesto nomine superaturum. Proinde posse me perpetuũ in vos obtinere imperium, ipsi cernitis. Nam & aduersarij mei omnes, aut supplicio coërciti sunt, aut misericordia affecti, ad sanitatẽ redierunt: & auxiliarij mei beneficiorũ talione mei sunt iuris facti, societateq; rerũ muniti, ita vt nemo ad res consurgere iam nouas possit. Quod si quis tamẽ ausus fuerit, cõtra eum auxilia mihi vel maxima in promptu sunt: cũ & exercitus habeã validos, & beneuolentiam roburq; eorũ & pecunias, & socios, ac, quod præcipuum est, cum vos populusq; eo in me sitis animo, vt præesse me vobis omninò velitis. Neq; verò diutius vos verbis suspẽsos meis tenebo: neq; est quod dicat quisquã omnia, quæ ante hoc tempus egi, esse à
II. me propter summũ mihi imperiũ parandũ facta. Iam enim id imperiũ omne depono, restituo vobis omnia protinus, arma, leges, prouincias: neq; ea tantum, quæ mihi commisi-
III. stis, sed hæc etiam omnia, quæ ego deinde paraui: vt iam ex re ipsa perspiciatis, me ab initio nequaquam potentiam aliquam animo propositam habuisse: sed hoc verè cupiuisse vt patris mei miserè interfecti cædem vlciscerer, vrbemq; magnis & cõtinentibus malis liberarẽ. Vtinam quidẽ nunquam mihi eæ res suscipiendę fuissent: vtinam, inquam, mea opera nunquam ad hæc negotia indiguisset ciuitas: sed quomodo olim maiores nostri in pace & concordia ætatem transegerunt, ita nobis quoq; licuisset. At, quoniam fatũ aliquod, vt videtur, eò rem deduxerat, vt me quoq;, quamuis paruo tum natu, opus vobis esset vsusq;: quamdiu res meũ auxilium desiderauit, omnia studio summo, etiam supra quam anni mei ferrẽt, feci, omnia felicius, quàm pro viribus adeò meis gessi, neq; me vlla res à subsidio vobis in periculo versantibus ferendo auertit: nõ labor, nõ terror, non inimicorum minæ,

non

non amicorum preces, non multitudo ſeditioſorum, nō furor aduerſariorum: quin propter vos me in omne diſcrimen prorſus darem, eaq; & agerem, & ſuſtinerem quæ nota ſunt, & vnde nihil mihi, quam liberatio patriæ, vobis autē ſalus & quies parta eſt. Quādo igitur fortuna, vt par fuit, pacem ſinceram ac concordiam tranquillā vobis mea opera reſtituit, recipite iam nunc libertatē, & priſtinā Reipublicæ formam: accipite arma, genteſq; vobis ſubditas, & veſtro more Rempublicā gerite. Neq; verò mirū vobis videri poteſt, quòd ita ſentio, ſi bonitatē meam in cæteris omnibus rebus, clementiamq; & tranquillitatis ſtudiū conſideretis: ac reputetis, nihil me vnquam faſtuoſum, aut cæteris ſublimius, quanquam multa vobis mihi huiuſmodi decernētibus, accepiſſe. Neq; ſtultitiæ me damnabitis, quòd imperiū in vos, ac principatū tot terrarū vltrò aſperner. Nam ſi iuſtitiā quiſquā reſpiciat, ego ſanè iuſtiſſimū eſſe cenſeo, vos veſtras res ipſos adminiſtrare: ſin vtilitatē, mihi vtiliſſimū eſſe iudico, ne negotijs diſtinear, neue inuidiæ & inſidijs ſim obnoxius: vobis aūt, vt in libertate placidè ac amicè Rempublicā teneatis: ſin gloriā, (propter quā multi bella ſæpè & pericula ſuſceperūt) nonne ſummæ mihi ſit gloriæ, à tanto me imperio abſtinuiſſe, ac ſponte mea ex tanto principatus faſtigio ad priuatā vitā deſcendiſſe? Etenim, ſi quis veſtrum eſt, qui alio quodā homine nullo tantum continentiæ eſſe, aut verè eum hæc de ſe dicere poſſe putat, is tamē mihi hæc tribuere debet. Nam, cū multa poſſim, & magna mea patriſque mei in vos beneficia referre, ꝓpter quæ meritò nos plus cæteris, & amare, & honorare debeatis: nullū tamen aliud eſt, quod potius prædicē aut quò magis glorier, quàm quod regiā poteſtatē & is à vobis datam, & ego eam habens depono. Cum quo beneficio quis tandem cōparare velit Galliā ſubactam, aut Myſiā captā, Aegyptum domitā, aut Pannoniā in ſeruitutem redactam? Quis Pharnacē, Iubam, Phraatem, expeditionē Britannicam, Rheni tranſitum? Hæc quidem tot tantaq;, quot quantaq; patres noſtri omni ſuperiore tempore non præſtiterunt? Verùm neq; horū vllum præſenti facto eſt conferendum, neq; hæc etiā, quòd bella ciuilia maxima ac multiplicia, eademq; cōtinua, & confecimus proſperè, & victoriam ſumma humanitate tēperauimus omnibus aduerſarijs, tanquā hoſtibus ſuperatis omnibus ſubiectis, tanquam amicis, conſeruatis: ita vt ſi in fatis ita ſit, ruſum noſtram vrbem laborare, optandū ſit, eo iterum modo eam ſeditionibus agitari. Id verò humano amplius eſt ingenio, nos, cum in noſtra vos eſſetis poteſtate, cum nos tantum virtute ac fortuna

flereremus, vt volentibus nolētibus vobis imperare possemus, tum nos neque animis elatos fuisse, neq; ad regnum aspirasse, sed patrē meum, id à vobis oblatum, respuisse, me id acceptum reddidisse. Neq; hoc à me temere iactatur: (nā si quid mihi his verbis quæri putassem, nunquā omnino ea protulissem) sed vt intelligatis cum multis nos in Rempub. meritis, multis nostris ornamētis gloriari possimus, hoc nos maximè exultare, quòd vltrò ab his abstinuerimus, quę aliis per vim etiā sibi quærunt. Quis enim me (ne defunctū patrē denuò cōmemorē) animi magnitudine diuinitateque prę-stet? Ego enim, proh Deūm fidē, cum habeā tot tātosq; milites ciues & socios, qui me amant, cum ferè toti mari mediterraneo imperem, in omnibus cōtinentibus terris vrbes & populos possideam: cū nemo, vel exterus bellum, vel ciuis seditionem moueat: cum vos oēs in pace, concordia, & felici statu agatis, quodq; maximū est, sponte vestra mihi pareatis, tamen vltrò, nemine iubente, tanto imperio tantisq; diuitiis abeo. Quod si Horatius, Mutius, Curtius, Regulus ac Decij pericula ac mortem sustinere voluerunt, vt magnifacti atq; præclari alicuius nomen sibi pararent, cur nō ego id potius egissem, quo consequi possum, vt viuus ēt istos, ac mortales oēs, gloria excellam? Nolite enim ita existimare, priscos illos Romanos virtutis ac famę studiosos fuisse, nunc oēm animū virilem ex ciuitate euanuisse. Neq; suspicari quisquā debet, me, vobis præteritis, summā Reipub malis quibusdā hominibus, aut turbę (vnde nō modò boni nihil, sed extrema mala nunquā non proueniūt) tradere instituisse: quin imò nobis virtute & sapientia pręstantissimis, Rempub. ego cōmitto. Illud enim nequaquam futurus fui, etiamsi vel millies mihi moriendum, vel omnino regnandū fuisset: hoc verò in meam & ciuitatis vtilitatē facio. Ipse enim laboribus, & ærūnis confectus sum: neq; iam, vel corpore vel animo perdurare possum. Deinde præuideo odia & inuidiā, quæ multi cōtra optimos ēt viros suscipiūt, insidiasq; ex iis nascentes: ideoque priuatim potius cū gloria viuere, quàm regnū gerere cū periculo statui. Res autem publica rectius cōmuni consilio & à multis, nō vno aliquo, gubernabitur. Quapropter summis precibus à vobis omnibus contendo: vt meū hoc ꝓpositum studiosi approbetis, ac vobiscum reputātes, quæ & bello & pace à me pro vestra salute acta sint; pro istis omnibus eam mihi gratiam referentes, reliquam ætatis partē me per quietem traducere sinatis: intelligatisq; me scire non tantū imperare, sed etiam imperiis aliorum obtēperare, omniaq; quæ aliis mandaui, pati vt mihi vicissim iniungantur. Equidem spero me tuto victurum, ac neq; verbo, neq; re a quo-

quam læsum iri:tantum me mea conscientia vestræ iubet tri-
buere beneuolentiæ. Quod si quid mihi, quemadmodum
multis euenit, secus accidat, (neque enim possibile est vt v- »
nus homo, præsertim qui tot bella ciuilia externaq;, totque »
magnarum rerum administrationem obierit, omnibus pla- »
ceat) paratior sum omninò etiam ante definitum mihi à fa-
to tempus mori priuatus, quam rex perpetuò viuere. Id e-
enim ipsum laudi mihi cedet, quòd tãtum abstinerim à quo-
quam occidendo, regni mihi parandi causa, vt mortem a-
deò opetierim, ne rex essem. Qui verò me interficiet, is vti-
que à Diis & vobis suum inueniet supplicium: quemadmo-
dum patri quoque meo contigit. Is enim inter deos relatus,
consecutusque est sempiternos honores, cum eius occiso-
res digno suis factis interitu perierint. Immortalitatem qui-
dem homo consequi nemo potest, veruntamen hæc ipsa,
quodam modo vita honestaque morte nobis paratur. Qui-
bus motus ego, cum alterum iam habeam, alterum spere me
adepturum, restituo vobis arma, prouincias, reditus, legesq;:
hoc tantum addẽs, ne, vel magnitudine rerum, difficultateq;
eas administrandi territi animo sitis trepido: vel iis contẽp-
tis, ac facilem esse earum rerum tractationem putantes, ne-
gligentiæ vos detis. Quanquã non piget me de singulis ma- IIII.
ioribus rebus in summa vobis consiliũ quod sequamini da-
re. Primum igitur leges firmiter retinete, neq; quicquam in
his mutate. Nam quę eadem semper manẽt, etsi sint non ni- »
hil vitiosa, vtiliora tamen sunt his quæ subinde, etiamsi in »
melius innouantur. Deinde quæ legibus præcipiuntur, ea »
vos exequi: quæ prohibẽt, ab iis cauere iubeo: nec verbo id
tantum, sed facto: & non publicè modò, sed priuatim vnum
quenq; in eo esse, ne pœnam, sed præmia consequatur. Præ-
terea prouincias & pacatas & in quibus bella sunt, optimis
ac prudentissimis mandate: non inuidentes hic cuiquam:
neq; certorum hominum commoda, sed vrbis incolumita-
tem & felicitatẽ spectantes. Porrò hos honoribus diuerso
modo in Republica versantes, pœnis afficite: res priuatas ci-
uitati tanquã publicas exhibete: à publicis tãquã alienis ab-
stinete: res vestras diligenter asseruate: aliorum nequaquã
desiderate: socios neq; iniuriis afficite; neq; expilate: ho-
stes neq; iniustè lædite, neq; timete: arma semper in manibꝰ
habete: verùm iis neq; cõtra vos mutuò, neq; cõtra pacatos
vtemini: militibus alimenta quæ satis sint, præbete, ne per
egestatem alienas res appetant: ita verò eos cõtinete in dis-
ciplina, ne quid mali ex ferocia eorũ nascatur. Sed quid atti- V.
net multis me verbis omnia, quæ agenda sint vobis, exequi,

cum ex dictis reliqua facilè intelligatis? Verum hoc addendum est, si qua dixi ratione Rempublicam geretis, felices eritis, gratiasq; mihi agetis, qui vos malè seditionibus fluctuantes accipiens, ad hūc statum perduxi: si verò committetis, vt horum, quæ consului, quicquam non agatur, me quidem vt facti pœniteat, efficietis: vos ipsos autem rursus in bella multa, ac ingentia pericula coniicietis.

ADHORTATIO AD IMPERIVM IVSTE AC LAVDABILITER CAPESSENDVM.

Ex Pauli Diaconi Iustino II.

ORATIO IVSTINI IMP. AD Tiberium.

RESOLVTIO.

CVM morti vicinus Iustinus Imp. & iam iam ex hominibus sibi abeundum esse animaduerteret, conuocatis ad sese. Eutychio Pontifice & Senatu vnà cum sacerdotibus ac ciuibus, Tiberium Imperatorem appellauit, hortatusque est ad ea, quæ principem bonum ac laudatum decent. Cuiusmodi sunt: pietas in DEVM: honor in matrem: auersatio sanguinis & crudelitatis: fuga superbiæ: iustitiæ amor: fauor ac patrocinium ciuium & militum: prodigalitatis declinatio: defensio bonorum ac facultatum subditorum: liberalitas. Rationes afferuntur istæ Quod 1. Imperij & beneficij huius in Tiberium DEVS, non ipse author. 2. Conditio eius infirma. 3. Exemplum in se habeat culpæ fugiendæ. 4. Causa peccandi superbia. 5. Sint filij ac serui sui quos videat, ideoque non aut negligendi, aut iniuria afficiendi. ἦθος decorum seruatum in oratione moribundi ad successorem. πάθος motus, metus, qui excitatur indicatione eorum, quæ reformidanda, nisi piè ac moderatè imperium Tiberius capessat. Collocatio & tractatio propositione constat: deinde προτροπῇ adhortatione ad ea, quæ ad imperiū gubernandum atq; administrandum necessaria. Loci obseruandi, de vitanda superbia in fortunæ subita mutatione: agnoscendis & colendis felicitatis authoribus: sanguinolentia fugienda: amore ac defensione subditorum. Vsus cum præceptis salutaribus successorē instruere: adhortari ad pietatem, iustitiam, moderationem in regno & imperio capessendo volumus.

I. ECCE DEVS, qui benefecit tibi, hunc habitum dedit tibi non ego. Honora illum: vt tu quoq; honoreris ab illo.

II. Honora matrem tuam, quæ aliquando domina tua fuit. Nosti, quod primum seruus eius fueris, nunc autem filius. Ne

gratus

gratuleris in sanguinibus:ne communices homicidis: nec malum pro malo reddas:ne in malo inimicitiæ similis mihi efficiaris. Ego enim, vt homo, culpaui. Etenim culpabilis factus sum, & recepi secundum peccata mea: sed cautam habebo cū his, qui hoc mihi fecerūt, ante tribunal CHRISTI. ,, Non eleuet te habitus, quemadmodum me. Sic attende de ,, omnibus, sicut tibi. Scito quis fueris, & quis modo existas. ,, Ne superbias, & non peccabis. Nosti quis fuerim, & quis factus sim, extiterim & existā. Omnes isti filij tui sunt & serui. ,, Scis quod pro visceribus meis honorauerim te. Hos tu cum videas omnes, quæ Reipub. sunt, vides. Intende militi tuo: nec milites suscipies ad prandia: ne dicant tibi quidam, quia decessor tuus conuersatus est: hæc enim dico, à quibus passus sum. Qui haben t substantias fruantur eis: his verò, qui non habuerunt, dona.

ADHORTATIO AD STVDIVM PIETATIS AC RELIGIONIS.

E Suidæ excerpta Cæsarum Vitis.

ORATIO THEODOSII AD VALENtinianum Iuniorem.

RESOLVTIO.

CVM per matrem Iustinam à fide abductus recta Valentinianus Imp. & imperio eiectus ad Theodosiū venisset, eum in fide vera instituere, cohortari ad pietatem & religionem cœpit his rationibus: quod 1. non armis, sed causis iustis imperatoria stet acies. 2. Victorias insignes etiam quiescente exercitu reportarint religiosi Imperatores: Constantinus magnus, Valentinianus pater: contra impij ac hostes veræ fidei dederint pœnas: Licinius, Valens & alij. 3. Incredulitas sola Valentinianum perdiderit, dederit Maximo vincendi facultatem. 4. Nullius nisi CHRISTI in pugna inuocari nomen & auxiliū possit. Ad conciliandum & ἦθος fac't plurimum pietatis ac religionis veræ amor & studium. πάθη motus contrarij hic sunt, spes & metus, qui excitantur, cū ostenditur, quot & quæ ex pietate cōmoda, mala ex impietate prouenerint. Tractatio & collocatio cōstat: propositiōe cohortatoria: deinde huius argumētis, modò indicatis. Loci sunt: de victoriarum vt contrà cladium quoq; in bello causis veris: Pietate scilicet & impietate: pœna incredulitatis: precibus ad CHRISTVM in pugnis atque prælijs cōuertēdis. Vsus erit, cum eos maximè, qui imperij clauum tenent, ad hunus sedent gubernacula hortari volumus, vt ante omnia pietatem, religionem, verumque DEI veri cultum sibi commendatum habeant.

I, NOVI Valentiniane, religiosissimos imperatores, qui-
escente exercitu victoriam obtinuisse, & hostes sub-
II. actos tributarios esse factos periculo antegresso, Sic & Con-
stantinus Magnus eiectus Licinium tyrannum naufragio
trucidauit. Sic etiam Valentinianus pater tuus felicius im-
perium, & ab hostibus illæsum gubernauit. DEO enim de-
fendente, innumerabilibus præliis victor, multis & diuer-
sis barbaris sublatis. Valens vero patruus tuus, DEVM
diuellens, inquinauit Ecclesiam, homo profanus, cæde san-
ctorum & sacerdotum relegatione, diuinaque prouiden-
tia à Gothis oppugnatus, conflagrauit. Rectè CHRISTVM
colitis, qui non immeritò te eiecit: incredulitas tua Maximo
,, facultatem dedit. Si CHRISTVM non videmus, quem inuo-
,, cabimus pugnaturi?

ADHORTATIO SVBDITORVM AD OBEDIENTIAM Magistratui suo præstandam.

Ex Iosephi Lib. II. de Bello Iudaico.

ORATIO AGRIPPAE AD Iudæos.

RESOLVTIO.

CVM Hierosolymā Agrippa rex venisset, deq; Floro querelas multas ac varias Iudaici populi cognouisset: intellexisset quoq; contra hunc Romam ad Neronem illum legatos mittere constituisse: ordinari quidem legatos, qui Florum accusarēt, inuidiosum est Agrippa arbitratus: atneq; Iudæos despicere in bello commotos expedire sibi vidit. Quamobrem aduocata in Xystum concione, ad obediendum Romanis est Iudæos hortatus his argumentis: quòd 1. Nulla causa iusta resistendi Magistratui & arma seditiosè sumendi. 2. Subditorum officium Magistratus suos colere: non iurgijs exasperare. 3. Contumelijs nihil illi proficiant: plurimùm patientia obtineant. 4. Quæ fiunt geruntùrque à præsidibus, Cæsaris ac Rom. minimè voluntate iussuque fiant: neque videre, vel audire hi cuncta possint. 5. Facilè medicina hic reperiri queat: cum non vnus idemque semper Iudæam obtineat: subinde alius, huic qui præsit, mittatur: bellum interim semel motum non ita facilè, aut componatur, aut sustineatur. 6. Libertas, quæ prætenditur, contumacia iam rectius, quàm libertas nominetur, vtpote serò nimis ac tum demum defensa, cum admissa dudum seruitus fuit. 7. Romanorum potentia maior, quàm vt Iudæi huic resistere valeant: id quod exemplis demonstratur Atheniensiū, Lacedæmoniorum, Macedonum & plurimorum aliorū, diuersis in orbis terra-

terrarum partibus, qui Romanis pareant, ac sine armis tributa pendant. 8. Iudæorum contra magna infirmitas atq; imbecillitas viriũ; rei nummariæ his difficultate premantur: destituantur sociis, quòd omnes, qui in orbe habitabili, Romani sint. 9. Etiam præstò Romanis diuinum sit auxilium: non hoc Iudæis itidem sperandum: cum cultum DEO debitum vltrò violent. Conciliationi animorum inseruit, quòd institutæ orationis causas Agrippa indicat. Motus, Metus hîc dominatur: excitatur verò, cum Romanorum potentia exaggeratur: infirmitas ostenditur Iudæorum: mala atq; pericula indicantur, quæ metuenda Iudæis, si rebelles extiterint, & magistratui suo legitimo repugnarint. Excitatur & commiseratio liberorum, coniugum, vrbis, aliorum ob oculos miseria ac calamitate constituta. Collocatio & tractatio absoluitur: Exordio, attentioni & docilitati accommodato: Confirmatione, quæ argumenta ad obedientiã Romanis præstandam, προτρεπτικὰ cohortatoria continet: Conclusione, quæ πάθεσι, motu metus ac misericordia, & obtestatione graui constat. Loci notandi, de temeritate vitanda in irritãdis magistratibus, horũ iurgiis fugiendis, patiẽtia etiam in improbitate ac tyrannide ferenda: inutili atq; intempestiua libertatis defensione: cultu diuino violato: patriis institutis mutandis ac soluendis: maturè auertendis atq; præcauendis malis ac periculis. Vsus, cum cõtumaces ac rebelles subditos ad debitam Magistratui suo obedientiam præstandam hortari: potentiam describere atq; exaggerare volumus eorum, qui inobedientia atque contumacia subditorum offendi posse videntur.

SI quidem viderem vos omnes ad pugnandum cum Romanis esse incitatos, neq; populi puriorẽ syncerissimamq; partem pacem velle seruare; neq; processissem ad vos, neq; consulere confisus essem. Superuacua quippe de vtilibus oratio est, quando omnium auditorum conspirat ad deteriora consensus. Quoniam verò aliquos quidem ætas malorum belli nescios facit; quosdam verò inconsiderata spes libertatis: nonnullos verò auaritia succendit, & in cõfusione rerum capiendum de inferioribus lucrum: quemadmodum ipsi ab hoc errore corrigantur, & non per paucorum improba consilia etiam boni dispereant, existimaui oportere, vt omnibus vobis in vnum coactis ea exponerem, quę arbitror expedire. Obstrepat autem nemo, si non ea audierit, quæ ipsius fert libido. His siquidem qui sunt ad defectionem irreuocabiliter incitati, licebit etiam post meos monitus manere in pristina voluntate. Mea autem etiam ad illos, qui audire cupiunt intercipietur oratio, nisi ab omnibus vobis silentium præbeatur. Noui quidem quod multi & iniuria procurantium prouincias & præconia libertatis quasi tragicę

tragicè perſequantur. Ego autem priuſquam diſcutiam qui ſitis,& contra quos bellum ſuſcipere tenetis, primum ſepa-
II. rabo cauſas,quas connexas putatis. Si enim violatores veſtros cupitis vlciſci, cur libertatem magna laude attollitis? Si verò iſtud ipſum ſeruire intolerabile ducitis,ſuperflua eſt aduerſum rectores querela: illis ſiquidem vel moderatiſſimè agentibus, nihilominus turpe erit ſeruire. Conſiderate autem ſigillatim,& videte,quàm exigua ſit materia bellorũ. Et primum quidem ipſa rectorum cõſideranda ſunt crimi-
,, na.Colere ſiquidem officiis,non exaſperare oportet iurgiis
,, poteſtatem. Cum verò modicorum peccatorum exprobrationes maximas facitis, aduerſum vos profectò eos quibus infertis,contumelias irritatis. Relinquentes quippe & quod antea clanculò,& cum quadam verecundia nocebãt, palàm
,, vos confidenterq; populantur. Nihil autem ita plagas coër-
,, cet,vt patientia,& violatorum quies violantibus iniicit pu-
,, dorem.Fac autem eos,qui à Romanis in prouincias mittuntur,eſſe grauiter moleſtos: non tamẽ etiam Romani omnes violant vos, neq; ipſe Cæſar, aduerſum quem pugnare vultis. Neq; enim ex præcepto illorum improbus ad vos quiſquam venit: neq; poſſunt illi, quæ in oriente geruntur, poſiti in Occidente cõſpicere: ſed neq; facilè ea quæ hic ſunt,
,, illic audiuntur.Eſt autem importuniſſimum, & propter exi-
,, guas cauſas,tantis, & ea de quibus querimur neſcientibus,
,, velle confligere. Et quidem noſtrorum criminum citò erit futura correctio. Neq; enim vnus atq; idem prouinciæ ſemper curam tenebit, & ſucceſſores eius credibile eſt modeſtiores futuros. Motum autem ſemel bellum,neq; deponere facile eſt abſq; magnis calamitatibus, neq; ſuſtinere. Libertatis verò,bona ſitientibus prouidendum atq; certandũ
,, eſt: vt principio non ea careant. Moleſta enim eſt nouitas
,, ſeruitutis: quam ne vtique ſubeas, iuſtum ſuſcipi certamen
,, videtur. Qui verò ſemel ſubiectus eſt, & deinceps deficit,
,, contumax magis ſeruus,quàm amator libertatis oſtenditur.
,, Tunc igitur oportuit omnia agere, ne ſuſciperentur Romani,cum in prouinciam Pompeius intraret. Maiores verò noſtri eorumq; reges,pecunia,corporibus,animis multo vobis meliores,exiguæ parti potentiæ Romanæ obſiſtere nequiuerunt. Vos autem qui hæreditariam obedientiam ſuſcepiſtis,rebus autem omnibus illis qui primis paruere longè inferiores eſtis,cõtra omne Romanũ regnum obſiſtere poſſe arbitramini? Et Athenienſes quidem, qui ob Græcorum libertatem patriam ſuam quondam ignibus tradere, qui ſuperbiſſimum illum Xerxem per terram nauigantẽ, per mare

verò

verò ambulantem,& cuius classem non caperet amplitudo pelagi, latiorem autem Europa duceret exercitum: hunc inquam cum vna naue fugientē gloriosissimè persecuti sunt: circa paruam autem Salaminam, qui tantas opes Asiæ confregère, nunc tamen seruiunt Romanis, & illam regiam Greciæ ciuitatem administrant, Italiæ iussiones. Lacedæmonij quoq; post Thermopylas, & Plateas, & Agesilaum Asiam perscrutatum, eosdem dominos venerantur. Macedones verò, qui adhuc penè imaginantur Philippum videre cum Alexandro, promittentem sibi orbis imperium: ferunt tamen rerum mutationem, & adorant eos, ad quos fortuna migrauit. Aliæ quoq; multæ gentes ad libertatem fiducia subnixæ, & multò maiores, cesserunt tamē & obediunt. Vos autem soli seruire dedignamini his, quibus videtis vniuersa esse subiecta. Quibus exercitibus, quibus confiditis armis? Vbi est classis vestra, quæ peruagetur Romanorum maria? Vbi autem qui expensis possint sufficere thesauri? Contra Aegyptios fortè aut Arabas existimatis vos bellum mouere. Non circumspicitis Romanorum imperium? Non metimini vestram imbecillitatem? Nonne scitis vestram ciuitatē à conterminis gentibus frequenter esse superatam? Illorum autem virtus per totum orbem inuicta percurrit, imò etiam hoc orbe plus aliquid quæsierunt. Neq; enim sufficit eis ad Orientem quidem totus Euphrates, ad Septentrionē Ister, neq; in meridie solitudine tenus perscrutata Lybia, neque in Occidente Gades; sed vltra Oceanum alium quęsierunt orbem, & vsque ad Britannias inaccessas prius, arma & exercitum transtulerunt. Quid ergo? Vósne ditiores Gallis, fortiores Germanis, prudētiores Græcis? Postremò plures istis omnibus in toto orbe degentibus? Quæ vos fiducia aduersum Romanos erigit? Sed dicet aliquis, seruire molestissimum est? At quanto magis id Græcis, qui vniuersis sub Sole habitantibus videbantur præstare nobilitate: & tam latam quondam prouinciam possidentes, nunc bis ternis fascibus Romanorum obediunt. Totidem autem etiā Macedones obsequuntur, qui certè multò vobis iustius deberent libertatem tueri. Quid autem quingentæ Asiæ ciuitates? nunquid non absque vllo præsidio, vni tantummodo rectori parent, & fascibus consulis obsequuntur? Quid autem pergam enumerare Heniochos & Colchos, & Taurorū gentem. Bosphoranos quoq;, & habitantes circa Ponti litora nationes, Mæoticasq; gentes, apud quas nimirum olim neq; domesticus aliquis dominus noscebatur: nunc verò militum subiiciuntur tantum tribus milibus, & quadraginta

naues

naues longæ, innauigabile prius mare in pace custodiunt. Quanta autē Bithynia, & Capadocia, & Pamphyliorū gens, Lydi quoq; & Cilices pro libertate dicere valerent? tamen nunc sine armis tributa pendunt. Quid autem Thraces? quinq; quidem diebus in latum, septem autem in longum commeabilem prouinciam possidentes, asperioremq; multò quam vestra est, ac multis partibus fortiorem, altissimoq; gelu eos qui irruerint retardantem, duobus milibus Romanorum in præsidio manentibus obsequuntur. Post hos Illyrici vsq; ad Dalmatiam, & Istro tenus incolētes, duabus tantum legionibus obediūt: cum quibus & ipsi impetus compescunt Dacorum. Ipsi quoq; Dalmatæ, qui tam multa pro libertate conati, sæpiusq; capti, rursum cum maioribus opibus rebellarunt, nunc sub vna Romanorum legione agunt quietem. Veruntamen si aliquos magna causa ad defectionem incitare deberent, Gallos potissimum oporteret assurgere, quos videlicet tantis munimentis natura cinxisset: ab orientali plaga Alpium montibus, à Septentrionali Rheno flumine, à meridie Pyrenæis montibus, ab Occidente verò Oceano: sed tali munitione gaudentes, trecentis & quindecim gentibus numerosi, fontes autem (ita vt dixerim) felicitatis domesticę habentes, omnibusq; bonis totum penè orbem irrigantes, ferunt nihilominus vectigales esse Romanorum, ac felicitatem suam in eorum felicitate reponere. Idq; sanè ipsum, non per animorum molliciem, nec propter ignobilitatem parentum (quippe qui per octoginta annos pro libertate pugnauerunt) sed Romanorum admirati sunt horrueruntq; cum virtute fortunam: qua illi plura sæpe obtinuêre quàm bellis: demq; sub mille & ducentis militibus seruiunt, quibus penè plures habuerunt ciuitates. Neq; Hispanis nascens in agris aurum: pro libertate bella gerentibus profuit, neq; tanto terrarum marisq; spatio à Roma diremptæ gentes, Lusitani scilicet & pugnaces Cantabri: nec vicinus Oceanus, etiam accolis suis fragore terribilis: sed vltra columnas Herculis prolatis armis, & per ipsas nubes Pyrenęorum montiū eluctati vertices, ditioni suę hos quoq; subdiderunt Romani: atq; ita bellicosis gentibus, tantoque (vt dixi) spatio direptis, legio in præsidio vna satis est. Quis vestrûm non audiuit multitudinem Germanorum, virtutem quoq; & magnitudines corporum (vt arbitror) sępe vidistis: siquidem vbiq; Romani earum gentium captiuos habent. Sed illi ita ingentem spatiis regionem incolentes, spiritus autem maiores corporibus gerentes, & animam quidem contemtricem mortis: indignationes autem vehementio-

tes ferit,nunc Rhenum limitem habent, & octo Romanorum legionibus domantur: & seruiunt quidē qui capti sunt: reliqua autem eorum gens vniuersa salutem in fuga, non in armis reponit. Considerate autem etiam Britannorum muros,qui Hierosolymæ confiditis muris. Illos siquidem circundatos Oceano, & penè non minorem quàm noster orbis est habitantes, Romani nauigantes redegerunt in ditionem suam: quatuorq; legiones tantæ magnitudinis insulam tuentur. Et quid opus est plura dicere? quando etiam Parthi,bellicosissimum genus,tantis prius populis imperantes, & tam magnis opibus circundati, obsides tamen mittunt Romanis,estq; cernere, sub specie pacis seruientem in Italia præcipuam Orientis nobilitatem. Vniuersis penè qui sub Sole incolunt,Romanorum arma venerātibus, vos soli bellum geretis? Neq; Carthaginensium considerabitis finem, qui magnum illum Annibalem iactantes, & ex nobili Phœnicum stirpe venientes, tamen sub Scipionis dextera corruerunt? Sed neq; Cyrenæi Lacedæmone oriundi, neque Marmaridarum genus vsq;ad inaquosas solitudines protentum,neque terribiles etiam audientibus Syrtes, Nasamones quoque & Mauri, & innumerabilis multitudo Numidarum virtutes impediere Romanas. Sed tertiam partem orbis terrarum,cuius ne numerare quidem nationes facile est, quæ scilicet sub Atlantico mari & columnis Herculis vsq; ad rubrum mare infinitos numero & locis Aethiopas continet, totam tamen ceperunt armis: & præter fruges annuas quibus Romanam multitudinem octo mensibus pascunt, alia quoq; vectigalia pendunt, expensas quoq; deuotissimi imperio ministrant: nihil de his quæ iubentur, sicut vos, contumeliosum putātes: & quidem vna cum illis tantum legio commoratur. Sed quid opus est longè petitis exemplis potentiam explicare Romanā? cum ea possitis de vicina vobis Aegypto diligenter inspicere. Hæc enim, cum vsq; ad Aethiopas porrigatur,opulentamq; Arabiam, contigua quoq; sit Indię,quinquaginta & septingentas myriadas incolarum habens,præter Alexandrinorum plebem, tamen vectigalia, quorum magnitudinem de cēsu singulorum capitum æstimari licet,deuotissimè pensitans, Romanum non dedignatur imperium: & certè quàm magnum stimulum defectionis habens, Alexandriam scilicet, multitudine & diuitiis abundantem, magnitudine quoque non imparem. Habet siquidem in longitudine stadia XXX. in latitudine verò non minus, quàm decem, tributorum verò multò amplius per menses singulos infert, quàm vos toto anno pen-

ditis:

ditis: & præter pecuniam, quatuor mensium Romanæ plebi annonam ministrat. Munitur autem vndiq; aut incommeabili solitudine, aut importuoso mari, aut fluminibus, cœnosis paludibus, quorum tamen omnium nihil Romana fortuna fortius fuit. Duæ enim legiones ciuitati insidentes, profundam Aegyptum cum illa Macedonum nobilitate frenant. Quos igitur in bella de solitudinibus aliquibus socios assumetis? siquidem omnes, qui in orbe habitabili degunt, Romani sunt: nisi fortè quis vestrum spes suas vltra Euphratem porrigat, & Actiabenorum regionem gentiles suos æstimet adiutores. Porrò nec illi propter irrationabilem causam tanto se bello implicabunt: nec si tam probroso operi assensum darent, Parthus tamē sineret. Est quidem ei cura tuendæ cum Romanis amicitiæ: & arbitrabitur fœdus esse temeratum, si quis de his qui subiecti sunt eius imperio, aduersum Romanos in bello procedat. Superest igitur vt ad diuinum fu[illegible]atur auxilium. Verùm & hoc apud Romanos est. Sine Deo quippe impossibile esset imperiū
,, tale consistere. Considerate autem, quemadmodum hæc
,, ipsa erga ipsam religionem immoderatio, etiamsi cum longè inferioribus bellum geratis, tamen ad dispensandum sit vobis difficillima, atque eadem transgrediendo offendatis Deum, per quæ eum auxiliaturum putatis. Si enim seruetis sabbatorum consuetudinē, & ad nullum actum moueamini, facilè profectò capiemini. Sic quippe etiam maiores vestri experti sunt, hos maximè dies Pompeio ad bellū destinante: in quibus scilicet hi, qui oppugnabantur, otia gerebant. Transgredientes autem in bello legem patriam, nescio propter quid in reliquum dimicetis. Vna siquidem nunc vobis intentio est: ne quid de patria institutione soluatur. Quemadmodum autem aduocabitis in adiutorium DEVM, si cul-
,, tum ei debitum sponte violetis? Assumunt autem singuli
,, quiq; bellum, vel diuinæ virtuti, vel humanis opibus confidentes. Cum verò vtraq; hæc, quantum ad ipsam pertinet consequentiam, deseruatur, in manifestam vtiq; captiuitatē volentes pugnare prosiliūt. Quid autem prohibet propriis manibus filios vestros coniugesq; laniare, & hanc pulcherrimam inflammare patriam? Erumpentes siquidem in furorem, lucrabimini vel ignominiam superatorum. Bonum est, ô amici, bonum est, dum adhuc stat nauis in portu, præ-
,, cauere tempestatem futuram, & non eo tempore, quo in
,, medias irrueris procellas trepidare. His siquidem qui in im-
,, prouisa mala inciderint, superest vt digni vel miseratione
,, videantur. Qui verò se in apertum discrimen iniecerint,

etiam

etiam exprobrationibus onerentur. Nisi fortè al.quis vestrû æstimet secundum pacta conflictum nec Romanos, aut postquam vicerint, moderatè vobiscum acturos, & non in exemplum aliarum gentium sacram hanc vrbem inflammaturos, interfecturos autem vniuersum genus vestrum. Neq; enim qui superfueritis armis, vsquam locum fugæ habebitis, vniuersis scilicet gentibus vel iam habentibus Romanos dominos, vel habere metuentibus. Periculum autem non solum vos manebit, sed etiam in reliquis ciuitatibus habitantes Iudæos. Neq; enim est in toto orbe populus, in quo non vestra portio sit: quos certè omnes vobis rebellantibus, cæde crudelissima diuersi quique conficient, & propter paucorum virorum praua consilia, vniuersæ Vrbes Iudaico sanguine redundabunt. Manet autem venia eos qui talia patrauerint, quòd sint nimirum vestro vitio coacti. Si verò eadem exequi supersederint, considerate quàm impium sit, aduersum tam benignos arma mouisse. Subeat autem vos miseratio, & si non filiorum vestrorum atq; côiugum, saltem istius ciuitatis, quæ mater vrbium vestræ regionis vocatur. Parcite mœnibus sacris, parcite venerabilibus adytis, templumque vobis & sancta sanctorum seruate. Neq; enim vlterius victores Romani his abstinebunt, quibus primò parcentes nullam receperunt gratiam. Ego testor quidem sancta vestra, sacrosq; angelos DEI, patriamq; communem, quòd nihil eorum consiliorum, quæ vobis viderim expediri, subtraxerim: vos autem decernentes quæ oportet, mecum in pace degetis. Si verò protuleritis iras, absque me periculis subdemini.

CONSVLTATIO AC DELIBERATIO DE LEGE VEL retinenda, vel abroganda.

Ex Liuij. lib. XXXIV.

ORATIO M. CATONIS CONSVLIS pro lege Oppia contra muliercularum luxuriam ac superbiam in vestitu & ornatu.

RESOLVTIO.

CVM Punici belli tempore Q. Fabio & Sempronio Coss. Lex esset Romæ lata ab Oppio: ne qua mulier plus auri semuncia haberet: ne versicolore vestitu vteretur: ne veheretur vehiculo in vrbe: agrè admodum molesteq; istud superbæ mulierculæ tulerunt: & ad eandem abrogandam non priuatim solum maritos suos, verum etiam pu-

blicè, in curia, in foro in plateis alios sollicitarunt, & quidem videbantur iam expugnasse, tum maritos suos, tum reliquos. Quod intelligens M. Cato, aduocatus consulis, contra muliercularum superbiam & impudentiam orationem hanc habuit, & Oppiam legem nō abrogandam, sed conseruandam atq; defendendam esse ostendit his argumentis. Quod primò abrogatio huius partim Consulibus, partim Tribunis plebis turpitudinis sit maculam haud exiguam inustura: cum turpe sit, mulierculas aut à Tribunis plebis adhiberi ad seditiones cōcitandas, aut has consules cogere, vt leges nouas accipiant, vel tollant veteres. 2. Agendi modus parū honestus: mulierculæ contra verecundiam ac pudorem in publicum procurrant: occupent vias: alienos maritos appellent: cupiant cogere, vt Oppiam legem tollant. 3. Maiorum longè alia fuerit ratio: qui ne quidem priuatim rem vllam gerere fœminam voluerint sine authore, & parentum, fratrum aut maritorum consensu. 4. Nequaquam consultum videatur, vt abrogata lege Oppia, muliercularum libertas, seu potius licentia confirmetur: cum à natura hæ impotentes, & indomitæ: vix pluribus legibus constrictæ contineri in officio queant: neq; tum iniquo animo Oppiam legem ferant, quàm rerum omnium libertatem desiderent: iugo excusso, non solum pares, verùm etiam superiores maritis suis esse velint. 5. Lex Oppia semel lata & approbata à populo, ideoq; non temerè in q; muliercularum gratiam abroganda: quando quidem nulla lex satis omnibus est commoda, illa probatur, quæ maiori parti & in summa prodest. 6. [illegible] antiquatio & abrogatio postuletur, non aliqua graui ac iusta de causa, sed meram ob superbiam ac petulantiam muliercularum. 7. Legem ante latam non fuisse propterea, quòd maiorum tempore non esset luxuria, quæ talem aliquam requireret. 8. Oppia in lege par constituatur & æqualis omnium fœminarum conditio, ac propterea huius gratia, neq; pudor, neq; indignatio in his oriri debeat. 9. Certamina in luxu muliercularum & æmulationi multa magnaq; in Republ. incommoda sequantur: pauperes, vt ditioribus esse pares possint, non ab his contemnantur, supra vires & facultates suas sese ornent, parent omnia de suo, quæ parari possint: sint molestæ maritis suis, vt nummos habeant: si exorare nequeant maritos suos, petant ab alijs, atq; ita ad adulteria aliaq; flagitia veniant: non modum quisquam faciat sumptibus vxorum, si semel lex illa sublata fuerit, quæ earundem sola coërcere superbiam potest. 10. Semper deniq; maiori cum damno semel lata lex abrogetur, quàm non feratur: quemadmodum tutius est, non accusari hominem improbum, quàm accusatum semel absolui: & feræ bestiæ è vinculis emissæ magis nocere solent, quàm quæ nunquam detentæ in vinculis fuerunt. Atq; hæc decem argumenta sunt, quibus probare Cato conatur, legem Oppiam de muliercularum luxu, abrogandam minimè esse. Ad vsu, mores & conciliationem pertinent: cum ostendit Cato, se de Republ. solicitū esse, studiosum

veteris

veteris disciplinæ, amantē bonitatis ac constantiæ. Deinde modestè noñ voluisse sese compellare in foro mulierculas petulantes ac superbas affirmat. Tum grauiter & prudenter disputat, de præcipuis pestibus Rerumpub. luxu, superbia, auaritia, γυναικοκρατείᾳ muliebri imperio. Postremò voto orationē concludit: vt Dij scilicet fortunent, quicquid tande decretum fuerit: nō tenax propositi est. πάθη, motus animorum sunt: Ira, metus, indignatio, pudor seu verecundia. Iram excitat Cato contra mulierculas: cum instituti harum causam esse meram insolentiã & maritorū contemptum indicat. Mouet metum ac timore malorum & incommodorū denunciatione, quæ reipub. orientur, si secreta consultationes permittantur: mulierculis libera ac soluta voluntas cōcedatur, vel etiã frena laxentur suæ naturæ superbis. Indignatio oritur, quando monstratur, mulierculas consultationibus interesse velle: iacere alia, quæ non sui muneris atq; officij sint. Pudor tandem incutitur, ostensa turpitudine ac deformitate, quæ oritura, si consules & magistratus sibi mulieres imperare ac præscribere patiantur. Collocatio & tractatio horum constat. I. Exordio: cuius finis [illegible] quam excitat Cato instituta querela de corruptis moribus ac superbia mulierum: deinde rei magnitudine & difficultate proposita. II. Pars confirmatio est, in qua aliquot argumentis legis Oppiæ abrogatio à Catone dissuadetur. III. Peroratio pia & modesta est facta sententiæ expositione. Loci communes in hac sunt colligendi: de mulierum officio: occultis ac secretis conuentibus in Republ. non ferendis: legum abrogatione, luxuria muliebri prohibenda & punienda. Vsus erit, cum dissuadere earum legum antiquationem volumus, quæ vtiles Reipub. & superbiam aliaq; vitia coërcent ac castigant.

SI in sua quisq; nostrûm matrefamiliâs, Quirites, ius & I.
maiestatem viri retinere instituisset, minus cū vniuersis fœminis negocij haberemus. Nunc domi victa libertas nostra impotentia muliebri, hic quoq; in foro obteritur & calcatur: & quia singulas sustinere nō potuimus, vniuersas horremus. Equidē fabulā & fictā rem ducebā esse, virorum omnē genus in aliqua insula, cōiuratione muliebri, à stirpe sublatū esse. Ab nullo genere nō summū periculū est, si cœtus & cōcilia & secretas cōsultatiōes esse sinas. Atq; ego vix statuere apud animū meum possum, vtrum peior ipsa res, an peiore exēplo agatur: quorū alterum ad nos Coss. reliquosq; magistratus, alterū ad vos Quirites magis pertinet. Nam, virum è Repub. sit necne id quod ad vos fertur: vestra existimatio est, qui in suffragiū ituri estis. Hæc consternatio muliebris, siue sua spōte, siue authoribus vobis, M. Fundani & L. Valeri facta est, haud dubiè ad culpam magistratuum pertinens, II.
nescio vobis Tribuni, an Coss. magis sit deformius vobis, si

fœminas ad concitandas tribunitias seditiones iam adduxistis: vobis, si vt plebis quondam, sic nunc mulierum secessione leges accipiendæ sunt. Equidem nō sine rubore quodam paulò antè per medium agmen mulierū in forum perueni quod nisi me verecundia singularum magis maiestatis & pudoris, quàm vniuersarum tenuisset, ne compellatæ à Consule viderentur dixissem, qui hic mos est in publicum procurrendi, & obsidendi vias, & viros alienos appellandi? Istud ipsum suos quæq; domi rogare nō potuistis? An blandiores in publico, quàm in priuato, & alienis, quàm vestris estis? Quanquam ne domi quidem vos, si sui iuris finibus matronas cōtineret pudor, quæ leges hic rogarentur abrogarenturúe curare decuit. Maiores nostri nullam ne priuatā quidē rem agere fœminas sine authore voluerunt: in manu esse parentū, fratrū, virorū. Nos (si diis placet) iam etiā Rempub capessere eas patimur: & foro propè, & cōcionibus, & comitiis immisceri. Quid enim nunc aliud per vias & compita faciunt, quàm quod aliæ rogationes Tribunorū plebis suadent: aliæ legem abrogandam censent? Date frenos impotēti naturæ, & indomito animali: & sperate ipsas modum licentiæ facturas: nisi vos faciatis. Minimum hoc eorum est, quæ iniquo animo fœminæ sibi, aut moribus, aut legibus iniunctum patiuntur: omnium rerum libertatem, imò licentiam, si vera dicere volumus, desiderant. Quid enim, si hoc expugnauerint, non tentabunt? Recensete omnia muliebria iura, quibus licentiā earum alligauerint maiores nostri, per quæq; subiecerint viris: quibus omnibus constrictas vix tamen cōtinere potestis. Quid si carpere singula & extorquere, & exæquari ad extremum viris patiemini: tolerabiles vobis eas fore creditis? Extemplò simul pares esse cœperint, superiores erunt. At hercule, ne quid nouum in eas rogetur, recusant: nō ius, sed iniuriam deprecantur: imò vt quam accepistis, iussistis suffragiis vestris legem, quā vsu tot annorū & experiendo comprobastis, hanc vt abrogetis, id est, vt vnā tollendo legē, cæteras infirmetis. Nulla lex satis commoda omnibus est, id modò quæritur, si maiori parti, & in summā prodest. Si quod cuiquam priuatim officiet ius, id destruet ac demolietur: quid attinebit vniuersos rogare leges, quas mox abrogare, in quos latæ sunt, possint. Volo tamen audire quid sit, propter quod matronæ consternatæ procurrant in publicum, ac vix foro se & concione abstineant. Vt captiui ab Annabile redimantur, parentes, viri, liberi, fratres earum? Procul abest, absitq;, semper talis fortuna Reipub. Sed tamē cum fuit, negastis hoc piis precibus earum. At non pietas, nec

nec ſolicitudo pro ſuis,ſed religio congregauit eas:matrem Idæam Peſinunte ex Phrygia venientē accepturæ ſunt. Quid honeſtum dictu ſaltem ſeditioni prætenditur muliebri? Vt auro & purpura fulgeamus,inquiunt: vt carpentis,profeſtis quoq; diebus,velut triumphantes de lege victa & abrogata, & captis & ereptis ſuffragiis veſtris,per vrbem vectemur: ne vllus modus ſumptibus,ne luxuriæ ſit. Sæpè me querentem de fœminarũ,ſæpè de virorũ,nec de priuatorũ modò,ſed etiam magiſtratuum ſumptibus audiſtis: diuerſiſq; duobus vitiis,auaritia & luxuria ciuitatē laborare:quæ peſtes omnia magna imperia euerterunt. Hæc ego quo melior lætiorq; in dies fortuna Reip.eſt,quò magis imperium creſcit,& iam in Græciam Aſiamq; tranſcendimus, omnibus libidinũ illecebris repletas,& regias etiam attrectamus gazas:eò plus horreo ne illæ magis res nos ceperint,quā nos illas. Infeſta,mihi credite, ſigna ab Syracuſis illata ſunt huic vrbi, iam nimis multos audio Corinthi & Athenarum ornamenta laudantes mirantesq;,& antè fixa fictilia deorum Romanorũ ridentes, ego hos malo propitios Deos, & ita ſpero futuros, ſi in ſuis manere ſedibus patiemur. Patrum noſtrorum memoria per legatũ Cyneā Pyrrhus non virorũ modò, ſed etiā mulierum animos donis tentauit. Nondũ lex Oppia ad coërcendā luxuriam muliebrem lata erat:tamē nulla accepit. Quam cauſam fuiſſe cenſetis? Eadem fuit,quæ maioribus noſtris,nihil de hac re ſanciendi: nulla erat luxuria quæ coërceretur. Sicut ante morbos neceſſe eſt cognitos eſſe, quàm remedia eorum: ſic cupiditates prius natæ ſunt,quàm leges quæ iis, modũ facerent. Quid legem Liciniam excitauit de quingētis iugeribus,niſi ingens cupido agros cōtinuandi? Quid legem Cinciam de donis & muneribus, niſi, quia vectigalis iā & ſtipēdiaria plebs eſſe Senatui cœperat? Itaq; minimè mirum eſt, nec Oppiam nec aliam tum legē deſideratam eſſe, quæ modũ ſumptibus mulierũ faceret, cum aurũ & purpurā,data & oblata vltro non accipiebant. Si nunc cũ illis donis Cyneas vrbem circumiret: ſtantes in publico inueniſſet quæ acciperēt. Atq; ego nonnullarum cupiditatum ne cauſam quidem, aut rationem inire poſſum. Nam, vt quod alij liceat, tibi non licere, aliquid fortaſſe naturalis, aut pudoris aut indignationis habeat: ſic æquato omnium cultu, quid vna quæq; veſtrũm veretur ne in ſe conſpiciatur? Peſſimus quidem pudor eſt, vel parſimoniæ, vel paupertatis: ſed vtrumq; lex vobis demit, cum id quod habere non licet, nō habetis. Hanc,inquit,ipſam exæquationem non fero,illa locuples: cur nō inſignis auro & purpura conſpicior? cur pau-

perras aliarum sub hac legis specie latet, vt quod habere nõ possunt, habituræ, si liceret, fuisse videantur? Vultis hoc certamen vxoribus vestris inijcere, Quirites, vt diuites id habere velint, quod nulla alia possit? pauperes, ne ob hoc ipsum contemnantur, supra vires se extendant? Næ simul pudere quod non oportet, cœperit: quod oportet, non pudebit. Quæ de suo poterit, parabit: quæ non poterit, virum rogabit. Miserum illum virum, & qui exoratus, & qui non exoratus erit, cum quod ipse non dederit, datum ab alio videbit. Nunc vulgò alienos viros rogant, & quod maius est, legem & suffragia rogant, & a quibusdam impetrant: aduersus te & rem tuam & liberos tuos inexorabiles. Simul lex modum sumptibus vxoris tuæ facere desierit, tu nunquam facies. Nolite eodem loco existimare, Quirites, futurã rem, quæ fuit antequam lex de hac ferretur. Et hominem improbum accusari tutius est, quam absolui: & luxuria non modò tolerabilior esset, quam erit nunc ipsis vinculis, sicut fera bestia, irritata,
III. deinde emissa. Ego nullo modo abrogandam legem Oppiam cẽseo, vos quod faxitis, Deos omnes fortunare velim.

ORATIO SVPERIORI PROXIMAE CONTRARIA L. VAlerij Trib. Pl. contra consulem Catonem, & legem Oppiam.

RESOLVTIO.

CONTRARIA hac est oratio L. Valerij Trib. pl. pro mulieribus contra legem Oppiam: refutans ea, quæ allata ante à Catone fuerunt: istis ostendens aliquid concedendum, ideoq; abrogandam hanc esse. Primum quod refellitur est appellationis. Nominauerat enim Cato sua in oratione muliebrem congressum catũ, seditionem, secessionem: quæ omnia inuidiosa vocabula. Iccirco ad hoc Valerius respondet, & studio conquisita hæc esse dicit rei augendæ gratia: deinde nõ conuenire petitioni iustæ ac honestæ: tum Catonẽ oratorem nõ solùm grauẽ, sed etiã trucem interdũ esse, atq; inde cõcludit: Quirites verbis illis magnis ac inuidiosis moueri minimè oportere. 2. Ad agendi modũ pertinet. Reprehendit inter alia Cato istud: quòd inusitato more in forum mulierculæ prodeant: compellent non solũ maritos, verùm etiam alios viros: immisceri velint cõcionibus ac comitijs. Ad quod respondetur primò: nõ esse inusitatũ ac nouũ in publicũ mulierculas progredi: deinde licere hoc ipsis in re pariter ad viros et fœminas pertinẽte. 3. De abrogatione legũ refellitur, cũ docetur, posse interdũ antiquari ac tolli leges: vtile quoq; esse & honestũ Oppiam legẽ abrogari: quia tẽpore certo fuerit desiderata, non lata in æternum perpetuitatis gratia: quia

lex

lex illa non vetus, sed ante viginti annos lata, Q. Fabio & Tito Sempronio Coss. quia scribendæ huius causa nō amplius maneat, sed sublata sit: ideoq; nec lex ipsa manere diutius debeat: quandoquidē fuerit lata eo tēpore, quo inopię ac misericordię succurrēdū ciuitati fuit: sunt multa alia facta, quæ statu pacato & trāquillo facta non essent: quia, si, quę tēporis causa decreta fuerūt à Senatu, aut à populo iussa, in perpetuum seruanda, etiam alia seruanda essent, quæ eodem tempore decreta ac iussa fuerunt: quod tamen non faciunt: quia etiam alij ordines & homines mutationē Reipub. meliorem in statum sentiunt: iniquum propterea videatur vxores tantum pacis ac tranquillitatis publicæ frui fructibus non posse: quia denique aurum, quo vtuntur mulierculæ, non imminuatur vsu, sed vsum afferat perpetuum ad publicas & priuatas vtilitates: ideoq; hoc ipsis concedendum non esse iniquum. Atq; his sex argumentis Valerius refutat id, quod tertio loco obiectum à Catone erat, legē Oppiā abrogandam non esse. 4. Aequatio fœminarum conditione diluitur, ita vt planum fiat: non apud singulas solum, verum etiam vniuersas esse dolorem ac indignationem, cum & paruis ac minimis rebus fœminæ soleāt moueri, ac dum ornatu adempto: sit harum misera conditio: non possint magistratus gerere: nō sacerdotijs fungi, non triumphare, non alia habere insignia, nisi munditiem, ornatum, ac cultum corporis: quo etiā solo delectentur ac gaudeāt. 5. De futuris malis & incōmodis, maximè vero muliebri in viros imperio dissoluitur negatione, ac docetur illud minime metuēdū esse: eò quod ipsæ mulierculæ libertatem detestentur, quā viduitas & orbitas affert, ideoq; libenter alijs nubāt: deinde malint esse in arbitrio maritorū suorū, quā legū: tum in officio facile contineantur, si mariti eas in tutela & manu sua non seruitio habeant, & malint patres aut viri, quam domini appellari. 6. Et postremum de seditione ac secessione mulierum διασυρμῷ & extenuatione tollitur: quòd periculū tale metuere ridiculum videatur. Ad ἦθος ac conciliationē pertinent: cum Valerius in vestibulo orationis causas exponit: cur Catoni respondeat, & necesse habere hoc sese facere ostendit: pollicetur deinde breuitatē cū modum, quo sit vsurus, indicat, de re non personis acturū sese profitetur: postremo aduersarium Catonē laudat. Motus 1. amor est excitatus ingenij muliebris descriptione. 2. Spes mota sublato metu impotentiæ ac imperij muliebris. 3. Misericordia accensa notatione miserabilis conditionis sexus fœminei. Exordiū beneuolentiæ habet captationē factā significatione animi: quod inuitus & coactus Catoni respondeat. Propositio defensionis futuræ indicationē & reiectionem eorū continet, quæ nō ad rē, sed personas, ptinere videbātur. Refutatio argumētorū Catonis dissolutionē cōplectitur. Cōclusio adhortatione absoluitur. Loci sunt obseruandi de legū abrogatione: officio maritorum: munere ciuiu tēpore necessitatis. Vsus est abrogatoinē legū vrgere: pro mulierculis stare contra nimiam horum seueritatem volumus.

I. SI priuati tantummodo ad suadendum dissuadendumq; id quod à nobis rogatur, processissent, ego quoq;, cum satis dictum pro vtraque parte existimarem, tacitus suffragia vestra expectassem. Nunc cum vir grauissimus Cos. M. Porcius non authoritate solùm, quæ tacita satis momenti habuisset, sed oratione etiam longa & accurata insectatus sit rogationem nostram, necesse est paucis respondere. Qui tamen plura verba in castigandis matronis, quàm in rogatione no-
II. stra dissuadenda consumpsit: & quidem vt in dubio poneret, vtrum id quod reprehenderet, matronæ sua sponte, an nobis authoribus fecissent. Rem defendam, nō nos: in quos
III. iecit magis Cos. verbo tenus, quàm vt re insimularet. Cœtum & seditiones, & interdum secessionem muliebrem appellauit, quòd matronę in publico vos rogassent, vt legem in se latam per bellum temporibus duris, in pace & florente ac beata Republica abrogaretis. Verba magna, quæ rei augendæ causa conquirantur, & hæc & alia esse scio, & M. Catonem oratorem non solum grauem, sed interdum etiam trucem esse scimus omnes, cum ingenio sit mitis. Nam quid tandem noui matronę fecerunt, quod frequentes in causa ad se pertinente in publicum processerunt? Nunquam ante hoc tempus in publico apparuerunt? Tuas aduersus te origines voluam: accipe quoties id fecerint, & quidem sēper bono publico. Iam a principio regnāte Romulo, cum capitolio ab Sabinis capto, medio in foro signis collatis dimicaretur, nonne intercursu matronarum inter acies duas, prælium sedatum est? Quid? regibus exactis, cum Coriolano Martio duce legiones Volscorum castra ad quintum lapidem posuissent, nonnè id agmen, quo obruta hæc vrbs esset, matronæ auerterunt? Iam vrbe capta à Gallis, aurum quo vrbs redempta est: nempe matronæ consensu omnium in publicum contulerunt. Proximo bello (ne antiqua repetam) nónne & cum pecunia opus fuit, viduarum pecuniæ adiuuerunt ærarium? & cum Dij quoque noui ad opem ferendam dubiis rebus accerserentur; matronæ vniuersæ ad mare profectæ sunt ad matrem Idæam accipiendam? Dissimiles, inquit, causæ sunt. Nec mihi causas æquare propositum est: nihil noui factum purgare satis est. Cæterum quod in rebus ad omnes pariter viros fœminasq; pertinentibus fecisse eas nemo miratus est, in causa propriè ad ipsas pertinente miramur fecisse? Quid autem fecerunt? superbas medius fidius aures habemus, si cum domini seruorum non fastidiant preces, nos rogari ab honestis fœminis indignamur. Venio nunc ad id de quo agitur: in quo

duplex

duplex consulis oratio fuit. Nam & legem illam omnino abrogari est indignatus, & eam præcipue legem, quæ luxuriæ muliebris coercendæ causa lata esset, & illa communis pro legibus visa consularis oratio est: & hæc aduersus luxuriam seuerissimis moribus conueniebat. Itaque periculum est, nisi quid in vtraque vani sit docuerimus, ne quis error vobis offundatur. Ego enim quemadmodum ex his legibus, quę non in tempus aliquod, sed perpetuæ vtilitatis causa in æternum latæ sunt, nullam abrogari debere fateor, nisi quam vsus coarguit, aut status aliquis Reipub. inutilem fecit: sic quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales (vt ita dicam) & temporibus ipsis mutabiles esse video: quæ in pace latæ sunt, plerumq; bellum abrogat: quę in bello, pax: vt in nauis administratione alia in secunda, alia in aduersa tempestate vsui sunt. Hæc, cum ita natura distincta sint, ex vtro tandem genere ea lex esse videtur, quam abrogamus? Quid, vetus regia lex, simul cum ipsa vrbe nata? aut (quod secundum est) à Decemuiris ad condenda iura creatis in XII. tabulis scripta? sine qua cum maiores nostri non existimarint matronale decus seruari posse, nobis quoque verendum sit ne cum ea pudorem sanctitatemque fœminarum abrogemus? Quis igitur nescit nouam istam legem esse, Quint. Fabio, T. Sempronio consulibus XX. annis ante latam? sine qua, cum per tot annos matronæ optimis moribus vixerint, quod tandem, ne abrogata ea effundantur ad luxuriam, periculum est? Nam si ista lex ideò lata esset, vt finiret libidinem muliebrem, verēdum foret ne abrogata incitaret. Cur sit autem lata, ipsum indicauit tempus, Annibal in Italia erat victor ad Cannas: iam Tarentum, iam Arpos, iam Capuam habebat: ad vrbem Romam admoturus exercitum videbatur, defecerant socij: non milites in supplementum: non socios nauales ad classem tuendam; non pecuniā in ærario habebamus: serui, quibus arma darentur, ita vt precium pro iis bello perfecto dominis solueretur, emebantur; in eandem diem frumentū & cętera quæ belli vsus postulabant; præbenda publicani se cō ducturos professi erant: seruos ad remum, numero ex censu constituto cum stipendio nostro dabamus: aurum & argētum omne, à Senatoribus eius rei, initio orto, in publicum conferebamus: viduæ & pupilli pecunias suas in ærarium deferebant: cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti, quo ne plus signati argenti & æris domi haberemus. Tali tempore in luxuria & ornatu matronæ occupatæ erant, vt ad eam coercendam lex Oppia desiderata sit: cum, quia Cereris

ſacrificium lugentibus omnibus matronis intermiſſum erat, Senatus finiri luctum triginta diebus iuſſit. Cui non apparet, inopiam & miſeriam ciuitatis, quia omnium priuatorum pecuniæ in vſum publicum vertendæ erant, iſtam legē ſcripſiſſe, tandiu manſuram, quandiu cauſa ſcribendę legis manſiſſet? nam ſi quod tunc temporis cauſa aut decreuit Senatus, aut populus iuſſit, in perpetuum ſeruari oportet: cur pecuniam reddimus priuatis? cur publica præſenti pecunia locamus? cur ſerui qui militent non emuntur? cur priuati non damus remiges, ſicut tunc dedimus? Omnes alij ordines, omnes homines mutationem in meliorem ſtatum Reipub. ſentient: ad coniuges tantum noſtras pacis & tranquillitatis publicæ fructus non perueniet? Purpura viri vtemur, prætextati in magiſtratibus, in ſacerdotiis: liberi noſtri prætextis purpura togis vtentur: magiſtratibus in coloniis municipiiſq;, hic Romæ infimo genere magiſtris vicorum, togæ prætextæ habendę ius permittemus: nec id vt viui ſolùm habeant tantum inſigne, ſed etiam vt cum eo crementur mortui; fœminis duntaxat purpuræ vſu interdicemus? & cū tibi viro liceat purpura in veſte ſtragula vti, matremfamiliās tuam purpureum amiculum habere non ſines? & equus tuus ſpecioſius inſtratus erit, quam vxor veſtita? Sed in purpura, quæ teritur, abſumitur, iniuſtam quidem ſed aliquam tamen cauſam tenacitatis video: in auro verò, in quo præter manus precium nihil intertrimenti fit, quæ malignitas eſt? „ præſidium potius in eo eſt & ad publicos, & ad priuatos v- „ ſus: ſicuti experti eſtis. Nullam æmulationem inter ſe ſingularum, quando nulla haberet, eſſe aiebat: At herculè vniuerſis dolor & indignatio eſt, cum ſociorum Latini nominis vxoribus vident ea conceſſa ornamenta, quæ ſibi adempta ſint: cum inſignes eas eſſe auro & purpura: cum illas vehi per vrbem, ſe pedibus ſequi: tāquam in illarum ciuitatibus, nō in ſua imperium ſit. Virorū hoc animos vulnerare poſſet quid muliercularum cenſetis, quas etiam parua mouent. Nō magiſtratus, nec ſacerdotia, nec triumphi, nec inſignia, nec dona aut ſpolia bellica his contingere poſſunt: munditiæ, & ornatus, & cultus, hæc fœminarum inſignia ſunt: his gaudent & gloriantur, hunc mundum muliebrem appellarunt maiores noſtri. Quid aliud in luctu, quàm purpuram atque aurum deponunt? quid cum eluxerunt, ſumunt? quid in gratulationibus ſupplicationibuſque, niſi excellentiorem ornatum, adiiciunt? Scilicet ſi legem Oppiam abrogaueritis, non veſtri arbitrij erit, ſi quid eius vetare volueritis, quod nunc lex vetat; minus filiæ, vxores, ſorores etiam quibuſdā in ma-

in manu erunt? Nunquam saluis suis exuitur seruitus mulieris: & ipsæ libertatem, quam viduitas & orbitas facit, detestantur. In vestro arbitrio suum ornatum, quàm in legis malunt esse: & vos in manu & tutela, non in seruitio debetis habere eas, & malle patres vos aut viros, quám dominos dici. Inuidiosis nominibus vtebatur modò. Cos seditionem muliebrem & secessionem appellando: id enim periculum est, ne sacrum montem, sicut quondam irata plebs, aut Auentinum capiant. Parcendum huic infirmitati est: quod cunque vos censueritis, Quò plus potestis, eo moderatius imperio vti debetis.

DISSVASIO LEGVM PRO PLEBE CONTRA PATRIcios promulgatarum,

Ex Liuij Lib. VII. ab vrbe condita.

ORATIO APPII CLAVDII ad plebem.

RESOLVTIO.

DIssuadet hac in Oratione Appius Claudius leges, quæ in populi promulgatæ gratiam à Tri. pl. fuerant, de ære alieno, agrorum modo, tribunorum militum Comitijs prohibendis, consule altero ex plebe eligendo: quod 1. Contra populi illæ libertatem: 2: eiusdem commodis obstent: incommoda & damna secum plurima ferant: religiones tollunt & auspicia. Ad conciliandum faciunt: cum suum in Quirites testatum amorem Claudius facit: nihil se & suos scientes fecisse, aut facere indicat, quod contra vtilitatem plebis fit: de auspicijs ac religione piè & religiosè loquitur. πάθη motus sunt: odium excitatē in Trib. pl. detecta fraude horum. Inuidia, quæ accēditur ob superbiā illi ipsi Tarquinij cum appellātur, horum dominatus regius describitur. Metus qui oritur, cum mala recensentur, quæ metuenda, si locū Trib. pl. leges inuenerint. Collocatio horum absoluitur. Exordio beneuolentiæ accommodato: quam sibi conciliat Appius, cum opinioni occurrit de Claudia gente atque familia cōceptæ: quasi ea plebis semper commodis aduersetur: suum profitetur in hanc animum promptum: inter voluntatem & vtilitatem eiusdē distinguit. Pars altera confirmatio est, in qua Trib. pl. rationes refelluntur, argumētis aliquot probatur: leges ab his promulgatas antiquandas, non admittendas esse. Postrema pars conclusio adhortatione constat ad tollendas tribunitias rogationes, & εὐχῇ voto: vt quicquid plebs fecerit, dij fortunent. Loci cōmunes hic obseruādi: de veris popularibus: de volūtatis ac vtilitatis discrimine: quarum illa oppugnatur non rarò: hæc semp propo-

sita

naues longæ, innauigabile prius mare in pace custodiunt. Quanta autē Bithynia, & Capadocia, & Pamphyliorū gens, Lydi quoq; & Cilices pro libertate dicere valerent? tamen nunc sine armis tributa pendunt. Quid autem Thraces? quinq; quidem diebus in latum, septem autem in longum commeabilem prouinciam possidentes, asperioremq; multò quam vestra est, ac multis partibus fortiorem, altissimoq; gelu eos qui irruerint retardantem, duobus milibus Romanorum in præsidio manentibus obsequuntur. Post hos Illyrici vsq; ad Dalmatiam, & Istro tenus incolētes, duabus tantum legionibus obediūt: cum quibus & ipsi impetus compescunt Dacorum. Ipsi quoq; Dalmatæ, qui tam multa pro libertate conati, sæpiusq; capti, rursum cum maioribus opibus rebellarunt, nunc sub vna Romanorum legione agunt quietem. Veruntamen si aliquos magna causa ad defectionem incitare deberent, Gallos pot ssimum oporteret assurgere, quos videlicet tantis munimentis natura cinxisset: ab orientali plaga Alpium montibus, à Septentrionali Rheno flumine, à meridie Pyrenæis montibus, ab Occidente verò Oceano: sed tali munitione gaudentes, trecentis & quindecim gentibus numerosi, fontes autem (ita vt dixerim) felicitatis domesticę habentes, omnibusq; bonis totum penè orbem irrigantes, ferunt nihilominus vectigales esse Romanorum, ac felicitatem suam in eorum felicitate reponere. Idq; sanè ipsum, non per animorum molliciem, nec propter ignobilitatem parentum (quippe qui per octoginta annos pro libertate pugnauerunt) sed Romanorum admirati sunt horrueruntq; cum virtute fortunam: qua illi plura sæpe obtinuére quàm bellis: deniq; sub mille & ducentis militibus seruiunt, quibus penè plures habuerunt ciuitates. Neq; Hispanis nascens in agris aurum: pro libertate bella gerentibus profuit, neq; tanto terrarum marisq; spatio à Roma diremptæ gentes, Lusitani scilicet & pugnaces Cantabri: nec vicinus Oceanus, etiam accolis suis fragore terribilis: sed vltra columnas Herculis prolatis armis, & per ipsas nubes Pyrenęorum montiū eluctati vertices, ditioni suę hos quoq; subdiderunt Romani: atq; ita bellicosis gentibus, tantoque (vt dixi) spatio direptis, legio in præsidio vna satis est. Quis vestrûm non audiuit multitudinem Germanorum, virtutem quoq; & magnitudines corporum (vt arbitror) sæpe vidistis: siquidem vbiq; Romani earum gentium captiuos habent. Sed illi ita ingentem spatiis regionem incolentes, spiritus autem maiores corporibus gerentes, & animam quidem contemtui cem mortis: indignationes autem vehementiores

tes ferit, nunc Rhenum limitem habent, & octo Romanorum legionibus domantur: & ſeruiunt quidē qui capti ſunt: reliqua autem eorum gens vniuerſa ſalutem in fuga, non in armis reponit. Conſiderate autem etiam Britannorum muros, qui Hieroſolymæ confiditis muris. Illos ſiquidem circundatos Oceano, & penè non minorem quàm noſter orbis eſt habitantes, Romani nauigantes redegerunt in ditionem ſuam: quatuorq; legiones tantæ magnitudinis inſulam tuentur. Et quid opus eſt plura dicere? quando etiam Parthi, bellicoſiſſimum genus, tantis prius populis imperantes, & tam magnis opibus circundati, obſides tamen mittunt Romanis, eſtq; cernere, ſub ſpecie pacis ſeruientem in Italia præcipuam Orientis nobilitatem. Vniuerſis penè qui ſub Sole incolunt, Romanorum arma venerātibus, vos ſoli bellum geretis? Neq; Carthaginenſium conſiderabitis finem, qui magnum illum Annibalem iactantes, & ex nobili Phœnicum ſtirpe venientes, tamen ſub Scipionis dextera corruerunt? Sed neq; Cyrenæi Lacedæmone oriundi, neque Marmaridarum genus vſq; ad inaquoſas ſolitudines protentum, neque terribiles etiam audientibus Syrtes, Naſamones quoque & Mauri, & innumerabilis multitudo Numidarum virtutes impediere Romanas. Sed tertiam partem orbis terrarum, cuius ne numerare quidem nationes facile eſt, quæ ſcilicet ſub Atlantico mari & columnis Herculis vſq; ad rubrum mare infinitos numero & locis Aethiopas continet, totam tamen ceperunt armis: & præter fruges annuas quibus Romanam multitudinem octo menſibus paſcunt, alia quoq; vectigalia pendunt, expenſas quoq; deuotiſſimi imperio miniſtrant: nihil de his quæ iubentur, ſicut vos, contumelioſum putātes: & quidem vna cum illis tantum legio commoratur. Sed quid opus eſt longè petitis exemplis potentiam explicare Romanā? cum ea poſſitis de vicina vobis Aegypto diligenter inſpicere. Hæc enim, cum vſq; ad Aethiopas porrigatur, opulentamq; Arabiam, contigua quoq; ſit Indię, quinquaginta & ſeptingentas myriadas incolarum habens, præter Alexandrinorum plebem, tamen vectigalia, quorum magnitudinem de cēſu ſingulorum capitum æſtimari licet, deuotiſſimè penſitans, Romanum non dedignatur imperium: & certè quàm magnum ſtimulum defectionis habens, Alexandriam ſcilicet, multitudine & diuitiis abundantem, magnitudine quoque non imparem. Habet ſiquidem in longitudine ſtadia XXX. in latitudine verò non minus, quàm decem, tributorum verò multò amplius per menſes ſingulos infert, quàm vos toto anno pen-

ditis:

ditis: & præter pecuniam, quatuor mensium Romanæ plebi annonam ministrat. Munitur autem vndiq; aut incommeabili solitudine, aut importuoso mari, aut fluminibus, cœnosis paludibus, quorum tamen omnium nihil Romana fortuna fortius fuit. Duæ enim legiones ciuitati insidentes, profundam Aegyptum cum illa Macedonum nobilitate frenant. Quos igitur in bella de solitudinibus aliquibus socios assumetis? siquidem omnes, qui in orbe habitabili degunt, Romani sunt: nisi forte quis vestrum spes suas vltra Euphratem porrigat, & Adiabenorum regionem gentiles suos æstimet adiutores. Porrò nec illi propter irrationabilem causam tanto se bello implicabunt: nec si tam probroso operi assensum darent, Parthus tamē fineret. Est quidem ei cura tuendæ cum Romanis amicitiæ: & arbitrabitur fœdus esse temeratum, si quis de his qui subiecti sunt eius imperio, aduersum Romanos in bello procedat. Superest igitur vt ad diuinum fugiatur auxilium. Verùm & hoc apud Romanos est. Sine Deo quippe impossibile esset imperiū

,, tale consistere. Considerate autem, quemadmodum hæc

,, ipsa erga ipsam religionem immoderatio, etiamsi eum longè inferioribus bellum geratis, tamen ad dispensandum sit vobis difficillima, atque eadem transgrediendo offendatis Deum, per quæ eum auxiliatorum putatis. Si enim seruetis sabbatorum consuetudinē, & ad nullum actum moueamini, facilè profectò capiemini. Sic quippe etiam maiores vestri experti sunt, hos maximè dies Pompeio ad bellū destinante: in quibus scilicet hi, qui oppugnabantur, otia gerebant. Transgredientes autem in bello legem patriam, nescio propter quid in reliquum dimicetis. Vna siquidem nunc vobis intentio est: ne quid de patria institutione soluatur. Quemadmodum autem aduocabitis in adiutorium DEVM, si cul-

,, tum ei debitum sponte violetis? Assumunt autem singuli

,, quiq; bellum, vel diuinæ virtuti, vel humanis opibus confidentes. Cum verò vtraq; hæc, quantum ad ipsam pertinet consequentiam, deseruatur, in manifestam vtiq; captiuitatē volentes pugnare prosiliūt. Quid autem prohibet propriis manibus filios vestros coniugesq; laniare, & hanc pulcherrimam inflammare patriam? Erumpentes siquidem in furorem, lucrabimini vel ignominiam superatorum. Bonum est, ô amici, bonum est, dum adhuc stat nauis in portu, præ-

,, cauere tempestatem futuram, & non eo tempore, quo in

,, medias ituieris procellas trepidare. His siquidem qui in im-

,, prouisa mala inciderint, superest vt digni vel miseratione

,, videantur. Qui verò se in apertum discrimen iniecerint,

etiam

etiam exprobrationibus onerentur. Nisi fortè aliquis vestrũ æstimet secundum pacta conflictum ire Romanos, aut postquam vicerint, moderatè vobiscum acturos, & non in exemplum aliarum gentium sacram hanc vrbem inflammaturos, interfecturos autem vniuersum genus vestrum. Neq; enim qui superfueritis armis, vsquam locum fugæ habebitis, vniuersis scilicet gentibus vel iam habentibus Romanos dominos, vel habere metuentibus. Periculum autem non solum vos manebit, sed etiam in reliquis ciuitatibus habitantes Iudæos. Neq; enim est in toto orbe populus, in quo non vestra portio sit: quos certè omnes vobis rebellantibus, cæde crudelissima diuersi quique conficient, & propter paucorum virorum praua consilia, vniuersæ Vrbes Iudaico sanguine redundabunt. Manet autem venia eos qui talia patrauerint, quòd sint nimirum vestro vitio coacti. Si verò eadem exequi supersederint, considerate quàm impium sit, aduersum tam benignos arma mouisse. Subeat autem vos miseratio, & si non filiorum vestrorum atq; coniugum, saltem istius ciuitatis, quæ mater vrbium vestræ regionis vocatur. Parcite mœnibus sacris, parcite venerabilibus adytis, templumque vobis & sancta sanctorum seruate. Neq; enim vlterius victos Romani his abstinebunt, quibus primò parcentes nullam receperunt gratiam. Ego testor quidem sancta vestra, sacrosq; angelos DEI, patriamq; communem, quòd nihil eorum consiliorum, quæ vobis viderim expediri, subtraxerim: vos autem decernentes quæ oportet, mecum in pace degetis. Si verò protuleritis iras, absque me periculis subdemini.

CONSVLTATIO AC DELIBERATIO DE LEGE VEL retinenda, vel abroganda.

Ex Liuij. lib. XXXIV.

ORATIO M. CATONIS CONSVLIS pro lege Oppia contra muliercularum luxuriam ac superbiam in vestitu & ornatu.

RESOLVTIO.

CVM Punici belli tempore Q. Fabio & Sempronio Coss. Lex esset Romæ lata ab Oppio: ne qua mulier plus auri semuncia haberet: ne versicolore vestitu vteretur: ne veheretur vehiculo in vrbe: ægrè admodum molesteq; istud superbæ mulierculæ tulerunt: & ad eandem abrogandam non priuatim solum maritos suos, verum etiam pu-

blicè, in curia, in foro in plateis alios sollicitarunt, & quidem videbantur iam expugnasse, tum maritos suos, tum reliquos. Quod intelligens M. Cato, aduocata concione, contra mulierecularum superbiam & impudentiam orationem hanc habuit, & Oppiam legem nō abrogandam, sed conseruandam atq; defendendam esse ostendit his argumentis. Quod primò abrogatio huius partim Consulibus, partim Tribunis plebis turpitudinis sit maculam haud exiguam inustura: cum turpe sit, mulierculas aut à Tribunis plebis adhiberi ad seditiones cōcitandas, aut has consules cogere, vt leges nouas accipiant, vel tollant veteres. 2. Agendi modus parū honestus: mulierculæ contra verecundiam ac pudorem in publicum procurrant: occupent vias: alienos maritos appellent: cupiant cogere, vt Oppiam legem tollant. 3. Maiorum longè alia fuerit ratio: qui ne quidem priuatam rem vllam gerere fœminam voluerint sine authore, & parentum, fratrum aut maritorum consensu. 4. Nequaquam consultum videatur, vt abrogata lege Oppia, mulierecularum libertas, seu potius licentia confirmetur: cum à natura hæ impotentes, & indomitæ: vix pluribus legibus constrictæ contineri in officio queant: neq; tum iniquo animo Oppiam legem ferant, quàm rerum omnium libertatem desiderent: iugo excusso, non solum pares, verùm etiam superiores maritis suis esse velint. 5. Lex Oppia semel lata & approbata à populo, ideoq; non temerè in q; mulierecularum gratiam abroganda: quando quidem nulla lex satis omnibus es[illegible]moda, illa probatur, quæ maiori parti & in summa prodest. 6. [illegible]us antiquatio & abrogatio postuletur, non aliqua graui ac iusta de causa, sed meram ob superbiam ac petulantiam mulierecularum. 7. Legem ante latam non fuisse propterea, quòd maiorum tempore non esset luxuria, quæ talem aliquam requireret. 8. Oppia in lege par constituatur & æqualis omnium fœminarum conditio, ac propterea huius gratia, neq; pudor, neq; indignatio in his oriri debeat. 9. Certamina in luxu mulierecularum & æmulatione multa magnaq; in Republ. incommoda sequantur: pauperes, vt ditioribus esse pares possint, non ab his contemnantur, supra vires & facultates suas sese ornent, parent omnia de suo, quæ parari possint: sint molestæ maritis suis, vt nummos habeant: si exorare nequeant maritos suos, petant ab alijs, atq; ita ad adulteria aliaq; flagitia veniant: non modum quisquam faciat sumptibus vxorum, si semel lex illa sublata fuerit, quæ earundem sola coërcere superbiam potest. 10. Semper deniq; maiori cum damno semel lata lex abrogetur, quàm non feratur: quemadmodum tutius est, non accusari hominem improbum, quàm accusatum semel absolui: & feræ bestiæ è vinculis emissæ magis nocere solent, quàm quæ nunquam detentæ in vinculis fuerunt. Atq; hæc decem argumenta sunt, quibus probare Cato conatur, legem Oppiam de mulierecularum luxu, abrogandam minimè esse. Ad ἦθος, mores & conciliationem pertinent: cum ostendis Cato, se de Republ. solicitū esse, studiosum

veteris

veteris disciplinæ, amantē bonitatis ac constantiæ. Deinde modestè non voluisse sese compellare in foro mulierculas petulantes ac superbas affirmat. Tum grauiter & prudenter disputat, de præcipuis pestibus Rerumpub. luxu, superbia, auaritia, γυναικοκρατία muliebri imperio. Postremò voto orationē concludit: vt Dij scilicet fortunent, quicquid tàndem decretum fuerit: nō tenax propositi est. nàm motus animorum sunt: Ira, metus, indignatio, pudor seu verecundia. Iram excitat ratio contra mulierculas: cum insultatis harum causam esse meram insolentiā & maritorū contemptum indicat. Mouet metum ac timore malorum & incommodoru denunciatiōne, quæ reformanda, si secreta consultationes permittantur: mulierculis liberta ac soluta voluntas cōcedatur, vel etiā frena laxentur. sua natura superbis. Indignatio oritur, quando monstratur, mulierculas consultationibus inter esse velle, facere alia, quæ non sint muneris atq; officij sui. Pudor tandem incutitur, ostensa turpi: udine ac deformitate, quæ oritura, si consules & magistratus sibi mulieres imperare ac præscribere patiuntur. Collectatio & tractatio horum constat. I. Exordio: cuius finis ... quam excitat Cato instituta querela de corruptis moribus ac superbia mulierum: deinde rei magnitudine & difficultate proposita. II. Pars confirmatio est, in qua aliquot argumentis legis Oppiæ abrogatio à Catone dissuadetur. III. Peroratio pia & modesta est facta sententiæ expositione. Loci communes in hac sunt colligendi: de mulierum officio: occultis ac secretis conuentibus in Republ. non ferendis: legum abrogatione, luxuria muliebri prohibenda & punienda. Vsus erit, cum dissuadere earum legum antiquationem volumus, quæ vtiles Reipub: & superbiam aliaq; vitia coërcent ac castigant.

SI in sua quisq; nostrûm matrefamiliâs, Quirites, ius & maiestatem viri retinere instituisset, minus cū vniuersis fœminis negocij haberemus. Nunc domi victa libertas nostra impotentia muliebri, hîc quoq; in foro obteritur & calcatur: & quia singulas sustinere nō potuimus, vniuersas horremus. Equidē fabulā & fictā rem ducebā esse, virorum omnē genus in aliqua insula, cōiuratione muliebri, à stirpe sublatū esse. Ab nullo genere nō summū periculū est, si cœtus & cō- «
cilia & secretas cōsultatiōes esse sinas. Atq; ego vix statuere «
apud animū meum possum, vtrum peior ipsa res, an peiore «
exēplo agatur: quorū alterum ad nos Coss. reliquosq; magi- «
stratus, alterū ad vos Quirites magis pertinet. Nam, vtrum è Repub. sit nec ne id quod ad vos fertur: vestra existimatio est, qui in suffragiū ituri estis. Hæc consternatio muliebris, siue sua spōte, siue authoribus vobis, M. Fundani & L. Valeri facta est, haud dubiè ad culpam magistratuum pertinens, nescio vobis Tribuni, an Coss. magis sit deformius vobis, si

fœminas ad concitandas tribunitias seditiones iam adduxistis: vobis, si vt plebis quondam, sic nunc mulierum secessione leges accipiendæ sunt. Equidem nō sine rubore quodam paulò antè per medium agmen mulierū in forum perueni quod nisi me verecundia singularum magis maiestatis & pudoris, quàm vniuersarum tenuisset, ne compellatæ à Consule viderentur dixissem, qui hic mos est in publicum procurrendi, & obsidendi vias, & viros alienos appellandi? Istud ipsum suos quæq; domi rogare nō potuistis? An blandiores in publico, quàm in priuato, & alienis, quàm vestris estis? Quanquam ne domi quidem vos, si sui iuris finibus matronas cōtineret pudor, quæ leges hic rogarentur abro-
›› garenturúe curare decuit. Maiores nostri nullam ne priuatā
›› quidē rem agere fœminas sine authore voluerunt: in manu esse parentū, fratrū, virorū. Nos (si diis placet) iam etiā Rempub. capessere eas patimur: & foro propè, & cōcionibus, & comitiis immisceri. Quid enim nunc aliud per vias & compita faciunt, quàm quod aliæ rogationes Tribunorū plebis suadent: aliæ legem abrogandam censent? Date frenos impotēti naturæ, & indomito animali: & sperate ipsas modum licentiæ facturas: nisi vos faciatis. Minimum hoc eorum est, quæ iniquo animo fœminæ sibi, aut moribus, aut legibus iniunctum patiuntur: omnium rerum libertatem, imò licentiam, si vera dicere volumus, desiderant. Quid enim, si hoc expugnauerint, non tentabunt? Recensete omnia muliebria iura, quibus licentiā earum alligauerint maiores nostri, per quæq; subiecerint viris: quibus omnibus constrictas vix tamen cōtinere potestis. Quid si carpere singula & extorquere, & exæquari ad extremum viris patiemini: tolerabiles vobis eas fore creditis? Extemplò simul pares esse cœperint, superiores erunt. At hercule, ne quid nouum in eas rogetur, recusant: nō ius, sed iniuriam deprecantur: imò vt quam accepistis, iussistis suffragiis vestris legem, quā vsu tot annorū & experiendo comprobastis, hanc vt abrogetis, id est, vt vnā
›› tollendo legē, cæteras infirmetis. Nulla lex satis commoda
›› omnibus est, id modò quæritur, si maiori parti, & in summā
›› prodest. Si quod cuiquam priuatim officiet ius, id destruet
›› ac demolietur: quid attinebit vniuersos rogare leges, quas
›› mox abrogare, in quos latæ sunt, possint. Volo tamen audire quid sit, propter quod matronæ consternatæ procurrant in publicum, ac vix foro se & concione abstineant. Vt captiui ab Annibale redimantur, parentes, viri, liberi, fratres earum? Procul abest, absitq;, semper talis fortuna Reipub. Sed tamē cum fuit, negastis hoc piis precibus earum. At non pietas, nec

nec folicitudo pro fuis,fed religio congregauit eas:matrem Idæam Pefinunte ex Phrygia venientē accepturæ funt. Quid honeftum dictu faltem feditioni prætenditur muliebri? Vt auro & purpura fulgeamus,inquiunt: vt carpentis,profeftis quoq; diebus,velut triumphantes de lege victa & abrogata, & captis & ereptis fuffragiis veftris,per vrbem vectemur: ne vllus modus fumptibus,ne luxuriæ fit. Sæpè me querentem de fœminarū,fæpè de virorū,nec de priuatorū modò,fed etiam magiftratuum fumptibus audiftis: diuerfifq; duobus vitiis,auaritia & luxuria ciuitatē laborare:quæ peftes omnia magna imperia euerterunt. Hæc ego quo melior lætiorq; in dies fortuna Reip.eft,quò magis imperium crefcit,& iam in Græciam Afiamq; tranfcendimus, omnibus libidinū illecebris repletas,& regias etiam attrectamus gazas:eò plus horreo ne illæ magis res nos ceperint,quā nos illas. Infefta,mihi credite, figna ab Syracufis illata funt huic vrbi, iam nimis multos audio Corinthi & Athenarum ornamenta laudantes mirantefq;,& antè fixa fictilia deorum Romanorū ridentes, ego hos malo propitios Deos, & ita fpero futuros, fi in fuis manere fedibus patiemur. Patrum noftrorum memoria per legatū Cyneā Pyrrhus non virorū modò , fed etiā mulierum animos donis tentauit. Nondū lex Oppia ad coërcendā luxuriam muliebrem lata erat:tamē nulla accepit. Quam caufam fuiffe cenfetis? Eadem fuit,quæ maioribus noftris,nihil de hac re fanciendi: nulla erat luxuria quæ coërceretur. Sicut ante morbos neceffe eft cognitos effe, quàm remedia eorum: fic cupiditates prius natæ funt,quàm leges quæ iis modū facerent. Quid legem Liciniam excitauit de quingētis iugeribus,nifi ingens cupido agros cōtinuandi? Quid legem Cinciam de donis & muneribus, nifi, quia vectigalis iā & ftipēdiaria plebs effe Senatui cœperat? Itaq; minimè mirum eft, nec Oppiam nec aliam tum legē defideratam effe, quæ modū fumptibus mulierū faceret, cum aurū & purpurā,data & oblata vltro non accipiebant. Si nunc cū illis donis Cyneas vrbem circumiret: ftantes in publico inueniffet quæ acciperēt. Atq; ego nonnullarum cupiditatum ne caufam quidem , aut rationem inire poffum. Nam, vt quod alij liceat, tibi non licere, aliquid fortaffe naturalis, aut pudoris aut indignationis habeat: fic æquato omnium cultu , quid vna quæq; veftrûm veretur ne in fe confpiciatur? Peffimus quidem pudor eft , vel parfimoniæ , vel paupertatis: fed vtrumq; , lex vobis demit, cum id quod habere non licet, nō habetis. Hanc,inquit,ipfam exæquationem non fero,illa locuples:cur nō infignis auro & purpura confpicior:cur pau-

perras aliarum sub hac legis specie latet, vt quod habere nō possunt, habituræ si liceret, fuisse videantur? Vultis hoc certamen vxoribus vestris injicere, Quirites, vt diuites id habere velint, quod nulla alia possit? pauperes, ne ob hoc ipsum contemnantur, supra vires se extendant? Næ simul pudere quod nō oportet, cœperit: quod oportet, non pudebit. Quę de suo poterit, parabit: quæ non poterit, virum rogabit. Miserum illum virum, & qui exoratus, & qui non exoratus erit, cum quod ipse non dederit, datum ab alio videbit. Nunc vulgò alienos viros rogant, & quod maius est, legem & suffragia rogant, & a quibusdam impetrant: aduersus te & rem tuam & liberos tuos inexorabiles. Simul lex modum sumptibus vxoris tuæ facere desierit, tu nunquam facies. Nolite eodem loco existimare, Quirites, futurā rem, quæ fuit antequam lex de hac ferretur. Et hominem improbum accusari tutius est, quam absolui: & luxuria non modò tolerabilior esset, quam erit nunc ipsis vinculis, sicut fera bestia, irritata,
III. deinde emissa. Ego nullo modo abrogandam legem Oppiam cēseo, vos quod faxitis, Deos omnes fortunare velim.

ORATIO SVPERIORI PROXIMAE CONTRARIA L. VAlerij Trib. Pl. contra consulem Catonem, & legem Oppiam.

RESOLVTIO.

CONTRARIA *hæc est oratio L. Valerij Trib. pl. pro mulieribus contra legem Oppiam: refutans ea, quæ allata ante à Catone fuerunt: istis ostendens aliquid concedendum, ideoq; abrogandam hanc esse. Primum quod refellitur est appellationis. Nominauerat enim Cato sua in oratione muliebrem congressum catū, seditionem, secessionem: quæ omnia inuidiosa vocabula. Iccirco ad hoc Valerius respondet, & studio conquisita hæc esse dicit rei augendæ gratia: deinde nō conuenire petitioni iustę ac honestę: tum Catonē oratorem nō solùm grauē, sed etiā trucem interdū esse, atq; inde cōcludit: Quirites verbis illis magnis ac inuidiosis moueri minimè oportere. 2. Ad agēdi modū pertinet. Reprehendit inter alia Cato istud: quòd inusitato more in forum mulierculæ prodeant: compellent non solū maritos, verùm etiam alios viros: immisceri velint cōcionibus ac comitijs. Ad quod respondetur primò: nō esse inusitatū ac nouū in publicū mulierculas progredi: deinde licere hoc ipsis in re pariter ad viros et fœminas pertinēte. 3. De abrogatione legū refellitur, cū docetur, posse interdū antiquari ac tolli leges: vtile quoq; esse & honestū Oppiam legē abrogari: quia tēpore certo fuerit desiderata, non lata in æternum perpetuitatis gratia: quia*

lex

lex illa non vetus, sed ante viginti annos lata, Q. Fabio & Tito Sempronio Coss. quia scribendæ huius caussa non amplius maneat, sed sublata sit: ideoq; nec lex ipsa manere diutius debeat: quandoquidem fuerit lata eo tēpore, quo inopię ac misericordię succurrendum: cuius causa sunt multa alia facta, quæ statu pacato & trāquillo facta non essent: quia, si, quę tēporū causa decreta fuerant à Senatu, aut a populo iussa, in perpetuum seruanda, etiam alia seruanda essent, quæ eodem tempore decreta ac iussa fuerunt: quod tamen non fiat: nunc quia cæteri alij ordines & homines mutationē Reipub. meliorem in statum sentiunt: iniquum propterea videatur vxores tantum pacis ac tranquillitatis publicæ frui fructibus non posse: quia denique aurum, quo vtuntur mulierculæ, non imminuatur vsu, sed vsum afferat perpetuum ad publicas & priuatas vtilitates: ideoq; hoc ipsis omnino denegandum non esse. Atq; his sex argumentis Valerius refutat id, quod tertio loco obiectum à Catone erat, legē Oppiā abrogandam non esse. 4. æquitas fœminarum conditione diluitur, ita vt planum fiat: non ... negatas solum, verum etiam vniuersas esse dolorem ac indignationem: tum etiam paruis ac minutulis rebus fœminas soleāt moueri, nedum ornatu adempto: sit harum misera conditio: non possint magistratus gerere: nō sacerdotijs fungi, non triumphare, non alia habere insignia, nisi munditiem, ornatum, ac cultum corporis: quo etiā solo delectentur ac gaudeāt. 5. De futuris malis & incōmodis, maximè vero muliebri in viros imperio dissoluitur negatione, ac docetur illud minime metuēdū esse: eò quod ipsæ mulierculæ libertatem detestentur, quā viduitas & orbitas affert, ideoq; libenter alijs nubāt: deinde malint esse in arbitrio maritorū suorū, quā legū: tum in officio facile contineantur, si mariti eas in tutela & manu sua non seruitio habeant, & malint patres aut viri, quam domini appellari. 6. Et postremum de seditione ac secessione mulierum διασυρμῷ & extenuatione tollitur: quod periculū tale metuere ridiculum videatur. Ad ista ac conciliationē pertinent: cum Valerius in vestibulo orationis caussas exponit: cur Catoni respondeat, & necesse habere hoc sese facere ostendit: pollicetur deinde breuitatē eū modum, quo sit vsurus, indicat, de re non personis acturū sese profitetur: postremo aduersarium Catonē laudat. Motus 1. amor est excitatus ingenij muliebris descriptione. 2. Spes mota sublato metu impotentiæ ac imperij muliebris. 3. Misericordia accensa notatione miserabilis conditionis sexus fœminei. Exordiū beneuolentiæ habet captationē factā significatione animi: quod inuitus & coactus Catoni respondeat. Propositio defensionis futuræ indicatione & reiectionem eorū continet, quæ nō ad rē, sed personas pertinere videbātur. Refutatio argumētorū Catonis dissolutionē cōplectitur. Cōclusio adhortatione absoluitur. Loci sunt obseruandi de legū abrogatione: officio maritorum: munere ciuis tēpore necessitatis. Vsus eius abrogationē legū vrgere: pro mulierculis stare contra nimiam horum seueritatem volumus.

I. SI priuati tantummodò ad suadendum disuadedumq; id quod à nobis rogatur, processissent, ego quoq;, cum satis dictum pro vtraque parte existimarem, tacitus suffragia vestra expectassem. Nunc cum vir grauissimus Cos. M. Porcius non authoritate solúm, quæ tacita satis momenti habuisset, sed oratione etiam longa & accurata insectatus sit rogationem nostram, necesse est paucis respondere. Qui tamen plura verba in castigandis matronis, quàm in rogatione no-
II. stra dissuadenda consumpsit: & quidem vt in dubio poneret, vtrum id quod repræhenderet, matrona sua sponte, an nobis authoribus fecissent. Rem defendam, nō nos: in quos
III. iecit magis Cos. verbo tenus, quàm vt re insimularet. Coetum & seditiones, & interdum secessionem muliebrem appellauit, quòd matronę in publico vos rogassent, vt legem in se latam per bellum temporibus duris, in pace & florente ac beata Republica abrogaretis. Verba magna, quæ rei augendæ causa conquirantur, & hæc & alia esse scio, & M. Catonem oratorem non solum grauem, sed interdum etiam trucem esse scimus omnes, cum ingenio sit mitis. Nam quid tandem noui matronę fecerunt, quod frequentes in causa ad se pertinente in publicum processerunt? Nunquam ante hoc tempus in publico apparuerunt? Tuas aduersus te origines voluam: accipe quoties id fecerint, & quidem sẽper bono publico. Iam a principio regnāte Romulo, cum capitolio ab Sabinis capto, medio in foro signis collatis dimicaretur, nonne intercursu matronarum inter acies duas, prælium sedatum est? Quid? regibus exactis, cum Coriolano Martio duce legiones Volscorum castra ad quintum lapidem posuissent, nonné id agmen, quo obruta hæc vrbs esset, matronæ auerterunt? Iam vrbe capta à Gallis, aurum quo vrbs redempta est: nempe matronæ consensu omnium in publicum contulerunt. Proximo bello (ne antiqua repetam) nónne & cum pecunia opus fuit, viduarum pecuniæ adiuuerunt ærarium? & cum Dij quoque noui ad opem ferendam dubiis rebus accerserentur: matronæ vniuersæ ad mare profectæ sunt ad matrem Idæam accipiendam? Dissimiles, inquit, causæ sunt. Nec mihi causas æquare propositum est: nihil noui factum purgare satis est. Cæterum quod in rebus ad omnes pariter viros fœminasq; pertinentibus fecisse eas nemo miratus est, in causa propriè ad ipsas pertinente miramur fecisse? Quid autem fecerunt? superbas medius fidius aures habemus, si cum domini seruorum non fastidiant preces, nos rogari ab honestis fœminis indignamur. Venio nunc ad id de quo agitur: in quo duplex

duplex consulis oratio fuit. Nam & legem illam omnino
abrogari est indignatus, & eam præcipuę legem, quæ luxu-
riæ muliebris coercendæ causa lata esset, & illa communis
pro legibus visa consularis oratio est: & hæc aduersus lu-
xuriam seuerissimis moribus conueniebat. Itaque pericu-
lum est, nisi quid in vtraque vani sit docuerimus, ne quis
error vobis offundatur. Ego enim quemadmodum ex his
legibus, quę non in tempus aliquod, sed perpetuæ vtilitatis
causa in æternum latæ sunt, nullam abrogari debere fateor,
nisi quam vsus coarguit, aut status aliquis Reipub. inutilem
fecit: sic quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales
(vt ita dicam) & temporibus ipsis mutabiles esse video:
quæ in pace latæ sunt, plerumq; bellum abrogat: quę in bel-
lo, pax: vt in nauis administratione alia in secunda, alia in ad-
uersa tempestate vsui sunt. Hæc, cum ita naturâ distin-
cta sint, ex vtro tandem genere ea lex esse videtur, quam
abrogamus? Quid, vetus regia lex, simul cum ipsa vrbe
nata? aut (quod secundum est) à Decemuiris ad conden-
da iura creatis in XII. tabulis scripta? sine qua cum maio-
res nostri non existimarint matronale decus seruari posse,
nobis quoque verendum sit ne cum ea pudorem sanctita-
temque fœminarum abrogemus? Quis igitur nescit no-
uam istam legem esse, Quint. Fabio, T. Sempronio con-
sulibus XX. annis ante latam? sine qua, cum per tot annos
matronæ optimis moribus vixerint, quod tandem, ne abro-
gata ea effundantur ad luxuriam, periculum est? Nam si ista
lex ideò lata esset, vt finiret libidinem muliebrem, verēdum
foret ne abrogata incitaret. Cur sit autem lata, ipsum indi-
cauit tempus. Annibal in Italia erat victor ad Cannas: iam
Tarentum, iam Arpos, iam Capuam habebat: ad vrbem Ro-
mam admoturus exercitum videbatur, defecerant socij: non
milites in supplementum: non socios nauales ad classem
tuendam; non pecuniā in ærario habebamus: serui, quibus
arma darentur, ita vt precium pro iis bello perfecto domi-
nis solueretur, emebantur; in eandem diem frumentū & cę-
tera quæ belli vsus postulabant; præbenda publicani se cō
ducturos professi erant: seruos ad remum, numero ex censu
constituto cum stipendio nostro dabamus: aurum & argē-
tum omne, à Senatoribus eius rei, initio orto, in publicum
conferebamus: viduæ & pupilli pecunias suas in ærarium
deferebant: cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti,
quo ne plus signati argenti & æris domi haberemus. Tali
tempore in luxuria & ornatu matronæ occupatæ erant, vt ad
eam coercendam lex Oppia desiderata sit: cum, quia Cereris

in manu erunt? Nunquam saluis suis exuitur seruitus muliebris: & ipsæ libertatem, quam viduitas & orbitas facit, detestantur. In vestro arbitrio suum ornatum, quàm in legis malunt esse: & vos in manu & tutela, non in seruitio debetis habere eas, & malle patres vos aut viros, quám dominos dici. Inuidiosis nominibus vtebatur modò. Cos seditionem muliebrem & secessionem appellando: id enim periculum est, ne sacrum montem, sicut quondam irata plebs, aut Auentinum capiant. Parcendum huic infirmitati est: quodcunque vos censueritis, Quò plus potestis, eo moderatius imperio vti debetis.

DISSVASIO LEGVM PRO PLEBE CONTRA PATRIcios promulgatarum,

Ex Liuij Lib. VII. ab vrbe condita.

ORATIO APPII CLAVDII ad plebem.

RESOLVTIO.

Dissuadet hac in Oratione Appius Claudius leges, quæ in populi promulgatæ gratiam à Tri. pl. fuerant, de ære alieno, agrorum modo, tribunorum militum Comitijs prohibendis, consule altero ex plebe eligendo: quod 1. Contra populi ille libertatem: 2: eiusdem commodis obstent: incommoda & damna secum plurima ferant: religiones tollunt & auspicia. Ad conciliandum faciunt: cum suum in Quirites testatum amorem Claudius facit: nihil se & suos scientes fecisse, aut facere indicat, quod contra vtilitatem plebis sit: de auspicijs ac religione piè & religiose loquitur. πάθη motus sunt: odium excitat in Trib. pl. detecta fraude horum. Inuidia, quæ accẽditur ob superbiã illi ipsi Tarquinij cum appellãtur, horum dominatus regius describitur. Metus qui oritur, cum mala recensentur, quæ metuenda, si locũ Trib. pl. leges inuenerint. Collocatio hòrum absoluitur. Exordio beneuolentiæ accommodato: quam sibi conciliat Appius, cum opinioni occurrit de Claudia gente atque familia cõceptæ: quasi ea plebis semper commodis aduersetur: suum profitetur in hanc animum promptum: inter voluntatem & vtilitatem eiusdẽ distinguit. Pars altera confirmatio est, in qua Trib. pl. rationes refelluntur, argumẽtis aliquot probatur: leges ab his promulgatas antiquandas, non admittendas esse. Postrema pars conclusio adhortatione constat ad tollendas tribunitias rogationes, & εὐχῇ voto: vt quicquid plebs fecerit, dij fortunent. Loci cõmunes hic obseruãdi: de veris popularibus: de volũtatis ac vtilitatis discrimine: quarum illa oppugnatur non rarò: hæc semp̃ proposita

sita viro bono est: iis, quæ in legibus nouis consideranda: cultu diuino & religionis ceremoniis non polluendis: non contemnendis iis quæ parua esse ac minutula quibusdam videntur. Visus, cum, quæ in populi gratiam, & priuatum ob commodum feruntur leges, improbandæ: hominum vẽtosorum ac seditiosorum detegẽdæ fraudes atq; doli sunt.

I. NEQVE nouum, neque inopinatum mihi sit Quirites, si quod vnum familiæ nostræ semper obiectum est ab seditiosis tribunis, id nunc ego quoq; audiam. Claudiæ genti iam inde ab initio nil antiquius in Repub. Patrum maiestate fuisse: semper plebis commodis aduersatos esse. Quorum alterum neq; nego, neq; inficias eo: nos, ex quo adsciti sumus simul in ciuitatem & patres, enixè operam dedisse, vt per nos aucta potius, quam imminuta maiestas earum gentium, inter quas nos esse voluistis, dici verè posset. Illud alterum pro me maioribusq; meis contendere ausim, Quirites, nisi quæ pro vniuersa Repubi. fiant, ea plebi tanquam aliam incolenti vrbem aduersa quis putet, nihil nos, neq; priuatos, neq; in magistratibus quod incommodum plebi esset, sciẽtes fecisse: nec vllum factum dictúmve nostrum contra vtilitatem vestram (etsi quædam contra voluntatem fuerint,)

II. verè referri posse. An hoc, si Claudiæ familiæ non sim, nec ex patricio sanguine ortus, sed vnus Quiritium quilibet, qui modò me duobus ingenuis ortum, & viuere in libera ciuitate sciam, reticere possim: L. illum Sextium & C Licinium perpetuos (si diis placet) tribunos, tantum licentiæ nouem annis, quibus regnant, sumpsisse, vt nobis negent potestatem liberam suffragij, non in comitiis, non in legibus iubendis se permissuros esse? Sub conditione, inquit, nos reficietis decimum tribunos. Quid est aliud dicere, quod petunt alij, nos adeò fastidimus, vt sine mercede magna non accipiamus? Sed quæ tandem ista merces est, qua vos semper tribunos plebis habeamus? vt rogationes, inquit, nostras, seu placent, seu displicẽt, seu vtiles, seu inutiles sunt, omnes coniunctim accipiatis. Obsecro vos Tarquinij tribuni plebis, putate, me ex media concione vnum ciuem succlamare. Bona venia liceat ex his rogationibus legere, quas salubres nobis censemus esse: antiquare alias. Non, inquit, licebit, tu de fœnore atq; agris quod ad vos omnes pertinet, iubeas: & hoc portenti non fiat, in vrbe Romana, vti L. Sextium atque hunc C. Licinium cõsules, quod indignaris, quod abominaris, videas; aut omnia accipe: aut nihil fero. Vt si quis ei, quem vrgeat fames, venenum ponat cum cibo: & aut abstinere eo quod vitale sit, iubeat, aut mortiferum vitali admisceat.

misceat. Ergo, si esset libera hæc ciuitas, non tibi frequentes succlamassent: abi hinc cum tribunatibus ac rogationibus tuis? Quid si tu non tuleris quod cômodo est populo accipere, nemo erit q ferat illud? si quis patricius, si quis (quod illi volunt inuidiosius esse) Claudius diceret, aut omnia accipite, aut nihil fero: quis vestrûm Quirites ferret? Nunquámne vos res potius, quàm authores spectabitis, sed omnia semper quæ magistratus ille dicet, secundis auribus, quæ ab nostrûm quo dicentur, aduersis accipietis. At hercule sermo est minimè ciuilis. Quid? rogatio qualis est, quã à vobis antiquatam indignantur? Sermoni Quirites simillima. Consules, inquit, rogo ne vobis, quos velitis, facere liceat. An aliter rogat, qui vtiq; alterum ex plebe fieri consulem iubet, nec duos patricios creãdi vobis potestatem permittit? si hodie bella sint, quale Hetruscum fuit cum Porsena Ianiculum insedit: quale Gallicum modò, cum præter Capitolium atq; arcem omnia hæc hostium erant, & consulatum cum hoc M. Furio, aut quolibet alio ex patribus L. ille Sextius peteret: potestisne ferre Sextium haud pro dubio consulem esse, Camillum de repulsa dimicare? Hoccine est in commune honores vocare, vt duos plebeios fieri consules liceat, duos patricios non liceat: & alterũ ex plebe creari necesse sit, vtrunque ex patribus præterire liceat? Quænam ista societas, quænam consortio est: parum est si cuius pars tua nulla adhuc fuit, in partem eius venis, nisi partem petendo totum traxeris? Timeo, inquit, ne si duos licebit creari patricios, neminem creetis plebeium. Quid est dicere aliud, quia indignos vestra voluntate creaturi non estis, necessitatem vobis creandi, quos non vultis, imponam: Quid sequitur, nisi vt ne beneficiũ quidem debeat populo, si cum duobus patriciis vnus petierit plebeius, & lege se, non suffragio creatum dicat? Quomodo extorqueant, nõ quomodo petant honores, quærant: & ita maxima sunt adepturi, & nihil ne pro minimis quidem debeant: & occasionibus potius, quàm virtute petere honores malunt. Est aliquis qui se inspici, qui æstimari fastidiat? qui certos sibi vni honores inter dimicãtes competitores æquum censeat esse? qui se arbitrio vestro eximat? qui vestra necessaria suffragia pro voluntariis, & serua pro liberis faciat? Omitto Licinium Sextiumq;, quorum annos in perpetua potestate tanquam Regum in Capitolio numeratis: quis est hodie in ciuitate tam humilis, cui non via ad consulatum facilior per istius legis occasionem, quàm nobis ac liberis nostris fiat? siquidem nos ne cum volueritis quidem, creare interdum poteritis:

istos

istos etiam si nolueritis, necesse sit? De indignitate satis dictum est: (etenim dignitas ad homines pertinet) quid de religionibus atq; auspiciis, quæ propria deorum immortaliū contemptio atq; iniuria est, loquar? Auspiciis hanc vrbem conditam esse, auspiciis bello ac pace, domi militięq; omnia geri, quis est qui ignoret? Penes quos igitur sunt auspicia maiorum more? nempè penes patres? Nam plebeius quidem magistratus, non aliter quam auspicatò creet, sed nos quoq; ipsi sine suffragio populi auspicatò inter regem prodamus, & priuatim auspicia habeamus, quæ isti ne in magistratibus quidem habent. Quid igitur aliud quàm tollit ex ciuitate auspicia, qui plebeios consules creando, à patribus, qui soli ea habere possunt, aufert? Eludant nunc licet religiones: quid enim est, si pulli non pascentur? si ex cauea
,, tardius exierint: si occinuerit auis: Parua sunt hæc: sed par-
,, ua ista non contemnenda: maiores nostri maximam hanc
,, rem fecerunt. nunc nos tanquam iam nihil pace deorum o-
,, pus sit, omnes cæremonias polluimus. Vulgò ergò pontifi-
,, ces, augures, sacrificuli, reges creentur: cuilibet apicem dialem, dummodo homo sit, imponamus: tradamus ancilia, penetralia, deos, deorumq; curam, quibus nefas est: non leges auspicatò ferantur: non magistratus creentur: nec centuriatis, nec curiatis comitiis patres authores fiant: Sextius & Licinius tanquam Romulus ac Tatius in vrbe Romana regnent, quia pecunias alienas, quia agros dono dant, tanta dulcedo est, ex alienis fortunis prædandi. Nec in mentem
,, venit, altera lège solitudines vastas in agris fieri, pellendo
,, finib. dominos: altera fidè abrogari, cum qua omnis humana
III. societas tollitur. Omnium rerum causa vobis antiquandas censeo istas rogationes: quod faxitis, deos velim fortunare.

PETITIO BENEFICII ALICVIVS ET SVBSIDII A PRINCIPE, IN egestate ac inopia.

Ex Annalium Cornelij Taciti lib. 2.

ORATIO I. M. HORTALI AD Tiberium Imp. & Senatum Romanum.

RESOLVTIO.

M. *Hortalus, ex vetustissima ac nobilissima Hortensiorum familia ortus, & nepos summi oratoris Hortensij ab Augusto Imperatore præmiis illectus fuerat: vt vxorem duceret, & susceptis liberis ab interitu familiam clarissimam vindicaret. Verùm, cum quatuor ille filios*

filios procreaſſet, mortuoq; Auguſto ob egeſtatem eos alere amplius non poſſet, cum Senatus haberetur, filios ſuos quatuor ante Curiæ ſtare limen iuſſit: ipſe à Tiberio Imp. ac Senatu aliquod impetrare beneficium conatus eſt, quo ſe & ſuos aleret. Verùm voti factus ſui compos non eſt: eò quòd ægrè ferret Tiberius beneficium in Senatu, non à ſe priuatim peti. Argumenta quibus in petitione ſua vtitur Hortalus, ſunt: quòd 1. principum liberalitate iuuandi ac fouendi, qui liberos multos & eos adhuc iuuenes habent. 2. Matrimonium Hortalus iuſtam ob cauſam contraxerit, cum facere iſtud ab Auguſto iuberetur, & ſimul maiores ita mererentur, vt poſteros haberent. 3. Hortenſiorum multa magnaq; in Rempub. extent beneficia: fuerint ex his plurimi Romæ Conſules, Dictatores, vt meritò poſteri horum non negligendi. 4. Conſeruare ac fouere familias vetuſtas & claras, non tam his quàm ipſis principibus proſit: quòd honores ac beneficia etiam ipſos ſequi ſolent, qui hæc in alios conferunt. Ad ἠθικὰ & conciliantia quod attinet, maximè eiuſcemodi in his opus eſt: quia ſemper grati acceptiq; ij eſſe ſolent, qui afferunt aliquid, quàm qui petunt: nec magnopere commendatus à liberalitate Tiberius fuit. Conciliationi verò inſeruiunt: cum oſtendit Hortalus, contentum ſeſe ſua eſſe ſorte potuiſſe, ita vt nec ſibi pudori, nec oneri aliis eſſet. Deinde, quando de familia ſua agit: profert Conſules ac Dictatores in eadem qui fuerint, inuidiam & reprahenſionem vitat, mitigatione addita & cauſæ indicatione: quòd non ad inuidiam iſta, ſed conciliandam miſericordiam iſta proferat. Motus miſericordia eſt, quæ excitatur, cum quatuor filij adducuntur: horum monſtratur ætas: vrgetur nobiliſſimæ & honeſtiſſimæ familiæ extrema paupertas & inopia. Collocatio ac tractatio horum tribus partibus abſoluitur: Propoſitione ipſius petitionis: huius Cōfirmatione, aliquot argumentis facta: Concluſione, quæ petitionis ἀνακαίνωσιν, renouationem habet. Loci obſeruādi: de familiis bene meritis fouendis ac ſubleuandis: ratione commendandi genus ſuum: matrimonij cōtrahendi cauſis finalibus. Vſus erit: cum à principe, aut magiſtratu alio liberis noſtris ſtipendium vel beneficium aliquod petere volumus: quò honeſtè ali atque educari illi poſſint.

PATRES [illegible]ſcripti, hos, quorum numerum & pueritiā I.
videtis, non ſponte ſuſtuli, ſed quia princeps monebat:
ſimul maiores mei meruerant, vt poſteros haberent. Nam II.
ego, qui non pecuniam, non ſtudia populi, neq; eloquentiā
gentile domus noſtræ bonum varietate temporū accipere, « «
vel parare potuiſſem, ſatis habebam: ſi tenues res meæ, nec « «
mihi pudori, nec cuiquam oneri forent: iuſſus ab Impera- « «
tore vxorem duxi. En ſtirps & progenies tot Conſulum, tot
Dictatorum. Nec ad inuidiam iſta, ſed conciliandæ miſeri- III.
cordiæ refero. Aſſequentur florentē te, Cæſar, quos dederis
hono-

honores. Interim Q. Hortensij pronepotes, diui Augusti alumnos ab inopia defende.

RESPONSIO TIBERII IMP. AD M. HORTALI PEtitionem.

Resolvtio.

PEtitioni Hortali hac oratione respondet Tiberius Imp. & precibus illius locum sese relinquere non posse aliquot argumentis probat: quod 1. si pauperes omnes, qui sunt Romæ, in Senatum velint venire ac liberis suis petere subsidia & pecunias: nemo satis ciuium exsatiare egestatem atq; inopiam possit: secuturum sit illud: vt Re[illegible]ub. deficiat, ærarium exhauriatur. 2. Curia sedes & domicilium, [illegible]uo publica, non priuata, neg tia tractanda: non agendum de re fa[illegible]liari augenda. 3. Preces Hortali intempestiuæ ac improuisæ molestiã Senatui exhibeant: eidem inferant vim: faciant, vt ille cogatur publica negotia intermittere, de priuatis cogitare. 4. Petitio Hortali Reipub. inde quoq; noceat: quòd, si ærarium largitione & ambitione exhaustum fuerit, supplendum tandem per scelera sit: fiat, vt, dum vni alteri ve commodatur, damnum interim plurimis detur. 5. Magna dissimilitudo in Augusti & Tiberij sit exemplo. Augustus Hortalo dederit pecuniam, sed nec compellatus, nec ea conditione, vt semper daretur: ideoq; quod semel factum, & factum vltrò in legem non trahendum. 6. Si mendacitati ac petacitati locus relinquatur futurum, vt in Republ. priuatim hominum languescat industria: alatur socordia: securi omnes aliena subsidia expectent: publicè tales honores graues principibus Rebuspubl. sint. Decorum hic est obseruatum p[illegible]onæ Tiberij: cuius oratio non solùm breuis, sed etiam seuera & grauis. Motus, metus & ira. Ille excitatur cum incommoda petacitatis recensentur: mouetur hæc: cum loci conditio agendiq; modus reprehenditur: taxatur flagitatio improuisa atq; intempestiua. Collocatio & tractatio instituitur: primùm propositione, quæ ipsam petitionis denegationem habet: deinde confirmatione, [illegible]entis indicatis facta. Loci obseruandi de incommodis, quæ publ[illegible] priuatim metuenda: si omnibus egenis promiscuè stipem petere atq; impetrare liceat: & negotiis iis, quæ in Senatu proponenda ac tractanda. Vsus erit: quoties denegare volumus aliis quæ petuntur; partim propter publicam necessitatem, partim priuatas caussas.

¶ SI quantum pauperum est, venire huc & liberis suis petere pecunias cœperint, singuli nunquam exatiabũtur: Res-
,, publ. deficiet. Nec sanè ideò à maioribus cõcessum est egre-
,, di aliquando relationem, & quod in commune conducat,
,, loco sententiæ proferre: vt priuata negotia, res familiares
nostras

nostras hic augeamus, cum inuidia Senatus & principum, siue indulserint largitionem, siue abnuerint. Non enim preces sunt istæ, sed efflagitatio intempestiua quidem & improuisa: cum alijs de rebus conuenerint Patres, consurgere & numero atq; ætate liberûm suorum vrgere modestiam Senatus, eandem vim in me transmittere, ac velut perfringere ærariū: quod, si ambitione exhauserimus per scelera supplendum erit. Dedit tibi, Hortale, D. Augustus pecuniam, sed non compellatus, nec ea lege, vt semper daretur. Languescet alioqui industria: intendetur socordia, si nullus ex se metus, aut spes: securi omnes aliena subsidia expectabūt: sibi ignaui, nobis graues.

DELIBERATIO AC CONSVLTATIO DE POENIS ET animaduersionibus.

Ex Thucydidis Hist. libro III.

ORATIO I. CLEONIS PRO seueritate.

RESOLVTIO.

CVM sine causa ab Atheniensibus Mitylenæi defecissent, simul etiam eandem ad defectionem excitassent alios, Athenienses misso exercitu, Pachete duce, ad deditionem eos compulerunt: quam post de pœna est consultatio secuta, in qua decretum primùm à populo Atheniensi admodum durum est factum: vt omnes Mitylenæi puberes capitis supplicio afficerentur: venderentur pro mancipijs coniuges & liberi. Verùm, cum populum decreti huius pœniteret, Mitylenæorum quoq; legati peterent, vt res denuò in deliberationem vocaretur, orationes duæ contrariæ, ad populum habitæ fuerunt: in quarum priore Cleon, orator disertus, homo gratiosus, sed admodum interim crudelis, ac priuatas ob causas Mitylenæis infestus suadet, decretum iam factum retinendum, non mutandum, seuerè Mitylenæos puniendos esse. Argumenta hanc in sententiam quæ afferuntur sunt: quod. 1. Mitylenæi nulla vi aut necessitate compulsi, sed vltrò ac sua sponte peccarint: cum habitarent in insula: vrbem haberent bene munitam, classem probè instructam ad hostes depellendos: liberaliter denique ac benignè fuerint ab Atheniensibus tractati, & suis legibus atq; immunitatibus permissi: nec causæ defectionis illis vllæ extiterint. 2. Non solùm Atheniensibus restiterint Mitylenæi, verùm etiam hostibus infestissimis sese adiunxerint. 3. Nec aliorum pœnis & exemplis, nec sua felicitate moneri potuerint, vt quiescerent.

4. Mera audacia vel superbia viribus suis maiora moliri fuerint bellum excitarint non necessarium: quo vitio vt plurimum ij laborare solent: qui nullo, aut saltem non vsq; adeo magno labore fiunt fortunati: longè facilius aduersa propulsant, quam secunda retinent. contemnunt eos, qui pacis ac concordiæ causa cedunt de suo iure & alijs sese submittunt. 5. Clementia & lenitas Atheniensium nimia magnaq; se non sit incommoda attractura: apertura latam, non fenestram, sed portam improbitati ac perfidiæ hominum: quando quidem facilè homines peccant, cum, res si non successerit, pœnam sibi aut nullam, aut leuem expectandam esse norunt. 6. Misericordia erga eos vtendum, qui & erga nos misericordes, non hostes mansuri perpetuò ac necessariò: leniter tractandi, qui tractabiles & morigeri, non sibi similes atq; improbi futuri. 7. Orationis dulcedo ac voluptas habere locum possit minoribus in rebus, non verò ijs, quæ nocere atq; damnum dare Reipubl. possunt. 8. Omnino Mitylenæi puniendi, siue iustè, siuè iniustè illis imperetur: si iustè, quòd legitimos suos in magistratus deliquerint: si iniustè: quòd retinere alias imperium nequeat, nisi etiam præter fas & æquum seuerè in Mitylenæos animaduertatur. Argumenta hæc octo sunt, quibus ostenditur, seueritatem adhibendam in defectoribus puniendis esse. Sunt quoq; contra quæ afferuntur tria: quorum. 1. Quod non Mitylenæi omnes pares, sed dissimiles delictis: discrimen inter autores & capita defectionis ac eos qui consenserunt: ideoq; non pœna quoq; eadem adhibenda: sed multitudini parcendum. 2. Præpropera festinatio, cùm omnibus alijs in rebus, tum verò pœnis & supplicijs maximè esse perniciosa soleat. 3. Damnum multum à defectoribus Mitylenæis metuendum, propterea quod defectores fluxæq; fidei homines cuncti odisse soleant. Respondetur verò ad. 1. Quòd admodum speciosum, & æquitate iusti al quæ videtur: delictis omnes Mitylenæos esse pares, cum liberum reliquis ciuibus fuerit, aut sequi defectionis authores, aut non sequi: deinde in pœnis, non tantum authores sceleris alicuius spectandos: sed & qui eosdem probarunt ac secuti sunt: rem per paucos fuisse tractatam, non omnes propter tectam securitatem. Ad 2. Moram interpositam perniciosam Atheniensibus, hostibus contra vtilem fore: quòd, cum recens adhuc offensa, par & acre sumatur supplicium: interposita verò mora aliqua, ira mitigetur, agatur remissius atq; lenius ab eo, qui iniuria est affectus. Ad 3. Speciosum illud magis, quàm verum esse argumentum, & proficisci ab oratorum superbia, improbitate & auaritia: prodesse paucis tale iudicium, sed interim damnum Reipub. dare. Ad conciliandum valet, cum Cleon de Atheniensi Repub. solicitum sese esse indicat, exponit quæ eidem obesse videbantur: sed sine amarulentia & conuitijs, ac communicatione facta. Motus duo sunt: ira & metus. Ira excitatur sine causa Mitylenæos bene de se meritos Athenienses læsisse, Metus incutitur, cum intem-

[illegible] intempestiuæ lenitatis ac misericordiæ incommoda recensentur. Collocatio & tractatio horum quinque constat partibus. Exordium reprehensionem habet Atheniensium inconstantiæ ac leuitatis in decretis semel mutandis. Propositio sententiæ indicationem continet. Refutatio trium argumentorum complectitur dissolutionem, quæ ad lenitatem & clementiam impetrandam adhibita. Confirmatio rationibus absoluitur, quibus, docet Cleon, seuerè animaduertendum in Mitylenæos esse. Conclusio argumentorum repetitione & animorum motu perficitur. Loci communes obseruandi: de seueritate in puniendo adhibenda: de mutatione decretorum: de oratoribus corruptis & malis: de imperitæ multitudinis ingenio. Vsus erit, cum deliberatio de pœnis & suppliciis instituitur. quæritur illud: an seuerè cum delinquentibus agendum: an verò aliqua adhibenda lenitas ac clementia sit.

I. SAEPE et alias animaduerti, popularem statum non esse vtilem imperio, præcipuè verò nunc hoc consideraui, in hac vestra de Mitylenæis pœnitentia. Quia enim inter vos agitis securè & sine insidijs, similes esse voluntates sociorũ existimatis, &, dum vel persuasi, vel misericordia moti lenius eos punitis, non sentitis periculum vobis augeri, nec prodesse vestram mollitiem ad flectendos socios ad beneuolentiam, nec consideratis imperium, quod habetis, Tyrannidem esse, & subditos parere inuitos, & vobis insidiari. Nec audiunt vos ideo, quia læsi eis veniam datis, sed quia vi coercentur. Perniciosissimũ autẽ est, si decreta nõ sunt stabilia: nec cogitatis meliorem esse statum eius ciuitatis, quæ, quanquam deterioribus legibus, tamen constanter vtitur, quàm quę bonas leges habet, quibus tamen non constanter vtitur: estq; vtilior inscitia cum modestia, quàm calliditas cum impunitate. Ac plerunq; rudiores homines melius regũt suas Respublicas quam astuti. Hi enim volunt videri sapientiores legibus, & vincere ea, quæ ab aliis dicuntur, quia ingenia in maiori re ostentare non possunt, ideo in multis negotiis ciuitates euertunt. Rudiores verò, diffidentes ingenijs, non volunt esse callidiores legibus: nec certare dicendo cum aliis; conscij sibi suæ infirmitatis, ideo sæpius prosunt ciuitatibus. Sic & nos faciamus, non fiducia eloquentiæ, suadeamus aliud, quàm sentimus. Ego priorem meam sententiam non muto, eosque miror, qui iterum retulerunt de Mitylenæis: ac mora interiecta nouam II. deliberationem instituunt, quæ prodest illis, qui peccarunt: Mora enim iræ mitigatio est: Sed in vlciscẽdo ita par suppli III. cium sumitur, cum proximum est offensioni. Mirabor etiã

esse, qui contradicere audeant, & ostendere perfidiam Mi-
tylenæorum nobis vtilem esse, & nostras calamitates socijs,
non nobis detrimento esse. Aut igitur confisus eloquentia
contendet, manifestam veritatem obruere, aut lucro mo-
tus fucata oratione vos seducere volet. Dat enim hæc ci-
" vitas multis præmia ex talibus certaminibus, ipsa interea in
" discrimen adducitur. Cuius rei culpa penes vos est, qui ta-
" lia certamina proponitis, & consueuistis, vt sitis verborum
" spectatores, & alienorum operum auditores, & coniici-
" tis tales futuros esse euentus, vt quisquam facundissime di-
" xit. & non tam ex factis, id quod vidistis certius esse duci-
" tis, quàm quæ auditis: & facillimè sinitis vos decipi noui-
" tate orationis, nec decreta facile exequi vultis, ac semper
" serui estis absurdarum opinionum, & fastiditis vsitata: ac
" singuli volunt excellere dicendo: aut ne videantur inferio-
" res ingenio certant cum oratoribus: acutè dicta laudatis, &
" videri vultis, ipsi quoque eas cogitationes præuidisse: cum
" tardi sitis ad perspicienda ea, quæ reipsa prosunt, semper
" alia quæritis, vt sic dicam, quàm quæ vitæ nostræ accom-
" modata sunt: cum ne præsentia quidem recte consideretis,
" aurium voluptate impediti, ac sedetis, non vt consilium
IV. daturi patriæ, sed vt ociosi spectatores eloquentiæ. Ab his
moribus ego vos abducam, ac ostendam vós maxima in-
iuria affectos esse ab vna Mitylenæorum ciuitate. Illis e-
nim veniam do, qui ideo à vobis deficiunt, quia, aut supra
vires onerati sunt, aut coguntur ab hostibus ad defectio-
nem. Istos verò qui insulam & vrbem munitam tenent, &
tantum in mari oppugnari possunt, vbi & sua classe arce-
re hostes possunt, & sunt à nobis honorati, concessa liber-
" tate, non est existimandum tantum defecisse, vt nobis bel-
" lum inferrent, & nos perderent. Defectio enim eorum
est, qui vi coguntur: isti verò vltrò se adiunxerunt infe-
stis hostibus. Quod ipsum etiam atrocius esse, quàm si
per sese tantum bellum intulissent. Nec verò exempla vi-
cina eos terruerunt, earum ciuitatum, quæ post defectio-
nem punitæ sunt, nec sua eos felicitas mouit, vt quiesce-
rent. Cumque essent audaces ad futura, & maiora viribus
sperarent, minus tamen nocere possent, quàm volebant,
bellum mouerunt. Cumque potentiam anteferrent Iu-
stitiæ, nulla iniuria affecti, quia sperabant suam partem
" fore victricem, nos inuaserunt. Solent enim vrbes fieri
" insolentiores, cum exiguo labore insperata felicitas con-
" tigit, sed stabilior est fortuna, quæ ratione paratur, quàm
" quæ casu offertur, ac facilius est aduersa propulsare, quàm

retinere

retinere res secundas. Profuerat autem & antea Mitylenæos non magis honoratos esse, quam cæteros socios. Quod si factum esset, non eo petulantiæ processissent. Natura enim fit, vt homines contemnant eos, qui non " nihil cedunt, & sunt submissiores: admirentur verò nihil " cedentes. Nunc igitur, pro magnitudine sceleris, ple- " ctantur: nec in paucos culpa conferatur, absoluto populo. Cuncti enim pariter nos inuaserunt, quibus licuisset nunc in vrbe esse, si nostrarum partium fuissent, sed simul defecerunt, & per paucos res acta est, quia id tutius esse putauerunt. Exemplum etiam considerate. Nam, si viderint socij, easdem esse pœnas sua sponte deficientium, & aliorum, qui coactu diuturnitate obsidionum deditionem faciunt, nemo perferet pericula in obsidione: quia, aut nihil mali accidet, si illa pars erit victrix, aut parùm, si vos viceritis. Ita vbique erunt in periculo, vita nostra & res nostræ: & si fortè receperimus vrbem vi, quæ defecerat, nostra vrbs multos inde reditus habebit. Si non receperimus, plus erit hostium, & nos occupati erimus nouo bello aduersus socios, cum deberemus priores hostes reprimere. Non igitur spes ostendatur, socijs veniæ consequendæ verbis aut pecunia. Non enim inuiti nobis nocuerunt, sed scientes insidiati sunt. Id verò dignum " est venia, quod non spontè fit. Ego igitur & initio pu- " gnaui, & rursus pugno, ne mutetur decretum, nec pec- " cetis tribus rebus, quæ sunt minimè vtiles imperijs: Mise- " ricordia, dulcedine orationum, & indulgentia. Nam misericordia erga similes vtendum est, qui vicissim misericordia afficerentur, non aduersus eos, qui erga nos non vterentur misericordia, & necessario semper essent hosti- " li erga nos animo. Oratores verò poterunt in aliis infe- " rioribus causis voluptati inseruire, non in re tanta, in qua " breuem voluptatem sequeretur ingens detrimentum, sed " vbi pro bene dictis beneficia recipiant. Lenitate verò v- " tendum est erga sanabiles, qui postea magis morigeri erunt, non erga æquales & hostilem animum retinentes. Denique, vt summam breuiter complectar, si meam sententiam sequemini, iusta aduersus Mitylenæos & vtilia facietis, sed si aliter statuetis, nec apud illos gratiam inibitis, & vos iustè hæc pati ostendetis. Si enim iustè defecerunt, vos non iustè imperatis, sin autem non iuste imperatis, & tamen retinere imperium vultis, eo seuerius puniendi sunt, vtilitatis causa, aut certe deponite imperium, nec pericula imperij causa suscipite. Sit igitur æqualitas in V.

pœnas:nec sit minor animorum vestrorum dolor, quanquã euasistis, quàm odium fuit in ipsis, qui nocere vobis cuperent: & cogitate, quæ facturi fuerant, si vicissent, cum quidẽ ,, ipsi priores iniuriam intulerint. Qui enim nõ læsi iniuriam ,, inferunt, hi perdere conantur, metuentes periculum, si ho- ,, stes non prorsus deleantur. Nam iniuste læsus cum eua- ,, sit, fit vehementior hostis, quàm vbi mutuæ fuerũt iniuriç. Ne igitur vos ipsos prodite, & quàm proximè accedite mẽte ad ea, quæ passuri fueratis. Ac sicut omnibus cæteris negotiis hanc curam antepofuistis, vt animis eos rursus domaretis: ita nunc seuerè punite, nec obliuiscamini, quo in periculo vos fueritis, & exẽplum ostẽdite cæteris sociis, vltimo supplicio afficiendos esse omnes qui deficiunt. Hoc si cognouerint, minus impedient vos sociorum defectiones in reprimendis Lacedæmonijs.

ORATIO SVPERIORI PROXIMAE CONTRARIA DIODOTI PRO LENITATE AC CLEMENTIA.

Ex eodem Thucydid. Libro.

RESOLVTIO.

QVemadmodum Cleonis oratio exemplum suppeditant egregium disputationis instituendę de summo iure ac seueritate: ista hæc Diodoti rationem monstrat lenitatis & clementiæ commendandæ. Argumenta quæ pro hac afferuntur, simul etiã Diodoti refutant, sunt quod 1. verum minimè id quod dixit, pœnas acres & seueras exemplis prodesse atque efficere, vt in officio homines contineantur, non à magistratibus suis facilè deficiant: cum causæ plurimę, quæ ad scelera ac maleficia homines impellãt: vt difficile admodũ propè ἀδύνατον sit metu vel legũ, vel pœnę in officio eos continere: cuiusmodi sunt: spes seu confidentia, natura, egestas & inopia, petulantia ac superbia, ira, amor seu cupiditas, & denique occasio. 2. Neque illud Cleonis admittendum pœnæ magnitudine ac sæuitia in officio homines contineri, contumaces cõtrà ac superbos lenitate & clementia fieri: sed contrariũ planè accidere: quandoquidem plerunque homines, cum nullam spẽ vident esse reliquam clementiæ ac salutis, desperare incipiunt, & quiduis audere, ac sese defendere pertinaciter. Vnde sequi solet: vt victores quoq; magnos primũ sumptus faciãt: deinde vrbes quidem capiãt, sed inanes & exhaustas: tum etiam reditibus sic necessarijs destituantur. 3. Pœnæ Mitylenęorum vniuersè ac sine discrimine sumptæ vel exemplo nocere maximè Reipub. possint: eò quod, cũ populus animaduertit, authores solum defectionum puniri, ipsis irascitur & magistra-

stratus legitimos admittit. At cum contra videt, eandem esse pœnam propositam, & capitibus atque authoribus defectionum, & innocenti plebi, metu pœnæ ad extrema fugit, & ad furorem quasi redigitur. 4. Mitylenæi liberi, & vt subacti libertatem repetant, ideoq; in. quu, illos crudeliter punire. 5. Iustitiæ istud ordo requirat: vt, qui non eodē modo peccarunt, neque simili pœna afficiantur: ac propterea neque in plebem seuerè sit animaduertendum, quæ defectionis expers fuit: deinde, vt ostenderet eandem sibi in potentibus nō placere, vltrò vrbem Atheniensibus tradidit, atque ita eos haud vulgari beneficio affecit: Ad ἦθος & conciliationem animorum facit, cum Diodotus primò sententiarum collationem, sed modestè instituit. Post prudentiam suam indicat: recenset, quę vtilia in consultationibus, ijsdem quoque inimica infestaque profert: populi simul & oratorum explicat officium: vitia sed sine conuicijs profert. Postremò pollicetur, nihil se dicturum, nisi quod è re sit totius vrbis. Motus quatuor hac in oratione dominantur. odium inuidia, metus, & mansuetudo. Odium in Cleonem concitatur cum ostenditur, persuadere illum turpia velle: spectare priuatum, non publicum commodum: delectari calumnijs, atque his ipsis deterrere conari tùm Oratores, tum populum. Inuidia inflammatur, quando affirmat Diodotus, Cleonem non cupere ἐξ ἴσου, loco pari sententiam dicere. sed habere aliquid singulare ac præcipuum. Metus oritur, vbi mala comm. morantur, quæ metuenda, si calumniæ locum in Rep. inueniant: eodem numero sint, & capita atque authores peccatorum, & qui hos sunt, vel errore communi, vel metu ac formidine secuti: Mansuetudo mouetur: cum docetur fateri errata sua plebem & veniam deprecari. Constat vero collocatio ac tractatio horum 1. Exordio, quod beneuolentiæ atque attentionis conciliationem habet, quam captat Diodotus cum agit de ijs, quæ prodesse vel obesse Rebus. ubi solent refellit aduersarij rationes. 2. Propositione, quæ seiunctione facta est dicendorum & omittendorum: quando Diodotus asserit, non se de iure disputaturum, aut defensurum Mitylenæos, sed indicaturum, quid Reipub. vtile videatur. 3. Confirmatione, quæ argumenta pro lenitate ac clementia continet. 4. Conclusione, sententiæ partim dictione, partim adhortatione absoluta: vt clementer veniam Mitylenæis Athenienses concedant: hostes bonis consilijs potius, quam stulta temeritate aggrediantur. Loci communes hic obseruandi: de consultatione bona, & quæ in hac vel obseruanda, vel fugienda: declinanda ira & præ propera festinatione: calūniatoribus è Repub. expellendis: pœnarum causis & modis puniendi delicta: desperatorum conditione: lenitate ac clementia magistratus: sententiæ ac decreti mutatione. Vsus erit, cū in Senatu aut locis alijs consultatio de pœnis delinquentium instituitur: dandum consilium vt lenitatis atque clementiæ ratio habeatur.

I. NEc accenſo eos, qui iterum retulerunt de Mitylenæis: nec laudo illos, qui de rebus maximis deliberari ſæpius verāt. Exiſtimo enim has duas res maxime contrarias eſſe conſilio: feſtinātiam & iram; quorū alterum eſt ſine cogitatione, alterū habere ſolent amentes impetus, & breuē cogitationē. Et qui contendit, in deliberatione non conferēdas eſſe ſententias dicendo, aut ſtultus eſt, aut priuatim ſibi cauet. Stultus, ſi alio modo, quàm collatione opinionum exiſtimat inueniri poſſe, quid eligendum ſit, cum futura ſint incerta. Priuatim verò ſibi cauet, ſi, cum turpia perſuadere volet, exiſtimat de re turpi non poſſe honeſtè dici; calumniando verò contradicturos & ſuffragatores deterrendos eſſe. Plurimùm autem valet illa criminatio, obiicere aliis, quod pecunia corrupti ſint. Si enim imperitia tantum obiiceretur, non vincens diſcederet vt imperitior tantum, non vt iniuſtior. Cum vero iniuſtitia obiicitur, fit ſuſpectus orator cum vincit, cum non vincit, ſimul, & imperitus & iniuſtus exiſtimatur. Hic mos ciuitati non prodeſt. Multi enim deterrētur, quò minus ad dandum conſilium prodeant. Ac ſi tales ſuaſores, qui ſibi contradici nolunt, non eſſent inſtructi facultate dicendi, melius cum ciuitate ageretur: minus enim perſuadere iniuſta poſſent. Oportet autem bonum ciuem non deterrere alios, ſed ex pari locò videri meliora ſuadere; & bene morata ciuitas non augeat potentiam eius, cuius conſilia ſæpius prælata ſunt, ſed tamen etiam præſenti dignitate cū non ſpoliet. & alios, quorum conſilia ſæpe reiecta ſunt neq; ignominia, neque ſuplicio afficiat. Sic ille, qui vicit ſæpius, nō ſpe præmiorum loquetur ad gratiam aliter quàm ſentit: & qui non vicit, non captabit gratiam, concupiſcens potētiam. Nos verò his contraria facimus. Cum ſuſpicio eſt, aliquem ſpe mercedis dicere, repudiamus ſententiam, etiamſi optima eſt tantum propter incertam ſuſpicionē. Et conſilia ſtatim non minus ſunt ſuſpecta quàm mala. Vnde fit, vt etiā optima ſuaſurus, cogatur arte ſibi fidem facere, cum ſit impoſſibile propter ſuſpiciones vrbi benè conſulere apertè ſine deceptione. Nam apertè oſtendens vtilitatem aliquam, venit in ſuſpicionem, quaſi clam aliud captet. Oportet autē nos, qui ad dicēdum de rebus maximis adhibemur longius proſpicere quàm vos, qui breuiter conſideratis: præſertim, cum nos poſtea in iudicia vocemur, propter noſtra conſilia: vos non plectamini propter veſtram ſuffragationem. Si enim orator & ſuffragator pariter mulctarentur, cautiores eſſe in ſuffragando. Nunc verò, cum euentus non reſpondit, irati punitis oratorem, vos ipſos nō punitis, cum ſimul peccaueri-

caueritis. Ego autē prodij, non vt excusem, aut accusem Mitylenæos. Non enim nunc de eorum scelere iudicatur, sed de nostra vtilitate: neque si faterer eos prorsus iniustè fecisse, suaderem, vt interficerentur, nisi id vobis vtile esset: neque si venia dignos censerem, velim eis parci, nisi ciuitati conduceret. Ac sentio magis nos de futura vtilitate deliberare, quàm de præsenti delicto. Quod autem Cleon affirmat, vltimam pœnam profuturam ad exemplum, vt cæteri minus deficiant, ego contra sentio, qui etiam futuræ vtilitatis ratione moueor. Non igitur propter istius speciosam orationē respuatis vtilitatem meæ sententiæ. Cum enim videatur iratis oratio illius iustior, fortassis multos mouerit. Nos verò nunc non contendimus cum ipsis de iure, sed consiliū de vtilitate quærimus. Magnitudo pœnę non deterret homines a sceleribus, incitatos vehementi cupiditate & magna spe. Est quidē in omnibus ciuitatibus constituta pœna mors, etiam leuioribus delictis quàm hoc est. Sed tamen homines spe incitati adeunt pericula: neque quisquam ruit in periculum, si firmiter sibi persuaserit, se non euasurum esse. Quæ ciuitas deficit, donec existimat se imbecilliorem potentiam habere suam vel socialem prioribus sociis? Natura omnes priuatim & publicè proni sumus ad delinquēdum, nec lex aut pœna vlla homines prorsus coherceat; eum quidē à leuioribus pœnis ad summas peruentū sit: vt audacia sceleratorum frenaretur. Consentaneum est enim olim mitiores pœnas summorum scelerum fuisse: quæ cum non deterrerent homines, quo minus delinquerent, ventum est ad mortem, quæ tamen & ipsa homines non deterret à sceleribus. Aut igitur alius excogitandus est terror vehementer, aut ne quidem capitali pœna homines coherceri possunt. Sed ruunt homines in pericula impulsi, vel necessitate, vel petulantia, vel ira. Pauperes necessitate mouentur, petulanti satis causæ est licentia; ira occasio est vt quisque insanabili affectu tenetur. Deinde vincuntur homines cupiditate & spe, quarum altera dux est, altera comes: altera ad agrediendum incitat, altera viam monstrat. Et expetita bona, quanquam incerta, tamem plus mouent animos quàm certæ pœnæ, quæ sunt in conspectu. Adiuuat & occasio aggressuros aliquid, quæ cum se offert præter opinionem, etiamsi vires alioqui minores sint, incitat: vt periculum adeant: præcipuè ciuitates, quia hæ res maximas concupiscunt, videlicet libertatem & imperium, & singuli cum vniuersis ciuibus coniuretis maiora imaginantur. Quare simpliciter impossibile & stultum est, metu legum, aut pœnarum humanam

naturam cupiditate ardentem deterrere. Non igitur confisi magnitudine pœnæ, tanquam fideiussore, deterius consilium sequamur: ne ad desperationem redigamus deficientes; vt, si videant nullam veniæ spem esse, malint sæpe pertinaciter defendere, quam rursus facere deditionem. Considerate enim nunc, si qua ciuitas defecerit, cogitans se non posse vincere, citò conditiones pacis accipiet, adhuc habens pecuniam; vnde & vobis belli sumptus, & deinde tributum pendat. Sed si viderint, nullam veniæ spem esse quæ ciuitas se non melius ad bellum instruet, & obsidionē ad extremum perferet? Idem ne valent tardè & citò facere deditionem, ac nobis non damnosum erit diu facere sumptus in obsidione, & post expugnationem recipere exhaustas vrbes: nec deinceps habere ex eis reditus, quibus tolerare bellum aduersus hostes possimus? Non igitur vt iudices nostro dãno acerba supplicia sumamus de sontibus: sed videamus quomodo moderatè mulctatis ciuitatibus deinceps frui possimus: nec custodiamus eos tantum legum seueritate, sed assiduitate militiæ. At nos nunc contrarium faciemus; si liberos homines qui indomiti repetiuerunt libertatem, rursus oppressos crudeliter puniamus. Oportebat autem non post defectionem in homines liberos sæuitiam exercere, sed ante eos valdè custodire & cauere, ne consilia talia instituant: post recuperationem quàm minimè eis hoc delictum exprobrare. Considerate autem, quæ sit futura voluntatum alienatio, si consilium Cleonis sequemini. Nunc in singulis vrbibus plebs nobiscum sentit, & aut non deficit cum potentioribus, aut cum deficere cogitur, statim defectionis authoribus aduersari incipit. Cum igitur recipere, aliquam ciuitatem bello conamini, plebs nos admittere studet. Sin autem interficietis plebem Mitylenæorũ, quæ & tunc defectionis expers fuit, & cum arma recepit, vobis, volens vrbem tradidit, primũ iniustè interficietis eos, qui erga vos benefici fuerunt. Deinde id quod potentiores in aliis ciuitatibus maximè optant, perficietis, videlicet, vt cum traxerint ciues ad defectionem, habeant plebem sibi magis deuinctam, cum intelliget, similem pœnam propositam esse authoribus defectionis, & plebi; quæ etiamsi deliquisset: dissimulandum id est, ne ea pars, quæ adhuc nobis fauet, fiat hostilis. Hoc multò vtilius esse iudico ad retinendum imperium, nos malle iniurias accipere, quàm alios iniustè interficere. Nec verum est, quod Cleon affirmat, suam sententiam pariter & iustam & vtilem esse. Vos autem, cum intelligatis hæc meliora esse, non misericordiæ aut lenitati indul-

indulgeatis, quibus ego nec vos moueri velim, sed argumẽtis moueamini, vt hoc consilium auferatis. De his quæ misit Paches, re ordine cognita, statuite, plebi verò concedite vitam & patriam. Hæc & in posterum vtilia erunt, & hostibus terrorem incutient. Melius est enim aduersus hostes bonis consiliis vti, quam stulta temeritate eos inuadere.

DELIBERATIO DE POENIS ET ANIMADVERSIONIbus coniuratorum.

Ex Salustij Catilinaria coniuratione

ORATIO C. CAESARIS ROM. in Senatu habita.

RESOLVTIO.

Catilinariæ coniurationis nota ex Salustio, Plutarcho, Dione historia est. Hac detecta & oppressa, de pœna deliberatum in Senatu fuit: censuit Cæsar: deprahensos Catilinæ socios, non morte mulctandos: sed, publicatis bonis, vinculis sempiternis mandandos esse. Argumenta hanc ad sententiam confirmandam sunt: quod 1. Pœna excogitari nulla noua possit, quæ sceleris coniuratorum magnitudini respondeat: eaq; de caussa sit vtilius, legem ac consuetudinem veterem retinere, quam nouo exemplo capitali supplicio coniuratas afficere. 2. Magistratus custodes habeant & obseruatores plurimos: vt necesse sit eos in iudicando dicendaque sententia cautè ac prudenter agere: neque committere, vt aliquid, vel amori, vel odio, vel iracundiæ vel aliis animi perturbationibus tribuere. 3. Imperiti soleant postremorum meminisse, obliuisci priorum: nec tam sæpe, de ipsis delictis ac peccatis, quàm eorundẽ supplicijs verba facere: ideoque non concedẽdum: vt pœna paulò seuerior coniuratis decreta, in varia hominum iudicia, vituperationes quoque acres veniat. 4. Si Catilinæ cõiurationũ socij capitali sint pœnæ afficiendi, hoc sit faciendum, aut propter metum, aut propter iniuriam. At non propter metum: quod Cõsulis diligentia, maxima sint in armis præsidia: non etiam iniuriam: quia mors non pœna, verùm requies sit ẽ miseriarũ: cuncta mortalium mala dissoluat. 5. Huc Portiæ legis authoritas accedat: quæ in minoribus quoque seruetur, verberatione scilicet ciuium. 6. Capitale coniuratorum supplicium, vel exemplo sit nociturum: siquidem non semper ad Rempub. gubernacula qui boni ac prudentes sunt magistratus sedeant, verùm etiam mali ac improbi, qui sua potentia abutuntur: eandem semel nacti, promiscuè & in bonos, & malos animaduertunt. 7. Non denique quæ legibus sunt ac consuetudine recepta, temerè mutanda: ideoq; neque illud: vt in exilium mittantur, non, vel virgis cædantur, vel summo supplicio ciues Romani afficiantur

Ad

Ad beneuolentiæ porrò conciliationem quod attinet, mores suos amabiles Cæsar indicat: cum candorem suum profitetur. maiorum instituta vtraq; quod aiunt, manu collaudat: non præterea odiosè aliorum sententias exagitat: sed partim commendat, partim excusat: neutiquam deniq; vt coniuratorum, sese sceleribus patrocinari ostendit. Motus vnicus Timor est: quem excitat Cæsar: cum nō indicat modò, quæ hominum sine iudicia metuenda: verùm etiam reformidanda pericula: si seuerè nimis supplicia constituantur: plus æquo magistratus augeatur potentia. Tractatio quatuor partibus absoluitur: 1. Exordio προλήψει, occupatione facto, qua sinistræ suspicioni à Cæsare occurritur. 2. Propositione hortatoria: ne plus iræ, quàm famæ Senatus tribuat: nec tam ad scelus Catilinæ sociorum, quam dignitatem suam respiciant. 3. Confirmatio argumenta modò indicata continet. 4. Peroratio sententiæ dictionem habet. Loci notandi politici, de remouendis affectibus in iudicando & sententia dicenda: erroribus ac delictis Magistratus: obseruatione atq; imitatione aliorum. Vsus cum in consultatione de pœnis, mitiorem sequi sententiam, & pro lenitate atq; clementia pugnare volumus.

OMNES homines, P.C. qui de rebus dubiis cōsultant, ab odio, amicitia, ira atque misericordia vacuos esse decet. Haud facilè animus verum prouidet, vbi illa officiunt: neq; quisquam omnium libidini simul, & vsui paruit: vbi intenderis ingenium, valet: si libido possidet, ea dominatur, animus nihil valet. Magna mihi est memorandi, P.C. qui reges atq; populi, ira aut misericordia impulsi, malè consuluerunt: sed ea malo dicere, quæ maiores nostri contra libidinem animi sui rectè, atq; ordine fecere. Bello Macedonico, quod cum Rege Perse gessimus, Rhodiorum ciuitas magna, atq; magnifica, quæ populi Rom. opibus creuerat, infida atque aduersa nobis fuit. Sed postquam bello confecto, de Rhodiis consultum est, maiores nostri, ne quis diuitiarum magis, quàm iniuriæ causa bellum incœptum diceret, impunitos eos dimisere. Item bellis Punicis omnibus, cum sæpe Carthaginenses in pace & per inducias, multa nefaria facinora fecissent, nunquam ipsi per occasionem talia fecere: magis quid se dignum foret, quàm quid in illos re fieri posset, quærebant. Hoc item vobis prouidendum est, P.C. ne plus apud vos valeat P. Lentuli & cæterorum scelus, quàm vestra dignitas, neve magis iræ vestræ cōsulatis, quàm famæ. Nam si digna pœna pro factis eorum reperitur, nouum consilium approbo: sin magnitudo sceleris ingenia omnium exuperat, his vtendum censeo, quæ legibus comparata sunt. Pleriq; eorum, qui ante me sententias dixerunt, compositè

atq;

atq; magnificè, casum Reipubl. miserati sunt: quæ belli sæuitia esset: quæ victis acciderent, enumerauere: rapi virgines, pueros: diuelli liberos a complexu parentum, matres familiarum pati, quæ victoribus collibuissent: fana atq; domos spoliari: cædem, incendia fieri. Postremò armis, cadaueribus, cruore atq; luctu omnia compleri. Sed, per Deos immortales, quò illa oratio pertinuit? an vti vos infestos coniurationi faceret? Scilicet quem res tanta, & tam atrox non permouit, eum oratio accenderet? Non ita est: neque cuiquam mortalium iniuriæ suæ paruæ videntur. multi eas grauius æquo habuère. Sed aliis alia licentia est P.C. Qui demissi in obscuro vitam agunt, si quid iracundia deliquere, pauci sciunt: fama, atq; fortuna eorum pares sunt. Qui magno imperio prædìti, in excelso ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales nouère. Ita in maxima fortuna, minima licentia est: neq; studere, neq; odisse, sed minimè irasci decet. Quæ apud alios iracundia dicitur, ea in Imperio superbia atq; crudelitas appellatur. Ego quidem sic existimo, P. C. omnes cruciatus minores, quàm facinora eorum esse. Sed plerìq; mortales postrema meminère, & in hominib' impiis sceleris eorum obliti, de pœna disserunt, si ea paulò sæuior fuerit. D. Syllanum virum fortem atq; strenuum certò scio, quæ dixerit, studio Reipub. dixisse: neq; illum in tanta re gratiam, aut inimicitias exercere: eos mores eamq; modestiam viri cognoui. Verùm sententia eius mihi non crudelis (quid enim in tales homines crudele fieri potest?) Sed aliena à Repub. nostra videtur. Nam profectò aut metus, aut iniuria te subegit Syllane, Consulem designatum genus pœnæ nouum decernere. De timore superuacaneum est disserere: cum præsertim diligentia clarissimi viri Consulis tanta præsidia sint in armis. De pœna possum equidem dicere id quod res habet; in luctu atq; miseriis mortem, ærumnarū requiem, non cruciatum esse: eam cuncta mortalium mala dissoluere, vltrà neq; curæ, neq; gaudio locum esse. Sed per Deos immortales, quamobrem in sententia non addidisti, vti prius verberibus in eos animaduerteretur? An quia lex Porcia vetat, aut aliæ leges? Item condemnatis ciuibus non animam eripi, sed exiliū permitti iubent? An quia grauius est verberari quàm necari? Quid autem acerbum aut nimis graue est, in homines tanti facinoris conuictos? Sin quia leuius est, qui conuenit in minori negotio legem timere, cùm eam in maiore neglexeris? At enim quis reprehēdet? quod in parricidas huius Reipubl. decretum erit? tempus, dies, fortuna, cuius libido gentibus moderetur? illis meritò accidet

cidet, quicquid euenerit. Cæterum vos P.C. quid in alios
,, statuatis, considerate. Omnia mala exempla ex bonis initiis
,, orta sunt. Sed vbi imperium ad ignaros ciues, aut minus bo-
,, nos peruenit, nouum illud exemplum a dignis & idoneis,
,, ad indignos & non idoneos transfertur. Lacedæmonij, de-
uictis Atheniẽsibus, triginta viros imposuêre, qui Rempub.
eorum tractarent. Hi primò cepêre pessimum quenq;, & o-
mnibus inuisum, indemnatum necare. Ea populus lætari,
meritô dicere fieri. Pôst, vbi paulatim licentia creuit, iuxta
bonos & malos libidinosè interficere: cæteros metu terre-
re. Ita ciuitas seruitute oppressa stultæ lætitiæ graues pœnas
dedit. Nostra memoria victor Sylla, cùm Damasippum & a-
lios huiusmodi, qui malo Reipub. creuerant, iugulari iussit:
quis nõ factum eius laudabat? homines scelestos & factio-
sos, qui seditionibus Rempubl. exagitauerant, meritò neca-
tos aiebant. Sed ea res, magnæ initium cladis fuit. Nam, vti
quisq;, aut domum, aut villam: postremò vas, aut vestimen-
tum alicuius concupiuerat, dabat operã, vt is in proscripto-
rum numero esset. Ita illi, quibus Damasippi mors lætitiæ
fuerat, paulò post ipsi trahebantur: neq; prius finis iugu-
landi fuit, quàm Sylla omnes suos diuitiis repleuit. Atq; ego
,, hoc non in M. Tullio, neq; his temporibus vereor. Sed in ma-
,, gna ciuitate multa & varia ingenia sunt. Potest alio tempo-
re, alio Consule, cui item exercitus in manu sit, falsum ali-
quid pro vero credi. Vbi hoc exemplo per Senatus decretũ,
gladium Consul eduxerit, quis illi finem statuet? aut quis
moderabitur? Maiores nostri, P.C. neq; consilij, neque au-
daciæ vnquam eguêre: neq; illis superbia obstabat, quò mi-
nus aliena instituta, si modò probauerant, imitarentur. Ar-
ma atq; tela militaria à Samnitibus, insignia Magistratuum
à Thuscis pleraq; sumpserunt. Postremò quod vbiq; apud
socios aut hostes idoneum videbatur, cum summo studio
exequebantur: imitari, quàm inuidere bonis malebant. Sed
,, eodem illo tempore Græciæ morem imitati, verberibus a-
nimaduertebant in ciues: de condemnatis summum sup-
plicium sumebant. Postquam Respub. adoleuit, & multitu-
dine ciuium factiones valuêre, circumueniri innocentes, a-
lia huiusmodi fieri cepere: tunc lex Portia, aliæq; leges pa-
ratæ sunt: quibus legibus damnatis exilium permissum est.
Hanc ego causam, P.C. quò minus nouum consilium capia-
mus, inprimis magnam puto. Profectò virtus atq; sapientia
maior in illis fuit, qui ex paruis opibus tantum imperium
fecêre, quàm in nobis, qui ea bene parta vix retinemus. Pla-
cet igitur eos dimitti, & augeri exercitum Catilinæ? Mini-
mè:

mè: sedita censeo, publicandas eorum pecunias, & ipsos in vinculis per municipia habendos, quæ maximè opibus valent: ne quis de his postea ad Senatum referat, néve cum populo agat: Qui aliter fecerit Senatum existimare, eum contra Rempub. & salutem omnium facturum.

ORATIO SVPERIORI PROXIMAE RESPONDENS MARci Porcij Catonis.

Ex eadem Salustij coniuratione Catilinaria.

RESOLVTIO.

QVemadmodum pro lenitate in puniendis coniuratis C. Cæsar pugnauit: ita Cato, sententiam rogatus, seueritatem adhibendam esse monet: Cæsaris rationibus refutatis, non custodiis perpetuis, non bonorum publicatione, non exilio, sed morte esse mulctandos Catilinæ socios ostendit. Argumenta Cæsaris 1. de iracũdia & crudelitate magistratui in puniendo vitanda, obseruanda lenitate ac clementia refutatur: primum vituperatione illorum, qui in delictorum excusationibus, vocabulis abutuntur: vitia virtutum nominibus induunt: deinde enumeratione damnorũ, quæ ex indulgentia oriri in Repub. solent: tum exaggeratione magnitudinis delictorum: postremò instituti & consilij praui notatione, quod qui paucis parcere sceleratis volunt, bonos perdere omnes minimè dubitant. Argumentum 2. Cæsaris de genere supplicij & morte, quasi illa miseriarum solummodo finis, mala cuncta dissoluat, post illam neq; curæ, neq; gaudio locus relinquatur, ideoq; non morte, sed vel exiliis, vel carceribus perpetuis coniurati mulctandi, diluitur reprehensa impietate Cæsaris, qui statuere videatur falsa esse ea, quæ de inferis sceleratorumq; pœnis à prudentibus tradita sunt. 3. De bonorum publicatione & custodia perpetua, supplicio grauiori, quàm ipsius mortis refellitur periculi comparatione, quod maius in custodia metuẽdum: siquidem in municipiis captiui si detineantur, res moliri nouas & audaces atq; improbos inuenire facilè queant à quibus liberentur. 4. De maiorum consuetudine, qui noluerint suos in ciues aliter, nisi exilio & bonorum publicatione animaduerti, vertitur quoq; à Catone, & ostenditur maiores alia Rempub. ratione auxisse: industria scilicet domestica: iusto imperio: animo in consulendo libero, non libidinibus, aut amori obnoxio. Deinde causæ enumerantur, quæ Resp. corrumpunt, euertunt: cuiusmodi sunt: luxuria, auaritia, egestas publica, priuata opulentia, honos ac magistratus partus, non virtute, sed ambitione, nullum inter bonos ac malos discrimen, neglectio deniq; Reipub. cura & studium rerum priuatarum. Vnde concluditur: mirum non esse Catilinam & alios cõtra Rempub. conspirare. 5. Et postremum, de Consulis diligentia, au-

xiliis promptis, paratis præsidiis · vnde collegit Cæsar, opus minimè esse: Catilinam eiusdemq; in vrbe socios metuere: tollitur inficiatione, idq; planum redditur: Senatum reuera periculum metuere: nec in hoc fiduciam vllam, sed inertiam animiq; mollitiem esse: simul docetur, quænam parari auxilia possint: Argumenta refutantia hæc sunt. Confirmantia, quibus obtinere vult Cato: vt non exiliis aut custodiis perpetuis: sed capitali pœna Catilinarii afficiantur, sunt: quòd 1. in patriam coniurarint non vulgares, verùm nobilissimi homines, ducem habeant Catilinam, fortem virum: vocarint in societatē Gallos, strenuos & maximè infensos Romano nomini: ideoq; nō leuiter rem agēdam, aut cunctatione vtendum. 2. Peccarint hîc non adolescentes imperiti, sed viri ac senes: & peccarint, non temeritate quadam aut ambitione, sed malitia. 3. Torquatus Gall.co in bellō ne quidē filio suo pepercerit, verùm necare eum iusserit: quod contra imperium in hostem pugnasset: ideoq; multo magis Catilinarii parricidæ puniēdi. 4. Coniurati improbi per totam vitam extiterint: in pœnis constituendis non præsens solum factum perpendendum: verum etiam anteacta vita examinanda. 5. Periculum ingens Reipubl. immineat: ac propterea non committendum: vt longa deliberatione interposita vires coniuratio assumat. Ad ἦθος & conciliationem faciunt: amoris ac beneuolentiæ in patriam declaratio: indicatio pietatis: iustitiæ significatio: notatio prudentiæ. Metus odium & timor: quorū illud in coniuratos excitatur detectione insidiarum in patriam totamq; Rempub. hic oritur, denunciatione malorum & periculorum, quæ in Catilinariis parentibus vrbi metuenda. Tractatio & collocatio horum quatuor constat partibus: Exordio 1. partim attentioni, partim beneuolentiæ accommodato: quarum illa res magnæ propositione: hæc repræhensione conciliatur eorum qui ante sententiam dixerant. 2. Refutatione argumentorum Cæsaris. 3. Confirmatione, quæ probantia argumenta complectitur. 4. Conclusione, repetitionem & sceleris coniuratorum, & pœnæ continente. Loci sunt de leuitate & misericordia intempestiua: Rerumpub. incrementis ac decrementis earundemq; euentis: labore ac industria in Repub. capessenda adhibenda. Ἦθος est cum in deliberatione refutandi, qui in animaduertendo lenitatem ac clementiam vrgent.

I. LONGE mihi alia mens est, Patres Conscripti, cum res atq; pericula nostra considero, & cum sententias nonnullorum ipse mecum reputo. Illi mihi disseruisse videntur de pœna eorum, qui patriæ, parentibus, aris atque focis suis bellum parauêre. Res autem monet, cauere ab illis magis,
,, quàm qui in illos statuamus consultare. Nam cætera male-
,, ficia tum persequare, vbi facta sunt: hoc nisi prouideris ne
,, accidat: vbi euenit, frustra iudicia implores: capta vrbe, nihil

hil reliq. fit victis. Sed per Deos immortales vos, ego appel-
lo, q. semper domos, villas, signa, tabulas vestras pluris quam
Rẽpub. fecistis, si ista cuiuscũq; modi sint quę amplexámini,
retinere, si voluptatibus vestris otiũ præbere vultis, exper-
giscimini aliquãdo, & capessite Rẽpub. Nunc nõ agitur de
vectigalibus, neq; de sociorũ iniurijs: libertas & anima no-
stra in dubio est. Sępenumero P.C. multa verba in hoc ordi-
ne feci: sæpe de auaritia & luxuria nostrorũ ciuium questus
sum, multosq; mortales ob eã causam aduersos habeo. Qui
mihi atq; animo meo nullius vnquã delicti gratiã fecissem,
haud facilè alterius libidini malefacta condonabam. Sed ea,
tametsi vos parui pendatis, tamẽ Respub. firma erat, opulẽ-
tia negligentiã tolerabat. Nunc verò nõ id agitur, bonis ne,
an malis moribus viuamus: neq; quantũ, aut quam magnifi-
cũ imperiũ P.R. sit. Hîc mihi quisquã mansuetudinẽ & mise-
ricordiã nominat? Iam pridẽ equidẽ nos vera rerũ vocabu-
la amisimus: quia bona aliena largiri, liberalitas: malarũ re-
rũ audacia, fortitudo vocatur: eò Respu. in extremo sita est.
Sint sanè, quoniã ita se mores habẽt, liberales ex sociorũ for-
tunis: sint misericordes in furibus ærarij: ne illis sanguinem
nostrũ largiantur: & dũ paucis sceleratis parcunt, bonos o-
mnes perditũ eant. Benè & cõpositè C. Cæsar paulò antè in
hoc ordine de vita ac morte disseruit: credo, falsa existimans
ea quæ de inferis memorãtur, diuerso itinere malos à bonis,
loca tetra, inculta, fœda atq; formidolosa habere. Itaq; censuit
pecunias eorũ publicãdas, ipsos per municipia in custodijs
habẽdos, videlicet timens ne si Romæ sint, aut à popularib.
coniurationis, aut à multitudine conducta, per vim eripian-
tur. Quasi verò mali atq; scelesti tantummodo in vrbe, & nõ
p totã Italiã sint, aut ibi nõ plus posset audacia, vbi ad defen
dendũ opes minores sunt. Quare vanum equidẽ hoc consi-
lium est, si periculũ ex illis metuit: si in tanto omniũ metu
solus nõ timet, eò magis refert, me mihi atq; vobis timere.
Quare, cũ de P. Lentulo, cæterisq; statuetis, pro certo habe-
tote, vos simul de exercitu Catilinæ, & de omnibus cõiura-
tis decernere. Quantò vos attentius ea agetis, tantò illis ani-
mus infirmior erit. Si paululũ modò vos languere viderint,
iam omnes feroces aderunt. Nolite existimare maiores no-
stros armis Rempub. ex parua magnã fecisse: si ita res esset,
multò pulcherrimã eam haberemus: quippe sociorum atq;
ciuium, præterea armorũ atq; equorum maior nobis copia,
quàm illis est. Sed alia fuẽre, quæ illos magnos fecẽre, quæ
nobis nulla sunt. Domi industria, foris iustum imperiũ: ani-
mus in consulendo liber, neq; delicto, neq; libidini obno-

,, xius. Pro his nos habemus luxuriam atq; auaritiam: publicè egestatem, priuatim opulentiã: laudamus diuitias, sequimur inertiam. Inter bonos & malos nullũ discrimen est. Omnia virtutis præmia ambitio possidet. Neq; mirũ: vbi vos separatim sibi quisq; consiliũ capitis: vbi domi voluptatibus, hic pecuniæ, aut gratiæ seruitis. Eo fit, vt impetus fiat in vacuam Remp. sed ego hæc omitto. Coniurauêre nobilissimi ciues patriam incendere, Gallorũ gentem infestissimam Romano nomini ad bellũ accersunt. Dux hostium cũ exercitu supra caput est: vos cunctamini etiã nunc? & dubitatis, quid intra mœnia deprehensis hostibus faciatis? Misereamini censeo: deliquere homines adolescentuli per ambitionem: atq; etiam armatos illos dimittatis. Næ ista vobis mansuetudo & misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam conuertetur. Scilicet res ipsa aspera est: sed vos nõ timetis eam, imò verò maximè. Sed inertia & mollitia animi, alius alium expectantes cunctamini: videlicet, dijs immortalibus confisi, qui hanc
,, Rempub. in maximis sæpe periculis seruauêre. Non votis,
,, neq; supplicijs muliebribus Deorũ auxilia parantur: vigilan-
,, do, agendo, benè consulendo, prosperè omnia cedunt, vbi
,, socordiæ te atq; ignauiæ tradideris, nequicquam Deos im-
,, plores: irati, infestiq; sunt. Apud maiores nostros Iul. Manlius Torquatus, bello Gallico filium suum, quod is contra imperiũ in hostem pugnauerat, necari iussit: atq; ille egregius adolescens, immoderatę fortitudinis, morte pœnas dedit. Vos de crudelissimis patricidis quid statuatis cunctamini? Videlicet cætera vita eorum huic sceleri obstat. Verum parcite dignitati Lentuli: si ipse pudicitiæ, si famæ suæ, si dijs & hominibus vnquam illis pepercit. Ignoscite Cethegi adolescẽtię, nisi alterum iam patria bellum fecit. Nam quid ego de Gabinio, Statilio, Cepario loquar? quibus si qd pensi vnquã fuisset, non ea cõsilia de Repub habuissent. Postremò P. C. si mehercule peccato locutus esset, facilè pateret vos ipsa re corrigi, quoniã verba mea contemnitis. Sed vndiq; circumuenti sumus: Catilina cum exercitu in ciuitatis faucibus vrget: alij intra mœnia, atq; in sinu vrbis sunt hostes: neq; parari, neq; consuli quicquam potest occultè, quo magis properandum est. Quare ita censeo, cùm nefario cõsilio sceleratorum ciuium Respub. in maxima pericula venerit: siq; indicio T. Vulturtij, & legatorum Allobrogũ conuicti confessiq; sint, cædem, incendia, aliaq; fœda atq; crudelia facinora in ciues patriamq; parauisse, de confessis sicuti de manifestis rerum capitalium, more maiorum supplicium sumendum.

HOR-

ADHORTATIO AD INIVRIARVM OBLIVIONEM ET ΑΜΝΗΣΤΕΙΑΝ ac Concordiam.

Ex Lib. Dionis Rom. Hist. XLIV.

ORATIO CICERONIS IN SEnatu Romæ habita.

RESOLVTIO.

HABITA hæc Romanum ad Senatum Oratio à M. T. Cicerone fuit post interfectũ C. Iulium Cæsarem: cum trepidaret ac tumultuaretur populus: in Capitoliũ Brutus, Cassius & alij percussores fugissent: Magister Equitum Lepidus forum militibus occuparet: variæ à variè affectis Senatoribus sententiæ dicerentur in Senatu: Respub. summũ videretur in periculũ ac discrimen adducta. Est autem in hac totus Cicero vt ostendat: memoriã discordiarum obliuione sempiterna delendã ac colendam pacem nõ ad arma veniendum esse. Argumenta hãc ad sententiã probandam illa adhibentur: quòd. 1. Pacis ac cõcordiæ studiũ plura & maiora bona atq; cõmoda Respub afferat, quàm discordia, & iniuriarum propulsatio vi & armis facta. 2. Exempla tum recentia, tum è vetustate petita doceant, plus pacẽ ac concordiam, quàm vltionem ac vindictam vi factam posse: id quòd septem: monstratur exemplis seditionũ, discordiarum & bellorũ intestinorum in Repu. & descriptione præsentis status vrbis. 3. Athenienses quoq;, cum ciuilibus assiduis agitarentur, decretum fecerint: vt obliuionẽ sempiterna iniuriæ, & data acceptaq; mala delerentur. 4. Fortunæ, vt omnibus alijs in rebus, ita bello maximè, incertitudo atq; inconstantia magna, ideoq; ei non nimium etiã bona in causa fidendum sed paci ac concordiæ studendum. 5. Seditiones, tumultus, bella ciuilia multis magnisq; incommodis Rempub. afficiant: id quod exemplis itidem planum fit seditionum ac bellorum ciuilium Romana in Repub. & enumeratione eorum, quæ in his exaggerari solent. Huius generis sunt: primò iactura pecuniarũ, tam publicarũ, quàm priuatarum: secundò præstantium virorũ interitus: tertiò cædes fortium virorũ, propter odium priuatum, & quidẽ indignè illata à sicarijs, in ædibus proprijs, in vijs, in foro, in curia, in Capitolio, in tẽplo: quartò illata ita, vt nulla vel sexus, vel ætatis ratio habeatur: postremò crudelitas maior, quàm quæ ab hostibus, imò bestijs exerceri potest. 6. Respub. occasiones nunc habeat optimas pacis ac concordiæ instituendæ: declinandi quoq; mala & incõmoda, quæ è ciuilibus bellis proficiscũtur: quia malum adhuc recens: quia paucorũ coitio facta: quia, qui sunt commoti, placari facilè possunt: si, vel metus tollatur, vel spes remoueatur victoriæ aut commodorum. Sunt argumenta hæc, quæ ad iniuriarum obliuionẽ ac concordiam hortantur: refutantia duo sunt: quorum vnũ ad rem & causam pertinet: alterum Ciceronis personam concernit. Obijciebatur enim

à Bruto, Cassio, alijsq; Cæsaris percussoribus peccatū grauiter, ideoq; pœnas ab his sumendas esse: deinde his Ciceronem fauere: eò quod ante Cæsarem fuerit secutus: ac propterea sententiam pro reconciliatione & iniuriarum obliuione dicere. Ad quæ respondetur: & quidem ad primum, longè melius esse dimittere quam punire Cæsaris interfectores ostenditur his rationibus: quòd 1. Tempora sint periculosa: exacerbati animi: propè adsint tumultus: eamq; ob rem non conducat in disquisitionem iam Cæsaris necem vocare, aut eiusdem punire authores velle. 2. Conuocatus sit Senatus, nō vt exquisitè iudicat, aut de causa certa cognoscat: sed vt deliberet, quo pacto pacata ac tranquilla Res esse publica queat. 3. Modo facili ac commode res constitui possint: si ad nonnulla conniueatur: remittatur aliquid de summo iure: ad imitandum parentum exemplum proponatur, qui in liberorum suorum educatione non exactè cuncta inquirunt, sed multa dissimulant, quædam etiam conniuendo prætereunt. 4. Peccarint quidem Cæsaris interfectores, sed & multa sint, quæ in Cæsare eiusdemq; sectatoribus reprehēdenda. 5. Qui ius vrgent strictum, authores esse soleant seditionum, tumultuum, bellorum ciuilium: vt, æquitati contra qui student, hæc omnia mala auertant. 6. Quemadmodum grandines, exundationes aquarum, huius generis alia, pro diuina homines pœna habēt, nec vindictam, aut vltionē hic vllam quærunt: ita seditiones, tumultus, intēstina dissidia pro pœna diuina habenda, obliuione quoq; obruenda potius, quàm armis sumptis, aut vindicanda, aut renouanda. 7. Necessitudinis denique ac cognationis sit cogitatio suscipiēda: cū omnes Romani vnius atq; eiusdem gentis & Reipub. ciues: ideoq; nō mutuis armis sese cōficere, sed paci ac cōcordiæ studere debeant. Ad conciliandū valent: cū de Senatoris officio in dicenda sententia Cicero agit: officiū suum sed sine arrogantia & ostentatione commendat: æquitatis ac concordiæ sese amantem profitetur: Antonij Lepidi, atq; aliorū Cæsaris amicorū mentionē nullam facit: præcisione quoq; vtitur: ne de pace agēs, inconsideratè turbis materiam suppeditet. Motus, qui hac in oratione dominantur, sunt: Mansuetudo & Clementia, quæ excitatur, cū ostenditur: vtrinq; peccatū esse: inter dissidentes partes, non cognitione modò intercedere: verùm etiā alia ad hominum animos conglutinandos accommodata. Deinde Metus, qui oritur enumeratione malorū, quæ reformidanda, nisi locum reconciliatio inueniat. Postremò Spes & cōfidentia, quæ suscitatur commemoratione maiorum bonorum, quæ ex pacis ac concordiæ studio expectanda Absoluitur verò horum collocatio & tractatio quinq; partibus: prima Exordio *partim beneuolentiæ, partim attentioni accommodato: quarum illa conciliatūr descriptione officij boni Senatoris, & commendatione animi in Rempub. prompti ac parati; hæc paratur proposita vtilitate & magnitudine rei, de qua agendi. Altera Propositio ipsam adhortationē ad iniuriarū obliuionum ac pacē & concordiā habet. Tertia huius argumēta atq; rationes*

tiones cōplectitur. Refutatio quarta has ipsas diluit. Postrema Cōclusio excusatione breuitatis & reiectione cōstat aliorū, de quibus etiam consultandū videbatur. Loci hic communes obseruandi: de Senatorum in sententia dicenda officio: de reconciliationis, pacis, concordiæ studio: de fortunæ incertitudine etiā bona ac iusta in causa: de malis atq; incōmodis dissidiorū, factionū, seditionū, bellorum intestinorū. Visus, cum esse autores alijs in Repub. volumus, vt amicè, pacatè, concorditer inter se viuant: si qua damna data, illatæ iniuria, obliuione perpetua sepeliantur.

OMNIBVS ego, patres conscripti, in consultationibus I.
neq; gratiā spectandā, neq; odia esse existimo, sed eam “
vnumquenq; sententiā debere dicere, quā ipse optimā esse “
censeat. Quippe iniquum fuerit, quum prætores cōsulesq; “
nostros omnia ex præscripto rectæ rationis agere iubeamus, “
iis, quibus etiā fortuna præstāda sit, si quid minus rectè gesserint, “
nos in deliberādo, vbi suā quilibet sententiā in sua potesta- “
te omninò habet, priuatarū cupiditatum causa commodū “
Reipub. prodere. His ego de causis, quum arbitrer semper
nobis in consilio capiendo æquitatis rationē habendā esse,
ideo magis in præsenti negotio nobis faciendū censeo: quod
video nos, si omissis nō necessarijs rebus cōcordiam seruemus, saluti nostræ cōsulere, aliosq;, etiā nolentes nobis coniungere posse. Vereor aūt ne male: sed initio orationis nolo
quicquā durius dicere. Superioribus quidē temporibus aliquandiu is fuit Reipub. status, vt eam ij, qui plurimum armis
possent obtinerēt: ipsi nobis quid decernendū esset præscriberent, nō nos quid ipsis agendū esset perspiceremus. Nunc
eò res redierunt vt nostra sint omnia potestate, penesq; nos
sit potestas, aut cōcordiā, cumq; ea libertatē, aut dissensiones iterū ac ciuilia bella, dominūq; exinde diligēdi. Id enim
Senatus consultū quod hodie facietis, eōs etiā alij sequentur.
Quæ quū, vt quidē mea fert sententia, ita sese habeāt, censeo II.
nobis, omnibus inuicē inimicitijs ac cōtentionibus, aut quicquid id tandē mali est, omissis, ad pristinā illā pacē, amicitiā,
cōcordiamq; redeundū esse: id certè si nihil aliud prætereà, III.
expēdentibus, quòd quādiu his vsi sumus in Republica pro “
curāda, regiones, diuitias, gloriā, sociosq; nobis parauimus: “
postquā ad intestinas clades deuenimus, nō modò nihil no- “
stris rebus accessisse, sed lōgè omnia deteriora facta. Tantū “
verò abest, vt ego aliquid aliud esse existimē quod in præsentiarū salutē vrbi afferre possit, vt, nisi nos cōcordiæ autores
citò, adeoq; iā iā, fiamus, restitui vrbē in integrū nō posse indicē. Vera aūt esse quæ dico, ita cognoscetis, si & præsentē
conditionem inspexeritis, & antiqua memoria repetieritis.

Nonne enim videtis, populum iterum diuidi, diuelliq; alios que hæc, alios diuersa sentientes, in duas iam diuisos partes, bina castra habere? atque hos quidem Capitolium occupasse, quasi terrore à Gallis impendente: alios in foro se ad oppugnandum Capitolium parare quasi Carthaginenses, ipsi, ac non etiam Romani essent? Nonne audistis vt prius quoque sæpius dissensionibus cooriis, alij Auentinum ac Capitolium, alij sacrum montem tenuerint? Atq; hi quoties æquis conditionibus, aut alteri alteris, modicū quicquā de suo iure concedentes, in gratiam rediissent, statim odiorum sine facto reliquum temporis in pace & concordia exegerunt, ita vt multa magnaque bella communi opera feliciter confecerint? quoties autem ad cædes peruenissent, alteri, acceptas iniurias vlciscendi cupiditate, alteri ne qua in re inferiores fuisse viderentur, contendendi studio decepti, nihil vnquam commodum ipsis euenit? Quorsum enim attinet Valerium, Horatium, Saturninum, Glauciam, Grachosque vobis, ex æquo hæc mecum cognoscentibus, pluribus verbis commemorare? Quæ cum exempla non peregrina, sed domestica habeatis, ne cunctemini ista quidem imitari, hæc verò vitare: sed cum res ipsa euentum consiliorum vestrorum comprobatum vobis exhibeat, non iam orationem meam quasi nuda verba, considerate, sed ita accipite, vt quæ Reipub. ex vsu sint, ac ipsa iam re se probent.
„ Neq; enim spē incertam, cogitatione quadā dubia confectā
„ dam, sed certitudinem consiliorum, fidei quodam quasi va-
„ dimonio confirmatam, animo præcipiendam habetis. Ac, quanquam quid vobis in deliberando sit sequendum, à domesticis maiorum nostrorum, quemadmodum dixi exemplis, petere potestis, vt mihi extraneis documentis vtendum esse nō ducā: tamē cum infinita in mediū possim adducere, vnum cōmemorabo optimę antiquissimęq; vrbis, à qua etiā petere leges certas maiores nostri nō dedignati sunt: quod turpe vtiq; sit futurū, nos qui tantum viribus atq; iudicio Atheniēses præstam⁹, in capiēdo cōsilio ab iis superari. Hi verò (de re nota loquor) olim dissidiis ciuilib⁹ agitati atq; hinc bello à Lacedæmoniis attriti subq; ciuiū potentiorē tyrānidem redacti, nō ante exitum suis calamitatibus inuenerūt q̄ pacificatione cōposita, memoriā omnium malorū, q̄ passi erant plurima à se inuicē ac grauissima, abolerent: ita vt iniuriā acceptā non modo iure persequi, sed ne reminisci quidē vlli liceret. Postquā ita resipuerunt, non à tyrānide modò & discordiis liberati sunt, sed cæteris etiā rebus secundis vsi, vrbē suā recuperarunt, deniq; sæpenumero salutem pernitiemq; ipsorum Lacedæmoniorum, Thebanorumq; in sua

manu positam habuerunt. Quod si ij, qui custodibus captis
ex Pirço in vrbem venerunt, de vrbis habitatoribus vindictã
sumere voluissẽt, ob acceptas iniurias: facinus fortassis cau-
sam satis honestã habẽs perpetrassent, mala tamẽ & intulis-
sent multa & accepissent. Nã quidẽ ijs præter suã spẽ supe-
riores facti fuerãt, ita fieri poterat vt rursus inopinatò succũ
berent. Nam in id quidem genus rebus nulla inest constan-
tia nec qui semel præualuit, victoria omnino potitus est: sed
multi, cum suis rebus confiderent, in calamitatẽ inciderunt,
multi vlcisci alios cupientes, ipsi vnà periertũ. Neque enim
qui rebus aduersis premuntur, quantumuis iniuriis aliorũ
sint expositi, semper eam sortem perferunt: neq; potentia,
vt cumq; aliquandiu perduret, semper prospero successu v-
titur: sed vtrunque inopinatæ humanarum rerum vicissitu-
dini, fortunæq; inconstantiæ obnoxium, sæpènumero non
pro sua spe; sed improuisa horum mutatione, momenta ac-
cipit. His igitur de causis quidẽ, atq; ex studio contendẽdi
(vehemens enim est omnis homo, cũ vel affectus est iniuria,
vel affectũ se esse putat) supra vires suas audacia efferũtur, &
vltra quàm robore suo possint, decertandi studio flagrant:
aut superiores se sperantes, aut certè non sine clade inimici
perituros. Hi quidẽ, modò vincentes, modò victi, alternisq;
clades accipiẽtes, edentesq; partim penitus pereũt, partim
misera, atq; (vt prouerbio dicitur) Cadmea victoria potiun-
tur: tuncq; demum sentiunt se malè de rebus suis statuisse,
cum id nihil iam prodest. Quod ita se habere, res ipsa vos
docuit, atq; agedum considerate. Aliquandiu in ciuilibus
seditionibus Marius præualuit: deinde profligatus, copiis i-
terum coactis quid egerit, satis vobis liquet. Similiter Sylla
(vt Cinnam, Carbonemq; & reliquos qui in medio fuerant,
præteream) cum primò potentia præstaret, post superatus,
iterum dominatione potitus, nihil crudelitatis sibi reliquũ
fecit, ne quid iam de Mario iuniore, Cinna, Carboneue dicã.
Post hos Lepidus, quasi vindictam de his sumpturus, pecu-
liarem ipse seditionem excitauit, vniuersamq; propemodũ
Italiam conturbauit. Postquam hoc quoque exonerati su-
mus, nostis quót quantisq; nos incommodis Sertorius, reli-
quiq; exules cum eo affecerint. Iam, vt Catilinã, Clodiumq;
taceam, nonne Pompeius ipseq; Cæsar primò bellũ alter al-
teri fecerunt, ne affinitate quidem eos inhibentes? deinde
innumeris miseriis non vrbem modò, aut Italiam, sed to-
tum ferè orbem terrarum impleuerunt? Mortem ne igitur
Pompeij, ingentemque ciuium istam cladem quies excepit?
Minimè verò, cum & Affrica, & Hispania conscia sint

multitudinis eorum, qui ibi occubuerunt. Quid quod ne sic quidem pacatæ sunt res? latet enim Cæsar ita interfectus: occupatum est Capitoliũ; forum armis repletum est: ,, terror vrbem occupauit. Ita vbi ciues seditiones mouere ,, inceperunt, vimque vi vlcisci student, neque æquitate, ,, humanitatéue vindictam, sed cupiditate armorumque licen ,, tia metiuntur, necessariò calamitates, quasi orbe quodam ,, semper reuoluuntur, continentique successione mala ma- ,, lis redduntur. Res enim secundæ in libidinem mortalibus ,, exundant, vt nullum cupiditatibus modum statuant: contra ,, calamitatibus pressos ira malorum exagitat, vt cum non ,, confestim perierint, vlcisci eos á quibus afflicti sunt concu- ,, piscant: donec animum suum exatient. Reliqua multitudo, ,, etiam si nullam rerum societatem cum his contraxerit, tamen oppressorum misericordia, metuque eiusdem sortis, odioque eius quæ præualuit, ac spe eiusdem licentiæ adipiscendæ miseris opitulatur. Ita fit vt ij quoque ciues, qui neutram partem ante sequebātur, in seditionis partem ipsi quoque alliciantur, aliique subinde aliis, sub specie vltionis (quam semper ij qui oppressi sunt, exigunt) in vindicandis iniuriis succedant: idque malum quasi legitimum iam in orbem recurrat: quibus viribus quum alii aliàs priuati pereāt, ,, ipsam interim Rempublicam omnes ex æquo pessundant. ,, An non videtis quanto temporis spatio nos inuicem bello ciuili attriuerimus: quot & quanta mala exhauserimus? aut quod tandem indignum facinus à nobis prætermissum est? Quis enim numerum inire possit eius pecuniarum multitudinis, q̃ cũ sociis ademissemus, Deos despoliassemus, ipsi supra quàm facultates nostræ ferrent contulissemus, contra nos inuicem impendimus? Quis rationem subducere queat eius virorum multitudinis, quæ periit: non quidem reliquorum istorum quorum summa inuestigabilis est, sed equitum Senatorumque, quorum vnusquisque bellis externis, vel viuens, vel moriens vniuersam ciuitatem seruare potuisset? Quot enim Curtij, Decij, Fabij, Marcelli, Scipiones, occubuerunt? non profectò vt Samnites, Latinos, Hispanos, Carthaginenses ue profligarent, sed vt ipsi pariterque victores interirent. Ac quamuis vel maximè lugendi sunt nobis ij, qui in armis ceciderunt, tamen est cur æquiore animo eorum sit ferendus interitus. Volentes enim (siquidem is ,, velle dici debet, qui metu cogitur) in pugnam progressi sunt, mortemque indignam quidem, sed viro certè dignam oppetierunt, interque spē victoriæ sine sensu mortis occubuerunt. Qui verò in domibus, in viis, in foro, in ipsa curia, Capitolio-

Capitolioque, nec viri tantum, ſed mulieres, neque valida ætate ſolùm, ſed ſenes etiam pueriq; miſerè ſunt trucidati, eorum quis ſatis exitium deplorare poſſet? Quæ cum eiuſmodi ſint vt neque nos prioribus temporibus vnquam ab vniuerſis hoſtibus noſtris tantam pernitiem acceperimus, neque illis intulerimus, quanta nos inuicem affecimus: tamen ab ægrè ferendo hęc, curaque finem iis nobis dignum ſtatuendi, ita abſumus, vt gaudeamus inſuper, ac dies feſtos ducamus, horumque malorum auctoribus benefactorum nomen tribuamus. Ego quidem non hominum nos vi- ” tam hanc, ſed ferarum quarundam, quibus ſe inuicem per- ” dere natura eſt, vixiſſe arbitror. Verum enim vero quid præterita luctu proſequi attinet, quæ infecta quidem nunquam reddemus? quin præſentibus potius rebus proſpiciemus, quarum ego cauſa, præteritorum mentionem feci, non vt communes calamitates (quę vtinam nobis non accidiſſent) commemorem: ſed vt vobis earum ratione habita perſuadeam, vt ſaltem, quod reliquum eſt adhuc, conſeruetis. Ad ” id enim ſolùm recordatio acceptorum malorum conducit, ” vt nos ad cauenda ſimilia incommoda adhortetur. In præſenti autem re id vobis facere maximè licet, initio adhuc huius mali, ac à paucis, etiam num facta coitione priuſquam alteri ſperantes ſe ſuperiores futuros, alteri indignè ferentes ſe abiectos eſſe, inconſideratè ad rem armis decernendā contra ſuum ipſorum commodum efferantur. Ei malo occurrere poteſtis ſine labore, ſine periculo, ſine impenſa, ſine cædibus, ſi hoc vnum decretum feceritis: vt iniuriarum mutuò omnis aboleatur memoria. Non enim id nunc eſt tempus vt ſi quid à certis hominibus peccatum eſt, id in diſqui- IV. ſitionem vocare, arguere, vindicareque expediat. Neque enim de cauſa nunc aliqua cognoſcitis, vt exquiſitè ius dicendum ſit, ſed deliberatis quanam ratione pręſens rerum ſtatus tutiſſimè componi poſſit. Quod fieri non poteſt, niſi ad nonnulla conniueatis: quemadmodum etiam in puero- ” rum vitam non exactè inquirimus, ſed multa diſſimulare o- ” pus habemus: quippe cum mediocria delicta non extremis ” ſint plectenda ſuppliciis, ſed leuiter caſtiganda, iſta nos e- ” tiam qui patres populi, non tantum nomine, ſed re vera, ſu- ” mus omnes, non expedit in omnia curioſè inquirere, ne id noſtra ſtet omnium pernitie. Multa quidem ſunt, quæ Cæſari vitiò verti poſſunt, ita vt iure cæſus videri poſſit, multa etiam crimina obiici eius interfectoribus poſſunt, vt pœna digni exiſtimari queant. Verùm hoc agere, hominum eſt ” nouas ſeditiones expetentium: qui autem rectè conſultum ”

ignaui, artibus malis dediti, rebus nouis studentes: Senatus sibi metuens, de pace ac reconciliatione legatos ad plebem misit, & inter alios Men. Agrippam, qui quod voluit, impetrauit: vt scilicet in vrbē plebs rediret, hisce rationibus atq; argumentis vsus: quòd 1. Senatores & patricij per se & alios legatos remoueant dissidij ac seditionis causam, æris nimirum alieni duram atq; inclementem exactionem, conditiones offerant æquissimas. 2. Necessaria & vtilis sit coniunctio magistratus & subditorum, patriciorum ac plebeiorum: ordo alter alterius auxilio egeat. 3. Populus Rom. educatus probè, studiis imbutus legitimis, virtutum suarum illustria specimina iam plurima in bello et pace dederit: ideoq; fidei fluxæ erga magistratus suos, aut alias malus esse minimè debeat. 4. Senatus Rom. confidat plebi: de eadem spem conceptam eximiam teneat: cum non ab hac postulet: vt iure sese iurando obstringat: non obsides requirat: nō alia fidei pignora flagitet: sed nuda spe & fide concepta omnia postulata concedat. 5 Idem deniq; hic incommodum dissidenti plebi à Senatu ac patriciis, metuendum, quod in fabula, corporis humani partibus à ventre dissidentibus & querelam mouentibus, quasi sese laborantibus, venter otiosus parta omnia consumeret, euenit: vt scilicet officium facere recusantes, vnà cum ventre perirent. Conciliantia, quibus maximè apud imperitum ac rudem popellum & quidem seditiosum ac grunnientem est opus, sunt hac in oratione, quando cum plebe Menenius Agrippa agit populariter: non disputat de iure, non secessionem illius reprehendit & exaggerat, sed rogat, offert se, pollicetur multa benignè, vnicum vrget caput: τὸ συμφέρον vtile: diffidentiam huius cum notat, communicatione vtitur, quæ accōmodatur cum primis cum aliorum taxare vitia volumus: Bruti denique facem ad seditionem præferentis populo perstringit quidem calumnias, sed sine conuiciis: rem indicat, personam non lacerat. Motus tres hic dominantur: spes, amor, mansuetudo. Excitatur spes, cum promissa dantur larga, confirmantur quoq; oppignorationibus & iure iurando. Oritur amor, quando ostenditur eadem bona & mala, cùm patriciis, cùm plebeis expectādæ esse: agitur amicè ac blandè, querelis & accusationibus duris remotis. Mansuetudo tandem locum inuenit, vbi indicat Menenius, nequaquā populum à patriciis contemni ac negligi. Horum verò omnium collocatio ac tractatio constat 1. Exordio ad beneuolentiam & attentionem accommodato: quarum illa conciliatur, cum non pro aliis legatis sese responsurum aut accusaturum plebem Menenius affirmat: sed operam daturum pollicetur, vt, depositis dissidiis pristinam in tranquillitatem Respub. restituatur: hæc paratur, cum ostenditur, liberam legatos cum populo agendi potestatē habere. Confirmatio pars 2. argumenta & rationes continet, quibus animi placari inq; pristinam reduci gratiam posse videbantur. Postrema Conclusio partim dictorum repetitione, partim admonitione absoluitur. Loci hic obseruandi erunt

pacifi-

pacificationibus & reconciliationibus apti: de seditionum ac tumultuum in Repub. causis: iurium [illegible] ac religione: indigentia & necessitate ciuilem societatem seruante: ordinum ciuili in societate coniunctione: magistratuum vtilitate. Vsus erit, quando inter Senatum ac plebem orta dissensiones & factiones componendæ: opera danda vt in pristinam gratiam ordines reducantur.

I. NOs à Senatu missi sumus ad vos, Quirites, nec pro illo responsuri, nec vos accusaturi: (hæc enim nec tempus habere, nec quidquam ad præsentem Reip. fortunam conferre visa sunt) sed modis omnibus daturi operam: vt compositis dissidiis in pristinum ordinem restituatur Respub. Cumq; in hoc potestatem acceperimus liberam, non opus videtur de iure disserere; quod prolixa oratione facit Iuni⁹. Quibus verò conditionibus dissidium humanè possit dirimi, & qua fide pacta nostra confirmari, de his quid ipsi censcamus, audite. Nos animaduertẽtes quamlibet seditionem
II. ,, in quauis ciuitate rectè curari, si tollantur eius causæ, neces-
,, sarium duximus præcipuas huius dissidij causas cognoscere
,, atq; abolere: compertoq; quod inclementer æris alieni exactiones præsentium malorum causæ fuerint, sic eas corrigimus. Qui soluendo nõ sunt, iis omnibus æs alienum remitti æquum censemus. Et si quorum corpora, quod præstitutũ solutioni diem excesserint, ex lege iam tenentur, hæc quoq; placet esse libera. Si qui etiam per iudices addicti sunt creditoribus, & hos liberos esse volumus, eorumq; condemnationes irritas facimus. Et de præteritis quidem contractibus, propter quos hæc secessio videtur facta, ita statuimus: de futuris verò, quidquid vos, populus, & Senatorum consessus communi consilio statueritis, sancita lege ratum fiet. Nonne hæc sunt quæ vos plebeios alienarunt à patriciis; & his impetratis contentos vos fore putabatis, nec quidquã prætereà desiderabatis? dantur nunc vobis: quare ite iam læti in patriam. Ad confirmanda verò hæc pacta, & præstandam vobis securitatem, fides dabitur iis rationibus quæ legitimę ac solennes habentur in omnibus inimicitiarum diremptionibus. Senatusconsulto hæc sancientur, & inter leges asscribentur: vel potius nos hîc scribamus quod videbitur, & Senatus assentiet. Hæc autẽ quæ nunc conceduntur firma fore, nec Senatum post quidquam cõtra moliturum, primùm nos legati vobis spondemus, oppignerantes vobis corpora, & animas, & familias nostras, deinde alij Senatores idẽ facient, quorum in S.C. asscribentur nomina. Non enim nobis inuitis quidquam scribetur, quod plebi officiat: quia nos sumus

Senatus

Senatus proceres, & primi sententias dicimus. Vltima fides est communis omnibus Græcis ac barbaris gentibus, quam ex earum vsu nullum tempus eximet, cum scilicet interposito iureiurando fœdus icitur, diisq; testibus ineuntur pacta; quæ multas priuatorum simultates, multaq; populorū bella finiit: hæc quoque dabitur, siue paucos principes pro toto Senatu iusiurandum interponere permittitis, siue mauultis omnes Senatores, quorum nomina S.C. asscribentur, iurare per omnia sacra, vtiq; se conditiones fœderis seruaturos firmiter. Huiusmodi autem fœdera, dextrasq; ac fidem diis testibus acceptam & datam, calumniari Brute desine, nec è vita tolle pulcherrimum institutum: neq; vos cæteri auscultate memoranti hominum impiorum & tyrannicorum scelera; à quibus Romana virtus abest plurimum. Vnam adhuc dicam nemini vel ignotam vel dubiam; nec addam amplius. Quænam ista est? ea quæ communem vtilitatem inuehit, & alteros per alteros seruat. Hæc nos prima & sola contraxit in vnum, nec vnquam sinet separari ab inuicem. Eget enim semper, nec vnquam desinet egere imperita multitudo prudentibus ducibus: itidem qui præesse possunt & rebus cōsulere, opus habent vulgò quod parere velit: idq; non opinione tantum coniectamus, verùmetiam quotidianis experimentis discimus. Quid igitur terremus & terremur inuicē, alteriq; alteris facessimus negotia? quid modis dictis vtimur? cum bona facta sint præ manibus? cur non obuiis brachiis complexi nos inuicem, abimus in patriam, fruituri pristina charorum consuetudine iucundissima, & suauissimum expleturi desiderium; sed requirimus securitates parum securas, & fides infidas, quasi hostes infensissimi suspicantes omnes in deterius? Nobis quidem senatoribus vna fides sufficit, vos plebeios pòst reditum haudquaquam malos erga nos fore; quod scimus vos probè educatos esse ac legitimis studiis imbutos, cæterarumq; virtutū bello & pace sæpe illustria dedisse specimina. Quod si videtur fides ad componendas res & confirmandam meliorem spem necessaria, nos certè vobis bene fidimus, nec requirimus à plebe, vel iusiurandum, vel obsides, vel alia fidei pignora: vobis tamen nihil eorum quæ poscitis denegabimus. Atq; hæc de fide suffecerint, ob quam nos Brutus conatus est traducere. Siqua verò in vobis residet haud æqua inuidia, malasq; vobis de Senatu cogitationes persuadet, libet nonnihil hac quoque de re dicere, quod vos, Quirites, per deos oro vt quieti & attenti audiatis. Videtur ciuitas humano corpori similis: vtrumq; enim compositū est, & multis constat partibus.

,, tibus,quarum singulæ nec eandem vim habent, nec vsus pa-
res exhibent.Iam si per se quæq; humani corporis pars pro-
prium sensum itemq; vocem accipiat, deinde seditione in-
ter eas orta,reliquæ omnes contra vnum ventrē conspirent,
,, dicantq́; pedes,totum sibi corpus incumbere, tum manus,
,, opificia se exercere ,victum comparare, cum hostibus pu-
,, gnare,aliasq́; multas vtilitates in commune conferre : item
,, humeri,onera se baiulare omnia ; os,loqui se, caput,videre
se & audire,cōplexuq; suo cōtinere reliquos sensus omnes,
per quos corpus & res ceteræ conseruentur, deinde ventri
dicant, Tu verò bone venter, quid horum facis ? aut quam
nobis refers gratiam, quod emolumentum ? immo tantum
abest vt aliquid agas & nobiscum expedias in communes
vsus,vt etiam officias & interturbes, nec ferendus sis nobis,
cogens ministrare tibi & vndecunq; conquirere quæ tuas
cupiditates expleant : age asseramus nos in libertatem , &
excutiamus tot occupationes quas sustinemus huius gratia.
Si sic visum eis sit, & nulla posthac faciat suum officiū, fie-
ríne vllo modo poterit vt corpus diu duret, ac non intra
paucos dies fame consumatur, genere mortis pessimo ? ne-
,, mo negari potest.Eodem sane modo & de ciuitate cogita-
,, te,nam & hanc conficiunt multa hominum genera inter se
,, dissimilia ; quorum quodq; proprium aliquē vsum in com-
,, mune confert,sicut membra suo corpori: quidam agros co-
,, lant ; alij pro his contra hostes pugnant ; alij mercaturam e-
,, xercentes, per mare important multa commoda ; sunt qui
,, necessaria tractant opificia : quod si hæc omnia ciuium ge-
,, nera contra Senatum ex optimatibus constantem insurgen-
,, do dicerent ; Tu verò quid nobis boni facis ? cur aliis impe-
rare postulas ? non enim vllam causam afferre potes : nun-
quamne nos vindicabimus ab hac tua tyrānide,ac sine prin-
cipe degemus ? hæc,inquam,si animū inducerent, & à con-
suetis studiis desisterent,quid vetabit hanc ciuitatem malā
malè perire fame,bello,aliisq́; omnibus calamitatibus ? Di-
III. scite igitur Quirites, sicut in nostris corporibus venter iste
vulgò male audiens, alit corpus dum alitur, & seruat dum
seruatur, estq́; velut commune penuarium, suum cuiq; tri-
buens, conseruansq́; pacem omnium : ita in ciuitatibus dis-
pensantem publica Senatum & quid cuiq; conueniat pro-
uidentem,omnia seruare, tueri, corrigere : & desinite inui-
diosas in eum voces iactare,expulsos vos patria per eum,vt
errones & mendicos vagari.Nihil enim mali vobis fecit, nec
faciet : immo vocat & orat, pandensq́; vnà cum portis vl-
nas vos exceptat.

AD-

ADHORTATIO AD FRATERNAM CONIVNCTIONEM & concordiam.

Ex Xenophontis lib. 8. Pædiæ Cyri.

ORATIO CYRI MORTI vicini ad filios.

RESOLVTIO.

CVm Persarum rex Cyrus iamiam ex hominibus sibi abeundum esse intelligeret, conuocatis consiliariis & amicis præcipuis vltimam suam voluntatem declarauit, interq; duos suos filios hæreditatē ac imperium distribuit: ita quidem vt in Monarchia Cambises succederet, Tenaaxores verò Med. Armeniorū, Cadusiorum esset Satrapa. Quæ res discordiæ suppeditare materiam videbatur. Itaq; vt hanc euerteret Cyrus, præsentibus amicis ac cōsiliariis instituti sui rationes reddidit: simul etiam egregiis rationibus ad concordiam est filios suos hortatus. Quod 1. Iuniores in imperio natura maioribus fratribus cedere, res sit vetusta, & legibus consentanea, æqua atque vtilis: quia maior in natu maioribus experientia: his etiam more Persarum à iunioribus alij honores exhibeantur. 2. Distributio hæc hæreditatis esse meritò grata iucundaq; filiis debeat: cum molestiis ac laboribus magnis filios liberet: siquidem regna & imperia comitantur multa, quæ difficultatibus & curis non carent: cuiusmodi sunt: amor & cupiditas rerum magnarū ac difficilium, cura et sollicitudo assidua, æmulatio rerum ab aliis gestarum, maxime maioribus & antecessoribus, & insidiæ, quæ crebrò magistratibus struuntur. 3. Amici, fratres, sanguine iuncti alij soli, qui regna atq; imperia conseruent, ideoq; beneuolentia & beneficentia retinendi. 4. Fratres & cognati alij præ reliquis nobis vtiles ac fidi magis quàm alieni: quia ex eodem semine nati: ab vna eademq; matre educati: contubernales à pueris eadem in domo enutriti: eosdem habent parētes: iisdem bonis fruuntur: quæ magna amicitiæ ac concordiæ vincula sunt. Huc alia accedant quod qui fratris curat salutem, suam curat: nec qui fratres aut cognatos habent potentes ac beneuolos aliorum sunt iniuriis expositi: neque etiam ibi inuidia locum inuenire potest, vbi primas fratres aliiq; sanguine iuncti tenent. 5. Nihil gratum iucundumq; magis parentibus esse queat, quàm pax & concordia inter fratres. 6. Rixæ ac concordiæ fratrum DEI iram & pœnas excitent. 7. Hæ ipsæ quoq; turpitudinis maculā inurant, efficiant, vt parū secunda fama hominū vtātur: neq; quisquā fidem illi vult adhibere, quē necessitudine coniunctissimos iniuria afficere videt: nec etiā verisimile est, eos cum aliis posse tranquillè ac pacatè viuere, q cum fratribus sanguineq; iunctis aliis simultates ac inimicitias gerūt. 8. Contētiones, rixæ, dissidia, semp aliis obfuerint, pfuerit cōtra cōcordia & amicitia. His absolutis ad māda-

ta Cyrus

ta Cyrus accedit, quæ dat liberis de corporis humatione; corporis ante obitũ tactu: inuitatione Persarũ ac sociorũ ad sepulturã: liberalitate & magnificentia declarãda. ibi næ cõciliantia sunt: cum verè & filios & amicos sese amare Cyrus profitetur. Nam postulare deinde ab his se iniqua, noua, inusitata, sed legitima, vetera, vera, indicat. Tum piè admodum ac religiosè sequitur de animæ immortalitate, Senatorum post hanc vitã pœnis, Dei cùm potentia, tùm prouidẽtia, mortuorũ felicitate. Motus sunt 1. Pudor, qui excitatur, quãdo indicat Cyrus, quæ ad ea, infamia secutura, nisi paternis meritis locum filij reliquerint. 2. Spes, quæ oritur, cum recensentur commoda, quæ fraterna ex amicitia & charitate proficiscuntur: vt 3. Metus accẽsus malorum enumeratione, quæ è fratrum dissidiis manant ac profluunt. Tractatio absoluitur Exordio: Narratione confecta occasionis & rerum gestarũ Cyri. Deinde Propositione, in qua & quibus de rebus, & cur sit acturus, Cyrus ostendit. Tum Confirmatione, in qua ad concordiam filios idem aliquot argumentis hortatur: simul etiam exponit, quid post obitum fieri suum velit. Postremò Cõclusione, quæ valedictiones amicas ac patheticas habet: cuiusmodi eorum esse solent, qui ex hac emigrare vita incipiunt. Loci sunt: de felicitate humana: magistratu & imperio: fratrum concordia: immortalitate animarum: numinis diuini metu: sepultura. Vsus cum mori vicini, vtilibus necessariis præceptis liberos nostros instruere: eosdẽ ad concordiã hortari volumus.

I. INSTAT iam, filij, ac vos amici, qui adestis, vitæ meæ finis: quando id multis indiciis certo cognosco. Vos autem, vbi vitam cum morte commutauero, de me sic & verbis, & factis sentire debetis, vt qui beatus sim. Nam & cum puer essem eorum, quæ illa in ætate præclara existimantur, fructũ mihi consequutus esse videor: & adolescens, eorum quæ habet adolescentia: & maturam ad ætatem vbi perueni, eorum quæ virilis ætas habet. Quin & cum temporis progressu meas vires adaugeri videbar animaduertere. Quo factum est, vt senectam meam adolescentia nũquam imbecilliorem factam esse senserim: neq; vel expetisse me animo meo, vel aggressum quidquam memini, cuius nõ factus compos sim. Animo quidem certè fortunatos per me factos vidi: hostes in seruitutem redactos, patriam antehac nullo in Asia clarã imperio, nunc dignitate principe ornatam relinquo: quæ deniq; sum consequutus, eorum nihil non conseruasse me scio. Et quanquam antehac nihil non ex voto mihi succederet, tamen, quia comes mihi metus erat, ne quid in futurũ vel viderem, vel audirem, vel paterer rei grauis, non is mihi concessit, vt prorsus elato animo essem, vel effusè lætarer. Nunc si moriar, vos quidem, filij, quos mihi Dij nasci voluẽres, fa-

re, superstites relinquo, & patriā & amicos itidem relinquo fortunatos. Qui possit igitur fieri, vt non ego beatus meritò prædicer, & æterna hominum memoria celebrer? Est autem II.
mihi declarandum hoc quoq; cui regnum relinquam, vt ne id relictum in ambiguo negotia vobis facessat. Complector III.
equidem, filij, pari vtrumq; beneuolentia: verùm & consilio prouidere, & Ducis officio fungi quacunq; in re vsus postulet, eum iubeo qui natu maior est, vsum rerum maiorem de cōsentanea quadam ratione habet. Equidem, vt ab hac mea ,, vestraq; patria sum institutus, natu maioribus nō modò fra- ,, tribus, sed ciuibus etiā in vijs, subsellijs, sermonibus ceden- ,, dū esse: sic & ipse, filij, ab initio vos institui, vt natu maiori- ,, bus principē honorē deferatis, & vicissim à minoribus honore vobis debito fruamini. Quamobrē ita quæ à me dicūtur accipite, vt qui tùm prisca, tùm moribus recepta, atq; etiam legibus cōsentanea proferā. Ac tuum quidē, Cambyse, regnū esto: Dijs illud ac me tibi largientibus, quantum quidem in me est. Tibi verò Tanaoxare, hoc concedo, vt Medorum, & Armeniorū, & Cadusiorum Satrapa sis. Quæ tibi cū largior, maius quidem imperium & regni nomen fratri me tuo natu maiori relinquere arbitror: tibi verò felicitatē magis omnis ægritudinis expertem. Nam qua lætitia humana cariturus sis, equidem non video. Nimirū vniuersa, quæ hominibus adferre voluptatē possunt, tibi sunt adfutura. Cæterùm amorem, operū factu difficilium, & multarum rerum occupationem, & alienam à quiete vitæ rationē, pungente animū æmulatione rerum à me gestarū, & insidiarum molitionē, earundemq; structurum ab alijs metū. Hæc igitur necesse est illum, qui regno potietur, magis quàm te comitentur. Atq; hæc, sat scito, multis lætitiam occupationibus interumpunt. Te quoq;, mi Cambyse, scire volo, non aureum ,, hoc sceptrum esse, quod regnū tibi cōseruet: sed amici fide- ,, les regibus, & verissimum, & tutissimum sceptrum sunt. At ,, verò non à natura putabis homines te fidos habiturū. Nam ,, ea si ratio valeret, ijdem omnibus fidos sese declararent, sicut & alia nobis à natura indita, eadem conspiciuntur esse erga omnes: sed fidi qui sint, eos abs quouis homine comparari necesse est. Comparantur autem non illi quidem vi, ,, sed potius beneficentia. Quamobrem, si voles & alios tibi ,, adiungere, qui in conseruandi regni quasi societatem veniant, nequaquàm aliunde initium facito, quàm ab eo, qui loco tecum eodem ortus est. Nam & ciues exteris magis sunt nobis coniuncti: & contubernales ijs: qui nobiscum eodem in contubernio non viuunt, At qui codē sanguine prognati

alij ab eadem matre: iisdem in ædibus creuerunt, & ab iisdem parentibus diliguntur, eundemq; tùm patrem, tum matrem appellant, qui fieri possit, vt non omnium sint coniunctissimi? Ne igitur ea bona, per quæ Dij fratres mutuam ad coniunctionem deducunt, frustra vobis esse concessa patiamini, sed super hæc ipsa continuò facta quædam alia beneuolentiæ & amoris extruite: quo fiet, vt amicitia vestra semper sit inuicta. Nimirum sui ipsius curā gerit, qui fratri prospicit. Nam cui frater adeò est ornamento, vt fratri? Quis hominem præstantem honore tanto prosequetur, quanto frater? quemnam aliquis magis metuat, si fratrem potentem habeat, atq; ipsum fratrem? Quamobrem nemo te celerius huic obediat, nec alacrius ad ipsum veniat. Nam neq; secundæ nec aduersæ res huius ad quenquam magis propriè pertinent, quàm ad te. Hoc etiam consideres velim, cuinam gratificaturus maiorē te initurum gratiā sperare debeas, quàm si gratificeris fratri? Cui opem ferens belli socium firmiorē tibi adiunges? Quem turpius est non amare, quàm fratrem? Quemnam omniū pulchrius est honore anteuertere, quàm fratrem. Si vel solus frater, mi Cambyse, locum apud fratrem principem obtineat, nequit ad eum pertingere aliorum inuidia. Quare, per Deos patrios, filij, prosequimini vosmet honore, si quidem vllum vobis cordi est gratificandi mihi studium. Non enim scire vos arbitrari debetis, me posteaquam viuendi finē fecero, nihil futurum. Nam ne modò quidē animum meū cernebatis, sed esse eum depræhendebatis ex ijs, quæ agebat. An necdum animaduertistis, quos terrores illorū animi, qui vim & iniuriam passi sunt homicidis incutiant? quos scelerum vindices nefariis immittant? An'ne duraturos fuisse putatis extinctorū honores: si nihil eorū animis iuris ac potestatis reliquum esset? Equidem, filij, nequaquā persuaderi mihi vnquam passus sum, animum quamdiu mortali corpore cōtineatur, viuere: posteaquā ab eo diremptus sit, mori. Nam animum video his morti obnoxijs corporibus, quamdiu in eis degat, vitam impertiri. Ne id quidem persuaderi possum, non sapere animum posteaquā ab hoc insipiente corpore separatur: sed cum à corpore secreta est pura mens & integra, tum eam sapientissimam esse, vero maximè consentaneum fuerit. Cum dissoluitur homo, non est obscurum, ad res sui generis singula commigrare, extra vnum animum: qui neq; dum adest, neq; dum discedit, cernitur. Animaduertistis nihil esse morti homini similius somno. At per somnum maximè hominis animus diuinitatem suam declarat, atq; etiam futura prospicit: quippe qui

tum

tum(vti quidem apparet)maximè ſit liber. Quare ſi hæc ita ſunt, quemadmodum mihi perſuadeo:&,ſi animus hoc corpus relinquit,reuerititi animum meum, quæ vos rogo præſtate. Sin hæc ita non ſunt, ſed animus,& manet in corpore,& cum eo interit: vos tamen Deos qui immortales ſunt, & intuentur,& poſſunt omnia,ordinemq; vniuerſitatis huius accuratum, integrum, & extra omnem errorem poſitum,quæ pulchritudine atq; etiam magnitudine inexplicabilem conſeruarit. Deos ergo pertimeſcite,vt nihil impij,nihil nefarii vel committatis,vel deliberetis.Poſt Deos vniuerſam hominum nationem : quæ perpetua ſucceſſione continuatur, reueremini. Nam Dij vos caligine quadam non tegunt, ſed actiones veſtras in omnium mortaliũ luce verſari neceſſe eſt: quæ ſi puræ ſecretæque ab iniuſticia fuerint, potentes vos inter vniuerſos homines reddent. Sin quid alter in alterum iniuriæ cogitaueritis, apud omnes homines fidem amittetis. Nam nemo poterit amplius vobis credere,tametſi magnoperè cupiat,ſi videat affici illum iniuria, qui ſit amicitiæ iure cõiunctiſſimus. Itaq; ſi ſatis ego vos doceo,quales voſmet erga vos gerere debeatis,rectè eſt: ſin autem,ab ijs ſaltẽ diſcite,qui ante nos extitêre,quæ doctrinæ ratio optima eſt. Nam multi parentes erga liberos, multi erga fratres in amore cõſtantes fuêre,nonnulli etiam his contraria inter ſe mutuò deſignarunt. Vtris igitur animaduerteritis ea, quæ perpetrarunt,profuiſſe: illorũ ſi facta prætuleritis alteris, rectè vobis conſulueritis. Ac de his quidẽ iam fortaſſe ſatis. Cęterùm corpus meum,filij, cum diem in terris ſupremũ clauſero,nec in auro condite, nec in argento,nec vlla in re alia,ſed terræ quamprimùm reddite. Quid enim beatius, quàm in terrã abdi, quæ omnia præclara, bona omnia profert ac nutrit? Equidẽ cætero qui ſtudioſus hominum fui,iamq; adeò perlubenter mihi videor eius rei particeps futurus, quæ in homines eſt benefica. Enimuerò deficere me videtur animus ea parte,qua(ſeu conſentaneum eſt)omnes deficere incipit. Quamobrẽ accedat, ſi quis veſtrûm vel dextrã meam vult cõtingere,vel in oculos viuentis adhuc intueri. Vbi verò obuelatus fuero,ne quis hominũ,mei filij,corpus meum videat,ac ne vos quidẽ ipſi,etiã atq; etiã oro. Perſas quidem omnes, ac ſocios meum ad monumentũ euocate, quo mihi gratulẽtur:cui iã in tuto agẽti nihil accidere mali poſſit,ſiue adeò cũ æterno numine fuero,ſiue in nihilũ redigar. Quotquot aũt venerint,hos illis beneficiis affectos,quæcunq; infortunati hominis funere ſolẽne eſt exhiberi,dimittite. Deniq;,hoc ex me poſtremũ memineritis:ſi benefici in amicos

IV. fueritis, etiã in hostes vobis animaduertendi facultatẽ fore. Valete filij carissimi, atq; idem matri meis verbis renunciate. Itidem omnes amici, qui adestis & abestis, saluete.

ADHORTATIO AD CONCORDIAM INTER FRATRES conseruandam.

Ex Ioannis Dubrauij Boëmicarum Historiarum libro VII.

ORATIO BRETISLAI MORTI Vicini ad Boëmiæ Proceres.

RESOLVTIO.

CVm hac è vita migrandum sibi esse Bretislaus Boëmus animaduertisset, proceribus suis lecto astantibus, suam de successione supremam voluntatem exposuit: eosdem est hortatus: inter filios concordiã vt conseruarent. Argumenta inde sumuntur: Quod 1. vno excepto horum ad munera tùm publicè, tùm priuati in obeunda idonea. 2 Dominandi cupiditas sæpe transuersos homines agat atq; officiat, vt fraternam beneuolentiam violent. 3. Mutua plurimorum defensio ad retinendum bonum, malum auertẽdum plurimum possit: prosit cõsiliũ communiter sine assentatione datum. Conciliationi inseruit indicata spes præclara de proceribus concepta, quàm fallere turpe. Motus timor, qui excitatur incommodis notatis, quæ è fratrum oriri dissidijs solent. Collocatio & tractatio constat: propositione. 1. προοιμίῳ adhortatoria, vt prouideant proceres, quò coniunctio & concordia inter fratres etiam post obitum suum conseruetur. 2. Confirmatione, quæ huius rationes ac argumenta continet. 3. Conclusione, quæ expositionẽ habet postremæ suæ voluntatis de successione, eamq; non nudè institutam, sed tam naturæ, quàm gentium iure munitam. Loci duo hic obseruandi: de fratrum fouenda & conseruanda mutua concordia & coniunctione: & successione legitimã natu maximis concedenda. Vsus, cum morti vicinus rex aut princeps quis consiliarijs ac proceribus suis de successione decretum aperire, eosdem hortari vult: vt concordiæ & pacis filijs suis authores ac suasores sint.

I. PRo me vno, etiamsi ego vobis nunc auferar, quinq; filios, Spitigneum, Vratislaum, Conradum, Otthonem, Iaromirum vobis superstites relinquo: hi facilè desiderium mei leuare poterunt. Illud potius vobis curandum omniq; ratione prouidendum erit, vt ea, quæ nunc est inter fratres coniunctio concordiaq;, post obitum quoq; meum perdu-
II. ret inuiolata. Nam quę sit illorũ ætas videtis, ea nimirũ, quæ siue publico, siue priuato muneri obeundo, iam pridẽ habilis

bilis habetur: extra vnũ Iaromirium, in quẽ pœdagogus adhuc suo fungitur officio. Vt igitur nullus de hoc metus sit, ne quid per imbecillitatẽ ætatis noui moueat: ita valde metuendũ, ne maiores natu fratres dominandi cupiditas transuersos agat, fraternamq; violet beneuolentiã: si fortè vnusquisq; ad principatũ aspirare, quàm alij loco cedere contẽderit: immemor verborũ DOMINI dicentis: Omne regnum in se diuisum desolabitur. Sed quanquã meliorem ego spẽ mihi de filijs meis spondeam, ipsos videlicet sua sponte ab omni dissidio domestico esse temperaturos, cũ omnes rem maximè impiam esse sciant, fratrem fratri moliri insidias: tamen mutua defensio, multò mihi tutior videtur: vt in qua multi, quæ in rem communem sint consulere, viq; maiore malum arcere possint, si absq; assentatione æquos & iustos consiliarios, defensoresq; communiter præstiterint. Cuiusmodi ego cũ vos fore confidam, occultare præsentibus nolo, quale decretum quondam inter filios decreuerim: nihil vtiq; noui aut insoliti statuens: sed, quod ordo primùm naturæ, dein ius gentium præscribit, id confirmans: nempe, vt ex filijs, ne alius ad paternã regni successionẽ, nisi natu maximus ꝓuehatur: ceteri fratres, sorte quoq; sua cõtenti sint. IIII.

ADHORTATIO AD PACEM ET RECONCILIATIONEM inter collegas.

Ex Liuij libro XL.

ORATIO Q. CAECILII METELLI AD M. Lepidum & M. Fuluium censores declaratos.

RESOLVTIO.

Breuis, sed elegans hæc Metelli Oratio est, in qua censores delecti monentur: vt priuatis inimicitijs ac simultatibus depositis, in gratiam redeant, amicè viuant ac concorditer. Argumenta hanc ad rem accommodata afferuntur: quòd 1. Aequum sit, vt, quos suffragijs suis populus cõiunxit, illi etiam gratiæ inter se reconciliatione cõiungantur. 2. Censores, qui arduo ac difficili simul munere funguntur, vno eodẽq; & animo, & consilio administrare teneantur. 3. Magistratũ apud Romanos initurí hoc immortalibus à dijs petere soleant: vt res illa nõ solum sibi, verũ etiam collegis suis prosperè feliciterq; eueniant: ideoq; curandum, vt id velle quoq; sese homines intelligant: quandoquidem qui aliud petunt à dijs, aliud verò re & factis declarant, non verè & ex animo petere illud videntur. 4. Bella finiantur, ex hostibus infensissimis sæpe aut socij fideles, aut etiã ciues interdum fiãt: ac propterea priuatæ magis simultates deponẽdæ. 5. Prouerbium si vetus & tritũ:

amicitias immortales: mortales inimicitias esse debere. Conciliantia sunt: cũ admonitiones atq; adhortationes, sua natura parum gratæ ac iucũdæ mitigantur, translatione culpæ in alios, qui hisce dissidijs atq; simultatibus censorũ offendantur: προλήψει, occupatione, ne quid cõtra horum figi dignitatem & authoritatem videatur: cum horum sit regere ac monere alios, non ab alijs regi ac moneri: laudatione vtriusq; censoris: indicatione causarum instituta admonitionis, ἀπολογίας denique; reiectione. Motus sunt Timor, qui sub obscura malorum denunciatione excitatur, quæ reformidanda, si inimicitias inter se gerere cẽsores perrexerint. 2. Pudor qui incutitur, cum turpe fore ostenditur, si contra vota alere simultates censores velint. 3. Amor qui oritur, cum studiorum & laborum similitudo indicatur, colliguntur alia, quæ hominum beneuolentia cõglutinare animos consueuerunt. Tractatio & collocatio horum consiat. 1. Exordio προλήψει, occupatione facto, qua censorum in monendo offensio vitatur. 2. Propositione, quæ ἀξίωσιν petitionem habet. 3. Confirmatione in qua ad concordiam adhortationis argumenta ponuntur. Loci sunt notandi: de modestia & verecunda superiorum admonitione: collegarum concordia & reconciliatione: votis ac precationibus. Vsus, cùm reconciliandi ac in gratiam reducendi non priuati homines, sed qui ad Reimpub. gubernacula sedent: vno quoq; ac eodem simul munere funguntur.

I. NON obliti sumus Censores, vos paulò antè ab vniuerso P.R. moribus nostris præpositos esse: & nos à vobis, & admoneri, & regi, non vos à nobis debere. Indicandum tamẽ est, quid omneis bonos in vobis aut offendat, aut cer-
II. tè mutatum malint. Singulos cum intuemur, M. Aemyli, M. Fului, neminem hodie in ciuitate habemus, quem si reuocemur in suffragium, velimus vobis prælatum esse. Ambos cũ simul aspicimus, non possumus nõ vereri, ne malè cõparati sitis: nec tantum Reipub. prosit: quòd omnibus nobis egregiè placetis, quàm quod alter alteri displicetis, noceat. Inimicitias per annos multos vobis ipsis graues & atroces geritis: quæ periculũ est, ne ex hac die nobis & Reipub. quàm vobis grauiores fiant. De quibus causis hoc timeamus, multa succurrunt quæ dicerentur: nisi fortè implacabiles vestræ
III. iræ implicauerint animos vestros. Has vt hodie, vt in isto templo finiatis simultates, quæ sumus vos vniuersi: & quos coniunxit suffragijs suis P.R. hac etiam reconciliatione gratiæ coniungi à nobis sinatis. Vno animo, vno consilio legatis Senatũ, equites recenseatis, agatis cẽsum, lustrum condatis. Quod omnibus ferè precationibus nuncupabitis verbis, vt ea res mihi collegæq; meo benè & feliciter eueniat: ita, vt verè, vt ex animo velitis euenire: efficiatisq;, vt quod Deos

precati

precati eritis, id vos vel etiã homines credamus, T. Tatius & Romulus in cuius vrbis mediq; foro acie hostes cõcurrerãt, ibi concordes regnarunt. Non modò simultates, sed bella quoque finiuntur: ex infestis hostibus plerumque socij fideles, interdum etiam ciues fiunt. Albani diruta Alba Romam traducti sunt: Latini, Sabini in ciuitatem accepti. Vulgatum illud quia verum erat, in prouerbium venit: *Amicitias immortales, inimicitias mortales debere esse.*

ADHORTATIO AD RECONCILIATIONEM ET CONCORdiam mutuam inter collegas

Ex Georgij Buchanani rerum Scoticarum Lib. XI.

ORATIO SCOTIAE PROREGIS Alexandri Leuistonij ad eiusdem Cancellarium Vvilhelmum Chrichtonium.

RESOLVTIO.

CVM Iacobo Scotiæ rege optimo à sceleratissimis hominibus morte crudelissima affecto, filius huius vnicus eiusdem nominis vix dum septimum annum ingressus, ad regnum gubernandum idoneus minimè esset: à proceribus Alexander Leuistonius prorex est constitutus: Cancellarius creatus Vuilhelmus Chrichtonius. Verum cõuentu vix soluto dissidia & contentiones inter hos ipsos ortæ longè grauissimæ atque pernitiosissimæ fuerunt: sed tandem compositæ, cum de cõsilio amicorum & virorum bonorum ac publicæ salutis amãtium ad reconciliationem atque concordiam prior Alexander prorex est Cancellarium Chrichtonium his argumentis cohortatus, quod 1. Animorum ista dissensio ac discordia & publicè regno, & priuatim ipsis damnum dare possit 2. Horum duorum in interitum alia alij sibi proposita habeant, inuidia laborent ipsi, vtpote homines noui, summos ad honores euecti. 3. Non melior atque gloriosior hostes vlciscendi ratio quam hæc ipsa reconciliationis & concordiæ reperiatur. 4 Hoc modo optimè consilia ac cogitationes eorum ad publicam vtilitatem conferri queant. 5. Rationes aliquando sint reddendæ de credita commissaque cum regis incolumitate, tùm regni salute. 6. In futurum, vt plebs nunc aduersa, deinceps eos amet ac vereretur: ad modestiam nobiles, sanitatẽ potentiores reducantur. 7. Grata iucundaq; nominis memoria ad posteros transmittatur. 8. Imò sunt & conciliantia dissensionis ac discordię ort[æ] causa non vsque adeo turpis asseritur: dissensio sentẽtiæ ac consilij publica in salute procuranda atq; proac-

henda: ἐπιείκειαν post suam & moderationem ostendit: conditiones pacis & concordiæ longè æquissimas proponit. Motus spes, & huic contrarius Metus est: quarum illa commodorum pacis & concordiæ mutuæ commemoratione: hic discordiæ, dissidiorum, contentionum ob oculos constitutis malis excitatur. Collocatio & tractatio horum constat 1. Exordio reiectione facto deplorationis status Scotici regni miserabilis, & malorum ex intestina discordia ortorũ, vel etiam commodorum pacis ac concordiæ. Habet pars altera confirmatio argumenta, quibus ad reconciliationem & concordiam mutuam Pro rex Alexander Cancellarium Chrichtonium hortatur. Conclusio huius conditiones & πάθος spei bonorum, quæ ex animorum coniunctione atque conciliatione expectanda: obtestationem denique grauem continet. Loci obseruandi: de causis dissensionum & discordiæ publicis in officijs & muneribus: malis, quæ ex dissidijs & contentionibus Magistratus eosdem gerentiũ, manant ac proficiscuntur: inuidia hominum nouorum, ad dignitates & honores euectorum: inimicis summa nostra cum laude atq; gloria vindicandis: publica salute promouenda: priuatarum iniuriarum memoria obliteranda: honoris spoliatione, pro leuatione oneris habenda: condonatione delictorum publicæ salutis gratia. Usus erit, cum de reconciliatione & concordia illorũ agendum, qui ad Rerumpub. gubernacula sedent: muneribus & officijs publicis funguntur.

I. NIHIL, in presentia necesse esse arbitror, vt, aut longiore oratione, quę omnibus plus satis nota sunt, deplorem, aut mala commemorem, quæ ex intestina discordia, bonaúe, quæ ex concordia redundent. Vtinam ea potius externis exemplis, quàm domesticis experimentis, nobis cognita essent. Ad ea veniam, quæ ad salutem omnium ciuium perti-
II. nent, sed tamen nos proximè attingunt. Hæc animorum, inter nos, dissensio, quanquam neque ab auaritia, nec dominandi libidine sit profecta, sed quòd in summa rerum administranda, quas vterque nostrum saluas esse vult, aliter ego atque tu sentiam: magnopere tamen prouidendum, ne illa nostra discordia publicè regno, priuatim nobis adferat perniciem. Omnium enim oculi in nos coniecti sunt: scelerati rerum omnium licentiam, ambitiosi honores, opes, & crescendi copiam, in nostrum duorum interitu sibi proponunt: inuidentium tanta multitudo est, quantam homines nouos in summo gradu collocatos habere necesse est. Hi omnes, vt i successibus nostris dolent, & res prosperas calumniantur, ita aduersas libenter accipiunt, & exitium nostrum sperant & optant, quò magis operæ pretium est, vt & nostræ incolumitati, quæ cum publica coniuncta est, consulamus, & ini-

& inimicos cum summa nostra gloria vlciscamur. Vna ad id ,,
ratio est, si priuatas obliuiscamur iniurias, omnia nostra cō- ,,
silia & cogitationes conferamus ad publicam vtilitatem. ,,
Meminerimus, Regis incolumitatem nostræ fidei commis- ,,
sam, regni salutem ita nobis creditam; vt rationibus obnoxij simus. Igitur, veluti antea prauo studio certauimus, vter nostrum honoribus & auctoritate auctior esset, ita in posterùm contendamus, vter moderatione & iustitia alterum antecedat: ita demum efficiemus, vt plebs, quæ nunc aduersa est, & nobis calamitates imputat suas, nos amet & reuereatur. Nobilitas, quæ nostris discordiis freta, in effrenem prorupit licentiam, ad modestiam reuocetur: potentiores, qui dissidentium contemnunt autoritatem, metu consentiētium ad sanitatem reuertantur. Quod ad me attinet, Re- III.
gis tenellam ætatem, quam pater viuens tibi regendam tra- ,,
didit, libēter permitto. Eam enim functionem, quoties me- ,,
cum diligentius expendo, non me honore spoliatum, sed ,,
onere leuatum existimo. Priuatim si quam abs te accepi ,,
iniuriam, eam publicæ salutis causa libenter condono: si quam feci, bonorum virorum arbitratu satisfaciam: neque commitam posthac, vt mea, vel damna, vel emolumenta publicam vtilitatem remorentur. Idem si tibi videbitur, securus in pręsentia vterque agemus, & memoriam nostri iucundiorem posteritati relinquemus. Sin aliter sentis, omnes homines, & præsentes, & futuros testes facio, per me non stetisse, quo minus, quibus nūc laboramus, mala vel sanentur, vel aliqua saltem ex parte leuentur.

ORATIO SVPEPIORI PROXIMAE RESPONDENS VVILhelmi Crichtonij Scotiæ Cancellarij.

Ex Georgij Buchanani rerum Scoticarum Libro. X I.

RESOLVTIO.

Compellatus à prorege Scotiæ Alexandro Leuistonio de concordia & reconciliatione Crichtonius regni Cancellarius hac Oratione respondet, & ad eam promptum ac paratum sese esse ostendit: Rationes, quæ afferuntur, sunt: quod 1. *Discordia manente ac gliscente publica mala & incommoda oriuntur plurima.* 2. *Non optimo sint in loco res priuatæ, vtraque ex parte .*3. *Aequum iustumque sit: vt iniuriæ priuatæ condonentur, ciuium incolumitas ac salus cunctis aliȩ*

anteponenda. ἠθικὸν & ad conciliandum accommodatum est: quod non difficilem se ac Cancellarius præbet.: non odiosè atque alte simultatum repetit causas: nec etiam de sua magis, quàm publica salute solicitū sese esse indicat. Collocatio & tractatio absoluitur ἐνδείξει γνώμης, sententiæ indicatione beneuolentiæ conciliandæ gratia instituta: deinde confirmatione, quæ rationes & argumenta continet, cur non pertinaciter resistendum, sed admittenda concordia ac reconciliatio sit postremò conclusione, quæ ἀποδίωξιν reiectionē habet altæ repetitionis causarum discordia exortæ: & professionem atque declarationem obliuionis iniuriarum & constantis pacis ac concordiæ. Loci hic obseruandi: de publica salute atque incolumitate priuatis vel commodis vel incōmodis aut iniurijs anteponenda: malis, quæ tam publicè, quam priuatim oriuntur, dum inter se viri magni & ad Reipub. admoti gubernacula, simultates & inimicitias gerunt. Vsus erit, cum ad concordiā & reconciliationem præbere nos faciles: huius quoq; nostri instituti rationes in medium afferre honestas volumus.

EGo, vt inuitus ad hoc certamen descendi: ita honestæ
I. concordiæ mentionem non inuitus audio. Et quemadmodum arma non, nisi iniuria lacessitus, indui: ita modestia prouocatus: non committam: vt mea pertinacia commodis publicis obstare videatur. Video enim, hac nostra dis-
II. cordia optimum quenque prauorum iniuriis expositum: seditiosorum animos in spem nouarum rerum erectos: patriā in medio prædæ relictam: regiam dignitatem imminui: salutem prodi: autoritatem infirmo cuique esse ludibrio. Neque dum communem prodimus, priuatæ nostræ res meliore in loco sunt. Interim enim & nos hominibus, turbandarum rerū cupidis, quæstui sumus, & inimicis iucundū præbemus spectaculum (vtrunque enim oderunt ex æquo) & quantuncunque alterutri decedat, tantam ad suas opes ac-
III. cessionem fieri arbitrantur. Itaq; non repetam altius simultatum causas, ne retractando antiqua recrudescant vulnera. Illud breuiter profitebor: mea me omnia priuata incōmoda & iniurias patriæ remittere: ciuium incolumitate nihil vnquam aut fuit, aut erit mihi antiquius.

DEHORTATIO AB ΑΥΤΟΧΕΙΡΕΙ'Α & cæde propria.

Ex Fl. Iosephi de bello Iudaico Lib. III.

ORATIO IOSEPHI AD SOCIOS.

RESOLVTIO.

Iotapata à Romanis deuicta atq; occupata, multi, qui circum Iosephum ea erāt in vrbe lecti, cum viderent Romanorum sese neminē

occidere posse: ne Romanorum manibus trucidarentur, in extrema vrbis parte congregati, semetipsos interfecerunt: quadraginta insignes viri vna cum Iosepho profundum quendam in puteum sese demiserunt: cui amplum adiunctum specus à latere erat: quod supra scrutantes videre non possent. Verum proditi per captam quandam mulierem, Iosephus quidem per Nicanorem ad Vespasianum vocatus: reliqui intentis ei gladijs necem minari cœperunt, si Romanis pareret: de αὐτοχειρίᾳ & cæde propria consilium inierunt. A qua dehortatus illos Iosephus hisce argumētis est: quod 1. αὐτοχειρία nō dissociādæ inter se res amicissimæ, corpus & anima. 2. Romani parcant Iudæis hostibus suis: ideoque multò magis hi sibi ipsis parcere debeant. 3. Non solùm timidus is iudicandus, qui mori recusat, cum est opus, sed etiam qui, quando non est opus, vult mori. 4. Propter mortis metum incertum nolint ad Romanos è specu ascendere, & tamē sibi ipsis hanc irrogare minimè dubitent. 5. Non possint seruitutis vitandæ gratia manus sibi violentas inferre, cum iam amissa libertas sit. 6. Non fortis, verùm ignauissimi hominis seipsum necare. 7. Etiam à communi animalium natura illud discrepet & alienum sit. 8. Summum hoc modo scelus committatur in ipsum D E V M, creatorem, cuius donum contēnitur, ac despicitur. 9. Pessimus in alijs habeatur, qui depositum, aut surripuerit, aut pessimè tractarit. 10. Fugitiuos seruos heri prosequantur & vlciscantur, quanto magis qui optimum D E V M fugiunt, dominum suum impij iudicandi. 11. Ideoq; D E V S iniuriam hanc per nepotes quoq; vlciscatur. 12. Tales deniq; etiā post mortē ignominiosè tractentur. Ad ἦθος ac conciliationem facit, cum timiditatis aut etiā leuitatis atq; incōstātiæ à sese suspicionem Iosephus remouet: piè ac grauiter de cæde propria agit. Motus Timor est excitatus indicatione incōmodorū, turpitudinis, infamiæ, quæ αὐτοχειρίαν sequuntur. Collocatio & tractatio absoluitur. 1. Exordio in προλήψεως facto, in quo refelluntur, quæ de mortis fuga, timiditate, incōstātia obijci poterāt. 2. Cōfirmatione, quæ argumēta propriam cædē dissuadentia cōtinet. 3. Conclusione, repetitione argumentorum præcipuorum & ἀποστροφῇ adhortatione absoluta. Loci notandi de libertate pugnando defendenda: nece propria quouis modo fugiēda. Vsus cū hortari volumus eos, qui extremas in angustias redacti desperatione quadam sibi ipsis vim ac manus inferre cupiunt: ne crimine tanto sese polluant ac D E V M, iustum offendant.

QVID tantopere ô socij, propriæ cædis auidi sumus? aut cur amicissimas inter se res, corpus & animam in dissensionē vocamus? Mutatum me esse quispiam dicet, sed Romani hoc sciunt. Optimum in bello mors? sed lege belli, hoc est á victoribus trucidari. Proinde siquidem Romanorum ferrum deprecor, verè meo gladio, meaq; manu sim dignus. Sin illi hosti suo parcendum putant, quanto iustius nos ipsi nobis pepercerimus? Quippe stolidum est ea

circa nos admittere, pro quibus ab illis dissensimus. Pulchrum enim esse pro libertate mori, & ipse fateor: pugnando tamen, & illorum manibus, qui eam præripuere: nunc autem neq; prælio nobis obstant, neq; nos interficiunt. Iidem autem timidus est habendus, qui mori non vult cùm opus est, & qui vult, cum non oportet. Præterea quis nos metus prohibet ad Romanos ascendere? nempe mortis. Ergo quæ ab hostibus dubiè suspecta formidini est, eam certã ipsi nobis irrogabimus? Verùm seruitutem dicet aliquis, valde quidem nunc liberi sumus. At viri fortis est semet oc-
» cidere? Imò verò ignauissimi, quantum opinor. Nam & gu-
» bernatorem timidissimum puto, qui tempestatem metuẽs,
» ante vim turbinis nauem spõte submergit. Quin etiam pro-
» pria manu perire, à communi omnium animalium natura
» discrepat. eoq; modo in creatorem nostrum DEVM sum-
» mum scelus admittitur. Nullum est animal, quod ex industria, vel per se moriatur: siquidem naturæ lex validissima, vt velint viuere, in omnibus sita est: idcirco & qui nobis adimendũ id putant, hostes ducimus, & quos nostros insidiato-
» res putamus pœna persequimur. DEVM verò indignè ferre
» non arbitramini, cum donum eius homo despiciat? Ab illo
» enim accepimus vt essemus: rursumq; vt esse desinamus, illi
» reddendum est. Corpora quidem cunctis mortalibus sunt,
» ex caduca materia fabricata: anima verò semper immorta-
» lis est, Deiq; particula in corporibus collocata. Si quis ergo
» depositum humanis surripuerit, aut malè tractauerit, pessi-
» mus statim ac perfidiosus habetur. Si DEI depositũ ex pro-
» prio corpore quis eiecerit, cum se latuisse quem læserit æsti-
» mabit? Et seruos quidem fugientes vlcisci, iustum creditur,
» quamuis nequaquã dominos fugerint: ipsi verò DEVM fu-
» gientes, & optimum DEVM, impiè facere non videbimur? An ignoratis quòd eorum qui lege naturæ vita exeunt, acceptumq; DEO debitum soluunt, cum id qui dedit recipere voluerit, perpetua laus domusq; ac familia stabiles sunt? puræ autem & quæ inuocantes exaudiant animæ, retinent locum in cœlo adeptæ sanctissimum: atq; inde rursum, voluentibus seculis, casta corpora iubentur incolere. Quorum verò manus in seipsos insanierunt, eorum animas tenebrosior Orcus suscipit. Pater autem illorum DEVS autores iniuriæ per nepotes, vlciscitur. Hinc & DEO inuisum est, & à sapientissimo legis nostræ conditore coërcetur. Deniq; si qui se occiderint, apud nos quidem vsque ad solis occasum insepultos abiici decretum est, cùm etiã hostes sepeliri fas esse ducamus: apud alios autem & dextræ iubẽtur abscindi eius-

eiuſmodi mortuorum, quæ in ipſos armatæ ſunt: quoniam vt corpus ab anima, ita manum eſſe à corpore alienam exiſtimarent. Pulchrum eſt igitur, ô ſocij, iuſta ſentire: neque III.
humanis cladibus addere; vt creatorem omnium impietate lædamus. Si ſalui eſſe volumus, ſalui ſimus. Nec enim ſalus apud eos ignobilis eſt, quibus tantis virtutem operibus demonſtrauimus: ſin mori placet, ab his occidi perpulchrũ eſt, qui nos ceperint. Non migrabo ego in hoſtium locum, vt ipſe mei proditor fiam. Multò enim ſtolidior ſim, quam qui ad hoſtes vltrò profugiunt. Siquidẽ illi ſalutis ſuæ cauſa id faciunt: ego verò interitus, & quidem mei. Romanorum tamen inſidias votis expeto. Nam ſi me & poſt iunctas dextras perimãt, magno animo paratoq; moriar, mendacij perfidiam pro victoriæ ſolatio mecum auferens.

DEHORTATIO A FOEDIS LIBIDINIBVS.

Ex Liuij lib. 30. ab vrbe condita.

ORATIO P. SCIPIONIS AD Maſiniſſam regem.

Resolvtio.

VXorem Syphacis iam capti à Romanis deperire Maſiniſſam regem ex ipſo Syphace P. Scipio cognouit; ideoq; à turpibus illis atque fœdis libidinibus hiſce rationibus dehortatus eſt: quòd 1. ipſe cum aliis virtutibus, tùm temperantiæ maximè & libidinum continentiæ ſtudeat. 2. Laudatus aliàs ſit rex Maſiniſſa, ideoq; prauis cupiditatibus gloriam deformare ſuam non debeat. Non tantum periculum ab hoſtibus armatis, quantum voluptatibus metuendum. 4. Vt cuncta alia Syphacis, ita quoq; vxor eius Sophroniſba Romanorũ præda: ideoq; de hac illis ſtatuendum. 5. Hæc ipſa pœna digna, quæ maritum ſuum Syphacem, à Romanis alienarit, & ad arma contra hos ſumenda impulerit. Idoneà ſunt & accommodata ad conciliandum: cum Maſiniſſæ regis virtutes Scipio commendat: de ſuis modeſtè loquitur: ne amicum pudore ſuffundat, crimen ipſum non nominat, ſed ſe cum ipſum vult reputare. Motus αἰχυών verecundia eſt, quæ cogitatione libidinosè intemperanterq; factorum excitatur. Collocatio ac tractatio abſoluitur Exordio, quod commendationem perſonæ tùm Scipionis, tùm Maſiniſſæ habet. Deinde Confirmatione, quæ dehortationis à libidinibus rationes complectitur. Poſtremò Concluſione ἀποτροπῇ facta: ne bona multa vno vitio, meritorũ plurimorum gratiam culpa magna deformet ac corrumpat. Loci communes hic obſeruandi, de laude temperantiæ & continentiæ: victoria à voluptatibus domitis reportata: laude virtutum cupiditatibus atq; libidinibus prauis

non

non deformanda. Vsus erit cum fadis à voluptatibus ac incontinentia dehortari reges atq; principes volumus.

I. ALIQVA te existimo Masanissa intuentem in me bona, & principio in Hispaniam adiungendam mecum amicitiam venisse, & postea in Africa teipsum, spesq; omnes tuas in fidem meam commisisse. Atqui nulla earum virtus est, propter quas appetendus tibi visus sim; qua ego æquè atq; temperantia & cõtinentia libidinum gloriatus fuerim.

II. Hac te quoque ad cæteras tuas eximias virtutes, Masanissa ,, adiecisse velim. Nam nõ est (mihi crede) tantum ab hostibus ,, armatis ætati nostrę periculi, quantum ab circunfusis vndiq; ,, voluptatibus. Qui eas sua temperantia frenauit & domuit, ,, multò maius decus maioremq; victoriã sibi peperit, quàm nos Syphace victo habemus. Quæ me absente strenuè ac fortiter fecisti, libenter & commemoraui & memini: cætera teipsum repútare tecum, quàm me dicente erubescere malo. Syphax populi Romani auspiciis victus captusq; est. Itaq; ipse, coniunx, regnum, ager, oppida, homines qui incolunt, quicquid deniq; Syphacis fuit, præda populi Romani est: Et regem, coniugemq; eius, etiamsi non ciuis Carthaginensis esset, etiamsi non patrem eius Imperatorem hostium videremus, Romam oportere mitti: ac Senatus populiq; Romani de ea iudicium atq; arbitrium esse, quæ regem nobis socium alienasse, atq; in arma coëgisse præcipitem dicatur.

III. Vince animum: caue deformes multa bona vno vitio, & tot ,, meritorum gratiam maiore culpa, quàm causa culpæ est, ,, corrumpas.

ADHORTATIO AD REGIA CAPESSENDA MVNERA, IVSTITIAM maximè, & amandam, & colendam.

Ex Pauli Aemilij de rebus gestis Francorum lib. 8.

ORATIO AEGIDII ROMANI THEOlogi ad Philippum Pulchrum Galliæ regem.

RESOLVTIO.

CVm Galliæ rex electus Philippus IV. pulcher esset, cum à Rhemensibus sacris Lutetiam euersum Aegidius Romanus Theologus, pro more Scholæ sacræ atq; vniuersi Musęi nomine, oratione hac excepit: in qua illum cùm alias ad virtutes tùm verò Iustitiam maximè

ximè colendam hortatur. Rationes quæ afferũtur, sunt 1. DEVS author regnorũ ac regum suas hos vices velit in terra gerer, eciuslem societatem tueri. 2. Magnus hic campus ad gloriam pateat, ideoq; huic bene viuendo inseruiendum. 3. Instituí atq; informari Persarum reges suos filios, maximè in virtutibus voluerint. 4. Iustitia maximè regibus conueniat: qui iccircò à DEO dati, vt in cõmune consulant: prospiciant publicæ vtilitati: beneficiis alios anteeant. 5. Huius neglectus bellorum omniumq; malorum causa sit. 6. Sine Iustitia virtutes cæteræ non consistere, nec prodesse queant. 7. Eiusdem beneficio vrbes conditæ ac conseruatæ: pietas ac religio propagata. 8. Huic acceptum ferendum, quod legitimè regna reges accipiant, suis etiam relinquant ac tradant. 9. Facilius Iustitiam, quàm alias virtutes colere. 10. Animi denique pulchritudo corporis venustati anteponẽda. ἠθικὸν & ad conciliandum accommodatum: cum præclara de regis pietate ac clementia concepta spes ostenditur: formæ elegãtia ac pulchritudo apud regem pulchrum commendatur: sed ita vt animi præferatur. Motus spes est excitata enumeratione atq; repositione eorum, quæ expectanda regi, si adhortatione hac excitatus Iustitiæ sibi commendatam habuerit. Tractatio horum constat 1. Exordio ad beneuolentiam & attentionem captandam instituto: comparatur, dum concepta de rege spes indicatur: argumentum accommodatum esse monstratur, de regno apud regem dicere. 2. Confirmatione, quæ argumẽta προτρεπτικὰ ad virtutes, maximè Iustitiam continet. 3. Conclusione, quæ reperitur præcipuorum argumentorum, πάθει motus spei & cohortatione absoluitur. Loci sunt: de regum nomine, authore, officio, dignitate: Iustitiæ necessitate, & cum aliis virtutibus collatione: forma corporis atq; oris dignitate non contemnenda: postponenda tamẽ animi pulchritudine. Vsus erit: cum in regis aut principis alicuius inauguratione, vti adhortatione ad rectam ac laudabilem gubernationem, & Iustitiæ amorem ac studium volumus.

I. E Templis, & quasi è colloquio DEI Optimi Maximi venientes, ac continuo abs te, indulgentissime Rex dicere iussi, non minore religione apud te verba faciemus, quam quanta modò pro te ante aras vota suscepimus. Te quoq; eadem animi pietate auditurum confidimus, quæ vt sacræ Scholæ verbis orationem habeamus, hortaris: vt quæ vltrò in mentem tibi veniunt, ea etiam à tuis accipias: & tecum loqui persæpè solitus: vocem etiam nostram non aspernerris. II. Quid autem apud nouum Regem antiquius grauiusq́;, quàm de regno, dici potest? Nomen enim Regium non in terris natum, excogitatúmve, sed è cœlo demissum mihi videri solet. Parens enim rerum DEVS, cum genus humanum condidisset, summum quidem in illud imperium iusq; penes

,, nes se retinuit, sed vt mente in eum sublimes ferremur, vt il-
,, lum cupidius quæreremus, vt spe, vt votis incenderemur, id-
,, circò in terris palam ipse degere, oculisq; interea nostris
,, obseruari voluit: Reges instituit, qui eius vice munereq;
,, fungerentur: quorum vt quisq; probitate quamproximè ad DEVM optimum maximum accederet, ita verissimè Rex vocitaretur. Ita omnes eodem contenderunt. Permulti singulis singuli virtutibus inclaruêre. Audeo prædicare, nullum dum omnibus anteiuisse: nō pauci certè compluribus præstitere. Magnus enim campus Regibus patet ad gloriam: & ad eam cuncti mortales, sed maximè omnium Reges studio incitati feruntur. Dignissimum enim diademate censuerim, qui quicquid in cæteris pulchri passim, aut legerit, aut audierit, id omne sibi vniuersumq; expetat: & quod desiderāt in aliis, id præterea ipse præstet. Non pigebit me, dum intueor, magnitudinemq; ruam considero, à Persis exempla repetere: quorum Reges tot gentibus imperitantes, cum liberos suos ipsarū virtutū voce erudiri instituiq; non posse cognoscerent: quod proximum erat cō quisitione summorum virorum facta, quatuor viros ex omni numero deligebant: vnum iustitia clarissimum, alterum prudentia, tertium fortitudine animi, quartum cōtinentia excellentem. Horum præceptis institui iam inde à pueris Regum filij consueuerant. Quæ disciplina, quamdiu incorrupta permāsit, tamdiu illud Imperium maximum orbis terrarum extitit, & tot, pòst sæculis etiam apud nos memorabile, ac imitatione dignissimum. Sed satis mirari nequeo, id quod multis antè sæculis admirationi summis sapientiæ professoribus fuisse video; post hominum memoriam summos Reges, maximosq; Imperatores, ex reb. gestis, vitæve instituto, aut fortuna aliqua præclara sibi cognomina peperisse alios Expugnatores, alios Illustres, alios Magnos, alios Fœlices, alios Augustos, alios Pios dictos, alios alio decore nobilitatos: nullum eorū Regum, nullum illorum Imperatorū, qui rerum potiti sunt, Iusti cognomen ad hanc diem promeruisse: eam vnam iusti Regis palmam, cognominisq; dignitatē, cæteris occupatis, reliquam esse petatur, quam primam omnium summa contentione peti oportuisset: cum cætera priuatorū hominū, & multo minus salutaria munera sint. Cuius rei causam quis aliam crediderit, quam quod sunt qui fuerant, iustum hominem maiori aliis, quam sibi, vsui esse? quasi Reges loco cœlestium instituti datiq; idcircò sint, vt sibi non Reipublicæ saluti commodóque prospiciant: cum contrà res habeat, Regesq; diuinitus humano generi dati sint, vt in commune consu-

consulant, iustitiaque sit ea animi dos, quæ vniuersa vtilitate conseruata, suam cuique tribuit dignitatem: a qua, qui desciscunt, quamuis Regio in solio sedeant: Regesque in præsentia vocitentur, tamen adeò ab Regio nomine, iudicio sapientium (quo quid maius? quid grauius?) absunt, vt ne Latino quidem nomine nuncupari possint: externo & peregrino, & temporibus auribusque tuis, ac voce pietateque nostra indigno, nominantur. Eius igitur culpæ ratio eadem est, quæ & communis exitij, maximumque bellorum: quòd opibus præstare, id in rebus humanis summum bonum arbitrantur: cum ea demum ac vna magnitudo Regia sit, vt cum cupiditati animi modum semel imposueris, quàm cæteros mortales magnitudine nominis antecedis, tam beneficiis anteire contendas: & ea imprimis excellas virtute, à qua vna reliquæ iura petant: eius nutum intueantur, ad eam omnia referant, ab eius ore pendeant: cuius fidei aliæ rerum summam arbitriumque mandarint, seque eius administras comitesque profiteantur. Ea haud dubiè Iustitia est: pro qua fortitudo, constantia, grauitas, nisi depugnet, suum ius, nomenque ac decus amittat: feritas, immanitas, vecordia, dicatur: cui sapientia nisi appareat, præstoque sit: malicia, calliditas, fraus, captio, necessariò vocitetur. Eiusdem est, cum hominum genus ex fera vita syluisque in vrbes mansuetudinemque extuerit, legumq; ac institutorum vinculis coniunxerit, consociaritq; dare operam, vt probi mores vigeant: pietas, fides, pudor, modestia, continentia, temperantia colatur. Quin ipsa liberalitas, quæ prodesse velle se, ac augere multos gloriatur: nisi, sine iniuria, sine maleficio alterius id faciat: nisi iustitiæ vestigiis insistat, cuius se germanam ac maximè geminam prædicat: omnis commendationis dignitatisque sit expers: priusque alios spoliet, quàm aliis largitur. Eadem & magnificentiæ & munificentiæ vis est: vt ab iniuria procul facessat: vt vnius iustitiæ nomine omnes contineantur: ea omnes sitis, ea vim suã etiam sanctam mortalibus testetur. Quòd cùm quænam mortalium generi tuendo debeantur, præscripserit: cœlum etiam suspiciens, illi in animis hominum venerationem cultumq; reddat: pietatem, & religionem, templa, sacra, superis impertiat, summumque mundi artificem velut coram contemplata, imitandum sibi proponat: vt quemadmodum ille signa, sidera, cœli motus, temporum vicissitudines, sempiterna certaq; lege deuinxit, à qua deficere nequeant, ita ipsa terrestribus his apud nos Regnis, si perpetua futura sint, salutares leges iuraq; præ-

ſcribat. Hæc igitur Iuſtitia terris incedens, ac cœlum ceruice contingens, ita ſibi nihil ipſa petens, nihil captans, ſua cuique tribuit, vt ei nihilo ſecius genus humanum, reſque omnes eius beneficio incolumes, ſceptra dent. Simul qui iuſti legitimiq; Reges à parentibus, more, inſtituto, & legibus conſenſuque Regna acceperint, nulli rei plus quam iuſtitiæ debent. Maius enim certiuſque patrimonium, ac ampliores facultates ab ea acceperunt, quam à parentibus. Illi enim opes, gazam, arma, artes, præſidia tradere potuêre: vt veri iuſtiq; Reges ſint, haberenturq; ipſi, ac liberis deinceps permanens eadem relinquant, id munus eius Reginæ ſit. Cur enim Iuſtitiam Reginam vocitare dubitemus? quæ Regna tradat, tueatur, ſancta efficiat: adeò, vt etiam ſi id
,, verum credatur, quod & proceres ſapientiæ nonnulli dixê-
,, re, iuſtum plus alijs prodeſſe quàm ſibi: diſſimulari tamen non poſſit, veros Reges, eoſque imprimis, qui Regibus orti generaturi Reges ſint, ei Reginæ accepta omnia ferre debere: quam & ipſos in ſe colere, & cæteris præſtare conue-
,, niat. Et (vt omnia ſemel complectar) religionis, modera-
,, tionis, fortitudinis, prudentiæ, liberalitatis, Iuſtitia parens
,, eſt: nec diuelli poteſt ab Rege, incolumi Regio nomine.
,, Nec difficile factu eſt ea præſtare, non æquè cætera. Etenim ſapientia ingenij indoles eſt, quam nullus efficere, creareúe ſibi poteſt: naturæ bonum, ac DEI donum eſt. Fortitudo quoque vis quædam & magnitudo animi cenſetur, ac id mentis robur ferè, vt cuique inſitum eſt ſpecimen, cernitur. Quid, quod continentiam facilem aut difficilem cor-
,, poris dos habituſque præſtare videri poſſit? Iuſtitia aut à
,, ſola voluntate proficiſcitur: & vt quiſque vult, iuſtus, ſecuſve eſt: aut facilimè omnium Regiis ingenijs ſe vltrò diſcendam præbet. Forma corporis, oris dignitas, frontis grauitas, vultus maieſtas, fulgor, vigor ac lumen oculorum (quando maximè inclyta cœleſtium munera repudianda, diſſimulandaque non ſunt) ſpectantes mouet, tenetque, ac admonet quænam ſpecies primi à ſummo artifice initiò rerum creati hominis fuerit: qualeſque quicunque iuſtè regnarint, futuri ſint in illa felici immortalitate. Quod ſi corporis pulchritudo tanti eſt, vt quodam ſui miraculo reliquos afficiat: quid ſentiendum eſt de illa pulchritudine, quæ eſt animi vere Regij, quæ ſimillimum ſuperis facit?

III. Age, macte indole animi, ſpeque mortalium, hanc virtutem Reginam Rex in conſilium ſemper admitte: eius ſpeciem animo concipias: ad eam te formes: eam intuens te componas. Quàm ea te delectabit? Quàm mirum ſui amorem

rem apud te excitabit? Quàm te cœlestibus charum acceptumq; efficiet? Quantam maiestatem tibi apud tuos, apud alienos conciliabit? Quàm te immortalitati nominis consecrabit? Is demum optimus Rex erit, ac minimè rerum inclinationibus temporumq; communium mutationibus & publicis casibus (qui summis imperiis, vbi aliquid labat, ferè ‘‘ accidere, vt humanis corporibus morbi consueuere) obnoxius, ‘‘ qui eam semel pectore admiserit, ac deinceps eius consuetudine tenebitur: nec ipse modò felix, sed &, quod proprium Regum est, suos felices efficiet, prægustans quanta, quamque solida futura sit illa inter superos summa æternaque felicitas, quam optimis Regibus iustissimisque destinauit diuinum numen: cuius, vt apud nos partes interea ageres, hoc solio velut in editissima terrarum specula sedes.

CONSOLATIO IN OBITV MARITI.

Ex Arnoldi Ferroni Hist. Gallicarum libro I.

ORATIO IOANNIS MARAE CONdomiensium Pontif. ad Annam Caroli VIII. Gal. Regis viduam.

RESOLVTIO.

Cum morte repentina Ambasiæ Carolus VIII. Galliæ Rex periisset: Anna regina ita miserè lamentaretur: vt cibo & somno aliquot dies integros abstineret: Ludouicus XII. Caroli successor, Vuilhelmo Brissoneto Cardinali reginæ consolandæ partes demandauit: Verùm, cùm consolatione hic ipse indigeret, ea conspecta, nihil præter lachrymas præstaret, Ioannes Maria, eiusdem in legatione collega, hac reginam consolatus oratione est. Argumenta quæ offeruntur sunt: quòd 1. Mærore ac luctu nimio reginæ et DEVM & mariti sui manes offendat. 2. Fortunæ aduersæ illius doloris habeat socios plurimos: 3. Immortalis rex minimè natus fuerit. 4. Communis omnium hominum conditio: vt morti obnoxii. 5. Non casu quisquam moriatur: sed vnicuiq; DEVS viuendi terminos certos constituerit: 6. Per mortem homines ex ærumnosa atq; misera vita, ad tranquillam & beatam transferantur. 7. Precario DEVS vitam cuiq; concessam iure repetat. 8. Fortunæ fluctibus aliis sæpe agitata regina, animo magno excelsoq; omnia tulerit. 9. Longè diuersa de regina sibi alii polliceantur. 10. Non modò ex lege cuncti nati, vt necesse sit mori: sed omnibus horis in mortem homines ruant. 11. Peccent grauiter qui doloribus

nimijs mortem sibi accelerent. 12. *Hac sit de causa à Ludouico rege Brissonetus ablegatus: vt mœstam reginam soletur: efficiat, vt tristitiæ pharmacum vnicum, consolatio locum inueniat. Morata & conciliantia sunt: cum laus & prædicatio instituitur pietatis reginæ in regis morte declaratæ: eiusdem varia infortunia animi magnitudo commendatur. Motus pudor est, excitatus, cum quæ sint aliorum de regina futura iudicia ostenditur: & metus, motus denunciatione offensionum cùm diuinarum tùm humanarum. Collocatio & tractatio horum absoluitur: Exordio beneuolentiæ accommodato: quæ partim collaudatione reginæ, partim προτροπῇ, adhortatione ad moderationem constat. Altera pars confirmatio consolatoria argumenta complectitur conclusio obiectationem grauem, & repetitionem præcipuarum rationum continet. Loci hic obseruandi: de vita humanæ conditione: morte omnibus expectanda: viuendi terminis à DEO vnicuiq; circumscriptis: mœrore ac luctu vitando, qui, nimius si extiterit, mortem accelerare solet. Vsus erit, cum mariti deplorantem interitum vxorem abducere a tristitia maximè tum volumus, cum repentina ac subitanea ille morte interijt.*

I. MOERENTEM te mariti mortem, Regina, non esse reprehendendam arbitrabar. Pudicarum est id mulierum, & quæ ægre à maritis diuelluntur: & quò magis pudicitia cæteris excellis, eo maiorem luctum, vberiores lachrymas adfuturas videbam. Quod autem ita tangeris, vt & conuictum, & consuetudinem pristinam reieceris, & cibo aliquot iam dies somnoq; abstinueris: planè ostendis, mole te doloris obrutam, fatum tibi accelerare, & adhibuisse in consilium, cogitationum tuarum desperationem: quo vno & manes mariti offendis, & DEI Opt. Max. iram implacabilem in te prouocas, ni ab ea sententia dimoueri te patia-
II. re. Amisisti maritum: morte illius perturbaris. Quid est quòd eo nomine queiare? Est ille dolor communis tibi cum omni nobilitate aulica. Maritum autem si ea lege tibi DEVS Optim. Max. dedisset, immortalis vt immortalitatem tibi etiam adferret, ereptum tibi dolere debebas.
,, Quod ei accidit, quod non omnibus nobis immineat? Vt
,, non commouemur, cum inquilinum, post cõstitutum tem-
,, pus, domo locata migrare videmus: ita nec moueri æquum,
,, cùm discedere videmus homines ex hac vita, cum commorandi certos DEVS terminos circumscripserit & definierit. Quæ res mihi dolores hosce leuare solet, lubenter tibi commemorabo, si fortè eleuare eadem res tibi tuos mœrores poterit. Sæpe intueor tumulos priuatorum, busta Regum: denique in eum ipsum locum progredior, quo vndiq;

mixti iacent omnium cineres, atque ossa hac illac dispersa: quem in locum progressus, defunctorum tumulis solitus sum nullo stipatus comite inambulare. Hæreo eo loco: defigo oculos in ossa, deinde mecum: En illæ manus quid attrectarunt? hi pedes quo abierunt hoc caput quantos ædificauit cogitationum montes? Crede mihi, cogitatione ea non leuiter afficior. Misera verò sors hominum, si quo illa ossa reciderunt, non te peruenturam censeas, stulta es: si censeas, miseranda: si negligas, parum sana. Attamen hera, si naturam animæ à Deo nobis datæ excusserimus, nobiscumq; reputauerimus transitum ex infelici hac vitæ conditione, ad aliam commodiorem fieri, per mortem, profectò salutare viaticum nanciscemur, quod nos in tranquillitatem veram animi perducet. Dolere te dixti, ea ætate, eo in te amore, ea animi magnitudine Regem quod amiseris. Vide verò, ne tua ipsius causa, tot lachrymas profusas ipse etiam indignetur: qui immortalitatem ipsi inuideas. Nam illius quidem gratia nihil est quòd te excrucies. Neque ipse opinor laudâris mercatorem qui decoxerit: nec qui depositum inficiatus sit. Quid igitur depositam creditamque vitam a maximo negotiatore DEO, ac Carolo precario concessam, cum suo ille iure repetierit, restitutam doles? Quid est, quod illius causa excruciet te tuus dolor intestinus? Nihil accidit illi incommodi. Quid enim accidere incommodi ei potuit, cuius vita DEO gratissima erat? Nisi, tu quidem ex mortalitate ad immortalitatem, ex terrestri habitatione ad cœlestem, ex turbulenta vita ad pacificam, ex tenebris ad lucem traductum grauiter ferre videris. Ac si tu Regina ea esses, quæ nullis vnquam fortunæ fluctibus agitata esses, culpa fortasse affusis tantis lachrymis vacares. At enim cum ita vixeris, vt fortunæ diu prosperæ nescio quid mœroris semper incurrerit, & in longo tempore felicitatis, magnis interim sis icta vulneribus: patris morte, tuorum cæde, trium liberorum funere: maritum tuum absentem in longinquam expeditionem profectum videris, paruo comitatum milite, lectissimis copiosissimisque hostibus millibus occurrisse audieris, in manum hostium venisse, aut extrema passum iterum atque iterum, rumore ab hostibus conficto, audieris, hæc, inquam, cum magno antea animo tuleris, repentè tot angoribus partam laudem effluere, vno hoc incommodo addito, sines? Ne Regina, ne hera, hæc commiseris, alieno hoc maximè tempore, quo populus constantiæ magnitudinisque exemplum memorabile à te expectat: tantum

abest vt tibi in mẽtem quicquam venisse putat, de morte tibi ipsi acceleranda. Atque equidem ni vetus esset opinio, vt medici, dum ęgrotant, aliis se potius curandos exhibeant, quam ipsi sese curent, ipsa quin permittere tuæ prudentiæ, nemo est quin itaruisset, eorum quidem certè, qui te & acumen ingenij tui norunt, vitęque tuæ moderationem. Id quando moribus non est receptum, des te amicissimo Regi necesse est consolanti, neque diutius in luto impatientiæ hæreas. Nullus quidem tardè eò properare potest, vnde nunquam cum semel peruenit, reditus pateat. Quid fatum te accelerare iubet intestinus tuus dolor? Lege ea omnes nati sumus, vt exuere semel necesse sit mortale hoc corpus. Parce dolori, & lacrymæ finem teneant, & gemitus singultusque tandem aliquando facessant. Omnibus horis in mortem ipsam ruimus, quantumuis ea differre videatur iter ad nos suum. Retinenda anima a DEO OPTIMO MAXIMO data custodiæ corporis, nec iniussu eius, cuius iussu data est, ex hac ei vita migrandum, ne munus ab eo assignatum defugisse videamur. Rex ipse Ludouicus, vt afflictam te suo nomine consolaretur Brissonetus, iussit. At illi accidit quod Polo, vt verum dolorem, veras ipse lachrymas effunderet. Vtrosque obtestor per sacrum Dei nomen, ne vos ipsos, ne vestrorum de vobis spem fallatis. Ne lachrymis assiduis, vestras duplicate solicitudines, Exhibete vos Carolo, qualem eum velletis vobis exhiberi, si prius fato essetis functi. Cuperetis eum vacare dolore: velletis lætissimè de vobis & sentire & loqui: ita illi res illius gestas, comitatem, animi magnitudinem laudantes, rem estis gratissimam facturi. Vidimus vos prosperam fortunam ferre modestissimè: facite aliquando intelligamus, aduersam quoque vos æquo animo ferre: ne tot virtutibus hanc quasi languoris maculam aspergatis. Quod quidem si vestrorum vestraque gratia minus adduci potestis vt efficiatis: at Regis ipsius precibus donetis: Regis ipsius superioris & DEI præceptis etiam obtemperaturi: cui prorsus assidui isti languores displicere solent.

CONSVL-

CONSVLTATIO ET DELIBERATIO DE BELLO SVSCIPIENDO.

Ex Herodoti Lib. VII.

ORATIO PRIMA XERXIS, Persarum regis ad principes suos.

RESOLVTIO.

GRauissima hæc & pulcherrima Xerxis deliberatio est, de expeditione contra Græcos instituenda: in qua primum Xerxes proponit id, quod in consultationem venit. Vtrùm scilicet bellum Græcis inferendum. Suadet illud Mardonius, homo ventosus, gloriæ & imperij cupidus: dissuadet Artabanus, vir grauis ac prudens: concludit ita Xerxes vt Mardonij in sententiam eat. Occasio prætenditur. parentis demortui institutum: auxilium petitum ab alijs contra Græcos: causa vera, ambitio Xerxis iuuenis: augendi imperij cupiditas: instigatio Mardonij, qui Græciæ sibi acquirere dominatum volebat. Prima ergo oratio communicatoria est: quæstio ad consultandum principibus & consiliarijs proposita: sit nec ne bellum Græciæ inferendum. Videri hoc esse faciendum tribus rationibus ostendit Xerxes: quod 1. Darius pater omnino constituerit Græcis bellum inferre, nisi morte impeditus fuisset. 2. Causa belli sit iusta, iniuriarum scilicet vltio: cum Græci & parentem suum & subditos, multis magnisque damnis ac iniurijs affecerint. 3. Expeditio hæc in Græcos suscepta sit laudem insignem Persis allatura: auctura Persici imperij potentiam. Conciliantia & ἠθικὰ hæc sunt in Oratione: cum primo temeritatis remouetur suspicio: instituti causæ commemorantur. Est etiam τὸ πρέπον, decorum obseruatum in persona regis adolescentis adhuc, & adolescentis potentis, ambitiosi, diuitis: dum minatur se Athenas accensurum, neque quenquam relicturum ea in vrbe: omnes seiunctiones alias superaturum. cælo adæquaturum regnum suum: concludit tandem omnia quæ dixerat, facienda esse: quæ iuuenilem temeritatem ac stultam superbiam denotant. Motus tres hic dominantur, ira, pudor, spes, seu confidentia: Ira excitatur, cum Græcorum iniuriæ exponuntur & amplificantur. Oritur pudor, quando mentio fit Aristagoræ, serui Milesij, qui damnum Persis dederat. Suscitatur spes & confidentia, vbi commoda recensentur, quæ ex illa in Græcos expeditione expectanda. Collocatio & tractatio horum absoluitur quatuor partibus. Exordio, cuius finis beneuolentia, quam sibi conciliat Xerxes: cum audaciæ & temeritatis à se suspicionem remouet, instituti sui causas profert honestas. Propositione, in qua quidnam in consultationem ueniat, ostenditur. Confirmatione, quæ argumentationem indicata complectitur. Conclusione, pollicitatione & mandato facta. Loci commu-

nes sunt: de consiliorum cum alijs communicatione: vltione ac vindi-cta iusta: maiorum institutis: officio eorum, qui in regnis, aut re[illegible] alia succedunt. Vsus quoties in consultatione de bello deliberationis est caput reliquis proceribus aut consiliarijs proponendum, sed non modo, verùm rationibus allatis.

I. VIRI Persæ, equidem non instituti huius ero autor, sed
ab aliis traditi imitator. Nam, quemadmodum á maio-
ribus natu accipio, ex quo imperiũ hoc à Medis eripuimus,
Astyage per Cyrum amoto, nunquam conquieuimus: Sed i-
„ ta DEVS nos agit, & multa sibi obsequentibus in melius cō-
„ fert. Atq; ea quidem, quæ Cyrus Cambysesque ac pater me-
„ us fecere, quas gentes imperio addidere, non attinet referre
re apud eos qui probè illud sciunt. Ego autem posteaquam
hanc sedem accepi, dedi operam, ne ab iis, qui hoc honore
sunt functi, degenerarem: nunc minus potētiæ Persis acqui-
rerem. Quod animo versans, inuenio nobis accessuram glo-
riam pariter ac honorem, & regionem, neque inferiorem,
neque deteriorem ea, quam recuperauimus, sed feraciorem,
vna cum vltione iniuriæ atque vindicta. Ideoque nunc ego
vos contraxi, vt id quod agere constitui, vobis exponerem.
II. Constitui, iuncto Hellesponto, copias per Europam tradu-
cere in Græciam: vt Atheniēsium vlcisar iniurias, quas eum
aliis Persis, tùm patri meo intulêre. Noratis autem & Dariũ
III. aduersus hos viros bellum mouere destinasse: verum ei mor
te præuento, non cōtigit, vt illos vlcisceretur. Ego verò eius
vicem, aliorumque Persarum vlciscens, non prius desinam,
quàm expugnauero incenderoque Athenas: cuius ciues &
me, & patrem meum prius iniuria affecerunt: primum cum
Sardis vnà cum Aristagora Milesio, seruo nostro, venientes
cremauerunt, lucosque ac delubra: deinde in vos quid fece-
rint, terram suam ingressos: cum Datis & Artaphernes duces
fuerunt, omnes scitis. Harum rerum gratia nitor ad inferen-
dum eis bellum: quos neque ipsorum finitimos, regionem
Pelopis Phrygis incolentes, si in potestatem redegerimus
tot bona futura esse ratiocinando comperio. Terram Persi-
dem æthera Iouis conterminam reddemus. Nullam enim
regionem spectabit Sol finitimam nostræ: sed ego permen-
sus omnem Europam, vnà vobiscum cunctas regiones in v-
nam redigam. Nam ita rem habere audio, nullam esse reli-
quam hominum neque ciuitatem, neque gentem, quæ no-
biscum dimicare possit. Ita, subactis iis, quos dixi, & qui nos
IV. lacessierunt, iugum sustinebunt seruile. In quo, si mihi gra-
tificari volueritis, vbi tempus vobis indicauero, quo præsto
vos

vos esse oportet, tunc vnusquisque debebit impigrè adesse. Q·iorum qui ornatissimis cum copiis aderit, eum donabo iis, quæ nostra in domo præciosissima habentur. Et hæc quidem ita agenda sunt. Sed ne solus videar in concilio sententiam dicere, rem pono in medio: iubens vnumquemq; quālibet sententiam dicere.

DE BELLO SVSCIPIENDO

Oratio II. Mardonij.

RESOLVTIO.

LAudat hac in Oratione Mardonius, assentator aulicus Xerxis regis institutum omninoque expeditionem suscipiendam esse suadet his potissimùm argumētis: vsus quòd 1. Persæ Sacas, Indos, Aethiopes, Assyrios nationes plurimas alias, easque potentissimas bello sibi subiecerint, ideoque facile Græcos sint subiugaturi. 2. Græci nec à copijs sint instructi, nec diuitijs polleant, nec valeant viribus, nec sint fortes in prælijs, iam etiam antè subacti fuerint. 3. Inconsultissimè ineant bella propter imperitiam & inscitiam pugnandi. 4. Rex Persarum omnis generis copijs instructissimus sit. 5. Persæ, cum natura, tùm crebris exercitationibus fortes ac periti rei militaris. Ad ἦθος quod attinet, exemplum hic est egregium aulici assentatoris. Sapit enim aulicam culinam, cum in orationis statim vestibulo Mardonius affirmat: Xerxem, non modò omnibus superioribus regibus Persarum, sed etiam iis, qui venturi sunt, præstantiorem esse: vt & illud, quod omnia esse optima ac verissima dicit, quæ à rege allata: nihil reprehendit, aut corrigit, aut mutat. Sunt & ἤθικὰ illæ militares contentiones, & ostentationes, & cōminationes, & extenuationes atq; contemptiones hostium. Motus spes est ac confidentia, quam excitat Mardonius, cum regis ostendit potentiam: Persarum rei militaris peritiam, fortitudinem, res gestas commendat ac celebrat. Collocatio & tractatio horum absoluitur. 1. Principio beneuolentiæ accommodato: quam sibi conciliat Mardonius comparatione Xerxis & aliorum regum. 2. Confirmatione, quæ argumenta complectitur, quibus ad suscipiendam expeditionem Xerxem Mardonius hortatur. 3. Conclusione facta incitatione, & munita sentētia egregia: quòd virū fortem omnia experiri oporteat: nihil sua sponte fiat: labore & studio cūcta acquirantur. Loci hic & sententiæ obseruandæ de causa bellorū iusta, iniuriarum vltione: rei militaris imperitię documentis ac notis: necessitatē laboris & industrię ad magna gerenda. Vsus cum currēti, quod aiunt, calcar adijcere: iam ante belli cupidum ad hoc ipsum suscipiendum & gerendum inflammare volumus.

I. DOMINE, tu verò non modò superioribus Persis, sed etiam venturis es præstantior: qui cum alia & optima, & verissima commemoras: tùm verò quod Iones, qui Europam incolunt, non sines nos ludibrio habere: minus quàm
II. ipsi sunt ludibrio dignos. Etenim res indigna est, si Sacas & Indos, Aethiopes, & Assyrios, aliasque multas nationes, quæ nihil Persas læsere, tamen potentiæ prolatandæ gratia in prouincias redegimus: Græcos qui nos lacessere iniuria inceperunt, non vlciscemur. Quidnam metuentes? quas illorum copias? quam pecuniarum vim? Eorum pugnam nouimus: eorũ nouimus vires esse imbecilles: eorum, quos subegimus, liberos penes nos habemus, hos qui domi nostræ habitantes, Iones & Aeoles, & Dores appellantur. Quos ipse quoq; expertus sum, cum eis, iussu patris tui intuli bellum, ac mihi cum in Macedoniam vsq; processissem, & penè vsq; ad ipsas Athenas, nemo pugnaturus occurrit. Quanquam consueuère Græci (vt audio) inconsultissimè bella inire, propter imperitiam. Nam cum bellum inter eos indictum est: in locum, quem pulcherrimum planissimumq; inuenère, descendes, ibi prelia faciunt: ita vt magno suo cum malo victores inde discedant: deuicti (ne longius repetam) ad internecionem deueniunt. Quos oportebat, cum sint eiusdem linguæ, interpositis caduceatoribus ac nuntiis dirimere controuersias, & omnia alia potius agere, quàm pugnare: aut, si necesse habent inter se omnino pugnare, locum aliquem inuenire, vtrisque expugnatu difficillimum, & ibi fortunam belli tentare. Hoc itaque ritu haud probo cum vtantur Greci, nunquam mecum verbis egerunt de dimicando, cum Macedonia tenus promouissem. Tibi aũt Rex quis obuiã venturus est bellãdi causa, copias Asiæ atq; omnẽ classem agenti? non eò audaciæ procedent, vt reor, res Græcorum. Quod si me fallit opinio, & illi vecordia elati, ad pugnandum nobiscum venient, discant nos esse in re bellica præstãtissimos
III. omnium hominum. Nihil igitur fit, quod non experiamur.
» Nam sua sponte nihil fit, sed omnia ab experimento homi-
» nibus fieri consueuerunt.

DE BELLO SVSCIPIENDO.

Oratio III. Artabani.

RESOLVTIO.

QVemadmodum superior proxima Oratio exemplũ habuit hominis ventosi, inquieti, stulti, arrogãtis & ambitiosi: ita hæc cõsiliarij fidi, grauis, prudentis, nõ tam de suis cõmodis ac honoribus soliciti, quam

quàm regis atq; principis sua vtilitate laborantis ideam continet. Sapientissimis enim & grauissimis rationibus vsus Xerxem ab expeditione Artabanus dehortatur, simul quoq; acriter Mardonium reprahendit quòd stulta & superba oratione inflãmare regẽ ad bellũ, non publicum ob cõmodum, sed priuatũ emolumentũ studeat. Argumenta expeditionem dissuadẽtia sunt: quod 1. Xerxis parens, cum contra Scythas expeditionem suscepisset, multis viris ijsq; egregijs amissis discedere infecta coactus re fuerit. 2. Græci viri sint fortes ac rei militaris periti, ideoq; periculosum illis bellũ inferre. 3. Ante expeditione in Ionas suscepta intercisis pontibus, actum de Persis fuisset, nisi Histiæus solus discedendi his locum concessisset. 4. Bene ac diu consultare plurimum prosit: cum dãno contra magno coniunctũ, praproperè atq; festinanter aliquid agere. 5. DEVS ipse superbis resistat, odio eos prosequatur, qui temerè nullaq; necessitate coacti bella gerant. Ad Mardonij vituperationem quod attinet, hac dignum esse Mardonium Artabanus tribus de causis. Primò propter iniustitiam ac perfidiã in regẽ, & quidem cognatum suum: cum consilia ei perniciosa subministret: non regni propositum habeat cõmodum, sed priuatu spectet emolumẽtum: quod nec viri, nec consiliarij boni officium. Deinde ob calũniam & detrectationem: quam in Mardonio esse indicat Artabanus: quia malè de Græcis loquatur: conuitijs viros bonos proscindat. Tum propter ambitionẽ atq; imperãdi cupiditatem, quã in Græcia explere cupiat. Ethica & concilianti a sunt: cũ contradicturus Mardonio Artabanus, modestè primum sese excusat: diuersitatis opinionum ac sententiæ indicat vtilitatem: deinde oportere se affirmat, vt consiliarium & propinquum indicare ea, quæ esse dura ac periculosa videãtur: tertiò etiã de hostibus Græcis honorificè sentit & loquitur: postremò prudenter admodũ de modestia, de numinis diuini offensione, de pœnis superbiæ ac temeritatis loquitur. Et simul decorum seruat: mores exprimit seniles: pericula bellica recenset: sua consilia exponit: res gestas commẽdat: quæ senum esse propria Aristot. in Rhet. docet. πάθη, motus hic dominantur: metus, ira, odium. Metus excitatur, cum ostendit Artabanus quid parẽti Xerxis & maioribus Græcanicis in expeditionibus acciderit: quàm illæ infelices sæpe extiterint: à fortitudine Græcos laudat. Ira mouetur & odiũ in Mardonium, cum priuatum illum, non publicum spectare commodum indicatur. Collocatio & tractatio horũ absoluitur. 1. Exordio beneuolentiæ captãdæ ergò instituto. 2. Confirmatione dissuasione belli constante & eius argumentis. 3. Refutatione ac reprahensione Mardonij. 4. Conclusione, quæ adhortationem ac denunciationem malorum complectitur. Loci sunt notandi de sententiarum in consilijs diuersitate: excusatione παῤῥησιάς: vtilitate cõsultationis: celeritate vitanda: superbiæ ac temeritatis pœna: calumnijs & obtrectatione. Vsus cum bellum dissuadere: huius indicare mala atque incommoda volumus.

I. REx, nisi diuersæ inter se sententiæ dicantur, non potest
,, quis eligere meliorem, sed necesse habet ea, quæ dicta
,, est vti. at, cum plures sunt dictæ, licet, tanquam aurum pu-
,, rum, deligere: quod per se discerni cum nequeat, compa-
II. ratum cum altero, discerni potest. Ego patri tuo Dario, eidemq; fratri meo, suadebam, ne sumeret aduersus Scythas expeditionem, viros nulla vsquam oppida incolentes. Sed ille, sperans Scythas Nomadas se subacturum, mihi non est assensus. Itaq; sumpta expeditione, multis & egregiis viris, de exercitu amissis, abscessit. Tu verò, Rex, bellũ inferre destinas viris multo, quàm Scythæ sunt, præstantioribus: quique & mari, & terra optimi esse dicuntur. Quibus in rebus quid durum sit, hoc me tibi iustũ est promere. Iuncto pontibus Hellesponto ais te copias per Europam in Græciam deducturum. Atqui eos conuenit, aut in terra, aut in mari, aut vtrobiq; abs te superari: siquidem feruntur viri esse fortes. Cuius rei hinc licet argumentum capi: si tot copias ductu Datis & Artaphernis Atticam regionem ingressas soli Athenienses profligarunt: ergo nõ vtraq; in parte successit. Quod si iidem conscensis nauibus pugna nauali victores ad Hellespontum nauigent, ac deinde põtem soluant, hoc Rex durum fuerit. Neq; verò hoc ex mea vnius priuata prudentia coniecto: sed eo casu, quo aliquando parum abfuit, quin opprimeremur: cum pater tuus, iuncto Bosphoro Thracio, ac flumine Istro pontibus cõmisso, traiecit ad Scythas: cum traiectum Scythæ omnino institère precari Iones: quibus custodia pontiũ delegata erat, vt interscinderent. Quo tempore, si Histiæus Mileti tyrannus, aliorum sententiæ accessisset, ac non contradixisset, actum de rebus Persarum erat. Atqui res est dictu quoq; horribilis, omnẽ regis statum vno in viro positum fuisse. Quare noli tu vllum tale discrimen adire, nulla necessitate subsistente: sed mihi potius obtem-
,, pera. Hunc cœtum in præsens missum facito, iterumq;, cum
,, sibi videbitur, te apud teipsum considerata, edicito, quod
,, optimum esse arbitraberis. Bene enim consultare, compe-
,, rio maximum esse lucrum. Nam etiamsi quid è contrario
,, euenturum est, nihilo tamen minus bene consultum est su-
,, perauitq; fortuna consilium: at qui turpiter consuluit, si
,, ei fortuna obsecundauit, ille est quidem voti compos, nihi-
,, lo tamen minus malè consilium cepit. Vides, vt prægrandia
,, animalia fulmine DEVS ferit, nec sinit insolescere, parua ve-
,, rò nihil lædit? vides, vt magna semper ædificia magnasq;
,, arbores huiusmodi fulminũ tela percutiunt? Gaudet enim
,, DEVS eminẽtissima quæq; deprimere. Vnde & ingens exer-

citus

citus ab exiguo profligatur: quoties DEVS, quibus inuidet, aut metum incutit, aut tonitru. Propterea quidam secus ac dignitas sua postulabat, in calamitatem inciderunt: quia DEVS neminem alium, quam seipsum sinit magnificè de se sentire. Omnis res properando parit errorem, vnde magna detrimenta fieri solent: in cunctando antem bona insunt: si non talia, quæ statim videantur esse bona, certè quæ suo tempore bona quis esse comperiat. Et hæc quidem Rex tibi III.
suadeo. Tu verò Gobryę fili, Mardoni, desine stulta loqui de Græcis, haud dignis qui malè audiant. Nam Græcis detrahē-do, ipsum regem vis excitare ad bellum illis inferendum, ad quod tu omni auiditate contendis: quod absit vt fiat. Detractio namq; importunissima res est: in qua duo sunt, qui iniuriam faciunt, vnus cui fit iniuria. Qui enim detrahit, iniurius est, quòd non præsentem accusat: & qui huic credit, iniurius itidem est, quòd prius credit, quàm rem compertā habeat: & illi, cui absenti detrahitur, ob id fit iniuria, quòd ab altero insimulatur, vt mal⁹, ab altero talis putatur. Quod IV.
si omnino bellum his viris inferre oportet, agedum, rex ipse permaneat domi apud Persas: nostrum amborum liberi deponantur: tu in expeditionem ito: delectis, quos velis viris, ac quantiscunq; velis copiis. Si ex sententia tua res succedent regi, interimantur liberi mei, & insuper ego: sin succedant, vt ego dico: interimantur tui, & insuper tu, si redieris. Quod si hanc subire conditionē recusas, cupisq; in Græciam prorsus exercitum deducere: affirmo fore, vt aliqui eorum, qui hîc relinquentur, audiant, Mardonium post allatam Persis aliquam calamitatem, à canibus volucribusque discerpi: aut Atheniensium in solo, aut Lacedæmoniorum, nisi fortè antea inter viam, tunc agniturum aduersus quales viros suades regi, vt bellum moueat.

ORATIO IV. XERXIS.

RESOLVTIO.

GRauiter hac in oratione Xerxes in Artabanum patruum, virum bonum, natu grandem, fidum consiliarium inuehitur: eundem ignauiæ, loquacitatis, timiditatis insimulat: Mardonij probat sententiam: expeditionem omninò contra Græcos institutúrum sese ostēdit: quòd 1. maiorum istud virtus ac dignitas requirat. 2. Necessitas postulet: cum non sint Græci quieturi, etiamsi ipse quiescat. 3. Iniuriis iam multis Persas affecerint.. 4. Honestum lacessitos iniuriis pœnas sumere à lacessentibus. 5. Sint iam ante illi etiam à seruis maiorum suorum superati. ἦθ@ hîc & decorum seruatum principis parum prudentis, suis indulgentis affectibus: non fidis consiliariis obtemperantis.

rantis. πάθη motus sunt: νέμεσις indignatio: ζῆλος æmulatio maiorum: spes rei præclarè gerendæ. Collocatio & tractatio instituitur primum Exordio κατάστατικῷ, indignatione ac reprehensione graui facto: Confirmatione deinde, quæ instituti causas & rationes continet: postremò Conclusione motu spei & æmulationis absoluta. Loci obseruandi: de vltione ac vindicta iusta: maiorũ imitatione laudata. Visus, cum qui in consultationib. nobis sese opponunt, reprehendendi.

I. ARTABANE, quod patris mei frater es, hoc te subleuat: ne dignam stulta oratione mercedem recipias. Hac tamen te ignominia notabo: quia instrenuus & ignauus es: ne comes sis meæ in Græciã expeditionis: sed hic vnà cum fœminis maneas. Ego etiam sine te, quæ dixi conficiam. Ne-
II. que enim fuerim Darij filius (qui fuit Hystaspis, qui fuit Arsamis, qui fuit Anaramnis, qui fuit Teispei, qui fuit Cyri, qui fuit Cambysis, qui fuit Achæmenis filius) nisi Athenienses vltus fuero: probè intelligens, si nos quieuerimus, illos non quieturos, sed nostrã terram cum exercitu inuasuros; prout colligere licet ex iis quæ illi facere cœperant. Qui & Sardis incenderunt, & Asiam incursarunt. Itaque neutris fas est recedere, sed vtrisq; propositum est certamen aut agendi, aut patiẽdi: vt autem hæc omnia sub Græcis, aut illa omnia sub Persis sint: medium enim inimicitiarum nullum est.
III. Quare honestum erit, nos iam iniuria lacessitos exigere vltionem: vt quam sim calamitatem passurus intelligam: profectus aduersus eos viros, quos etiam Pelops Phryx, nostrorum maiorum seruus, ita subegit: vt ad hoc vsq; tempus & ipsi homines, & eorum regio ab illius, qui subegit, cognomine appellentur.

BELLI DISSVASIO.

Ex Herodoti lib. 1.

ORATIO MASSAGETARVM legati ad Cyrum.

RESOLVTIO.

CVm in Massagetas exercitum Cyrus Persarum rex duceret & ad Araxen progressus vsq; esset, legatum ad illum Tomyris Massagetarum regina misit: qui hac cum oratione ab instituta dehortari expeditione est conatus: aut; si locum illud minimè inueniret, optionẽ dedit: vt, vel in Massagetarum regionem traiiceret, vel Massagetas suo in agro expectaret. Id quod ad principum concilium retulit. Quæstio, An in Massagetas susceptam expeditionem persequi, an verò intermittere Cyrus debeat. Intermittendam hanc esse Tomyris legatus

suadet argumentis ductis ab inutili: quòd incertum, an profutura hæc Cyro sit expeditio. Deinde ab æquo & iusto: quod in eo cernitur: cum quis suo regno contentus, in suos imperium alios obtinere sinit. Conciliationi ἐπιείκειαν inseruit, quam eo legatus ostendit: cum reginæ suæ nomine belli gerendi optionem æquam fert. Motus metus est, quē legatus incerto belli exitu proposito excitat. Collocatio & tractatio horum propositionem primùm προτρεπτικὴν, adhortatoriam habet: vt ab instituto Cyrus desistat. Deinde Confirmationem, quæ προτρεπτικὰ argumenta complectitur. Postremò Conclusionem, quæ conditionem continet: vt, si omnino pax ac quies displiceat, aut ipse in Massagetarum regionem traiiciat, aut eosdem domi expectet. Locus hic communis de belli exitu dubio, & in eodem suscipiendo temeritate est. Vsus: cum ab hac dehortari principes: aut, si nihil obtinere possumus, iisdem belli gerendi offerre conditiones volumus.

REx Medorum desine incumbere in quæ incumbis: ne- I.
scius an ista quæ constituisti, tibi conducibilia erunt.
Omisso incepto, apud tuos regna, & nos sine finium, quorū II.
sumus principes, esse. Verùm tu admonitionibus his vti nolles, & omnia males quàm quietem. Quòd si tantopere affectas lacessere Massagetas, fer quam sustines ærumnam. Sed III.
desiste iūgere fluuium: à quo nobis tridui itinere digressis,
traiicito in nostram regionem: aut, si mauis, nos excipere in
vestram, tu hoc idem facito.

BELLI DISSVASIO.

Ex Herodoti lib. I.

ORATIO SANDANIDIS LYDI ad Crœsum Lydorum regem.

RESOLVTIO.

CRœsus, oraculo elusus, aduersus Cappadociam militem conscribebat: spe certa fretus fore, vt & Cyrum, & Persicam potentiam euertant. Hanc Sandanis, vir prudens expeditionem dissuasit: at flectere Crœsum non potuit: qui bello non necessario moto & se & suos perdidit. Quæstio, an expeditio contra Cappadoces & Persas suscipienda. Negantem Sandanis tuetur argumento à difficili ac periculoso ducto: quòd hostes sint futuri duri, agrestes, feri, superatu difficiles tales, quibus nihil cum adsit, demi nihil queat, hoc sit gratum futurum: si degustatis Lydorum bonis, sedem ibi firmam figere, iisdemq; frui possint. Hæc ad probandum faciunt: ad conciliandum illa pertinent: cum suam etiam hostibus laudem Sandanis tribuit: testatam in regem curam ac solicitudinem facit: motum φόβον, metum ac formidinem excitat. Collocatio horum προσφώνησιν, compellationem regis: ἀποτρεπτικὴν, dehortationem ab expeditione: δυσχαριστίαν, grattarum

actionem

actionem habet: quòd non Persis hunc dij animum dederint: Lydos ipsi vt inuaderent. Locus hic communis est de nõ lacessendis armis iis, qui duri, agrestes, rerumq; necessariarum inopia laborant. Vsus, cum expeditionem dissuadere ob hostium conditionem volumus.

I. ADVERSVS tales viros expeditionẽ paras, Rex, qui coriacea subligacula: qui è corio reliquam vestem ferũt: qui non quibus volunt cibis vescuntur, sed quos habent: vt-
II. pote regionem asperam incolentes. Ad hæc potu, non vini vtuntur, sed aquæ: non ficos ad comedendum, nec aliud quicquam boni habentes. Quibus, quum nihil sit, quid eripies, si viceris? sin victus fueris, animaduerte quot bona amittes. Vbi gustauerint illi nostra bona, circumsistent nos,
III. nec abigi poterunt. Equidem diis habeo gratiam, qui non induxerunt in animum Persis, vt Lydos inuaderent.

BELLI DISSVASIO.

Ex Thucydidis lib. I.

ORATIO ARCHIDAMI SPARTANORUM REGIS.

RESOLVTIO.

ACcusati in Comitiis Græcarum ciuitatum Spartæ habitis Athenienses fuerunt à Megarensibus, Corinthiis & aliis: postulatum quoq;, vt propter iniurias ac tyrannidem bellum illico Atheniensibus inferretur. Verum, cum hanc in sententiam pleriq; omnes Græci inclinassent, Archidamus solus, audita Atheniensium defensione contraria in sententia fuit, hacq; longè prudentissima oratione suasit, non illico arma contra Athenienses sumenda, sed legatos ad eos mittendos esse, qui de sociorum iniuriis conquerantur: propterea, quod ad iudicia sese Athenienses offerant, bellum etiam parari melius queat, si minus commodè Athenienses responderint. Quæstio ergo & status orationis est, an præter sociorum querelas illicò contra Athenienses arma sumenda, an verò cum iisdem per legatos ante agendum sit. Non bellum illicò suscipiendum esse hisce argumẽtis Archidamus probat: quod 1. cum Atheniensibus gerere bellum difficile, quia longè aliis à Græcis remoti: exercitati in re militari: omnibus a rebus probè instructi ac parati. Facilius autem cum vicinis, quàm longè remotis bellum gerere: cum apud hos viros sint pares: negotio non magno ad eos venire, & ab iisdem recipere sese sit: contra, & in inuadendo, & rediendo magna apud longè remotos difficultas offeratur. 2. Spartani atq; alij multò inferiores sint Atheniensibus omnibus in rebus, quę ad bellũ necessarię: cuiusmodi recensentur, naues, nauclerii periti, ærarium instructum. 3. Expeditio hęc in Athenienses suscepta magnum,

magnum, partim damnum, partim dedecus possit Græcis afferre: cum hi in mari illis inferiores: turpe eos, qui bellum alijs intulerunt, ab eo subitò propter rerum necessariarum inopiam, aut etiam metũ hostium recedere. 4. Commoda plurima maxima inde sequuntur, si nõ præpropere bellũ suscipiatur, sed mora aliqua inijciatur: cõparentur ita primùm socij: deinde proprijs ex facultatibus acquiratur pecunia: tertiò agri hostiles cõseruentur, qui pignoris sunt loco victoribus, si non vastati fuerint, quartò non necesse hic, cum desperatis pugnare 6. Dispar ac dissimilis cõparatio accusationũ & belli: quòd illæ, siue publicæ, siue priuatæ extiterint, tolli facilè, vel apud iudices, vel arbitros possunt. at arma semel in manus sumpta, non ita facilè deponi, aut ex hostium extorqueri manibus solent. Mars etiã communis: belli incertus exitus, ideoq; meritò metuendus. 7. Spartani soli nec fortuna ad voluntatem fluente insolescũt, nec aduersa frangũtur: nec laudationibus inflammãtur: nec accusationibus in arma depelluntur, sed vbiq; graues, prudẽtes, cõsideratos sese præbeãt: ac propterea propter querelas sociorũ arma cõtra Athenienses temerè sumere nõ debeant. 8. Aequa Athenienses petãt: legitimè ad iudicium sese offerãt: causam suã cupiant cognosci. Probatia hæc sunt argumẽta: refutantia sequuntur: quibus ijs Archidamus respõdet, quæ ab alijs obiecta fuerũt: quasi. 1. Spartani cæteriq; Græci longè Athenienses copijs superent. 2. Socij solicitari facilè ad auxiliũ poßint. 3. Atheniensiũ agris vastatis victoria queat parari. 4. Turpe & ignauiæ atq; timiditatis indicium, multas vrbes vnam ciuitatẽ non inuadere. 5. Procrastinatio, mora, cũctatio & reprehẽduntur, & damnũ det. 6. Athenienses ignaui stolidi, exigui precij homines. Ostẽditur. 1. Græcos alios singulas tantũ habere regiones, quibus imperent: Athenienses plurimas: illos vt Athenienses maris imperio nõ potitos esse. 2. Socijs insulanis Spartanos cæterosq; Græcos vti nõ posse, quibus nauibus vtendũ. 3. Propter agrorũ vastationem Athenienses libertatis defensionẽ non intermissuros. 4. Plures habere socios, quam reliquos Græcos & magis instructos esse nauibus, maritimo in bello necessarijs. 5. Eos, qui in bellis festinãt, tardè nimis ad finẽ illa perducere, quòd imparati ad ea accedãt. 6. Hostes nõ verbis, sed factis superari: nec cuiquã hostium contẽptum vnquã profuisse: belli euentũ esse ancipitem ac dubiũ: nec aliena ex ignauia, sed propria diligentia rem præclarã concipiendã. Ad cõciliandum valent: cũ prudentiã suã Archidamus ostendit: multorũ bellorũ vsum atq; experientiã per ætatem sese habere affirmat: probitatẽ declarat suã: quando non sine causa, & ad iudiciũ prouocantes Athenienses bello vult petere: beneuolentiam: ei sta- tam facit: vbi metuere sese indicat hostium potentiã: de Græcis reliquis, & loquitur, & sentit honorificè. Sed illud quoq; mirandũ est: quod dat egregias virtutes Spartanis tribuitur: simul etiã, quid ipsis faciendum sit cõmonstrat. Motus duo hic sese offerunt: metus & æmulatio. Excitatur metus indicatione potentiæ Atheniensium, & imbecillitatis cõ-

nir

tra Spartanorũ & aliorum Græcorũ. Aemulatio oritur, cùm de Spartana Rep. ac maiorum virtutibus præclaris Archidamus agit. Confutatio verò & tractatio horũ absoluitur quatuor partibus. 1. Exordio ad beneuolentiã accommodato, quã sibi conciliat Archidamus tum à sua, tum auditoris suorum. 2. Propositione, quæ rei, qua de cõsulitur, magnitudinẽ ac difficultatem continet. 3. Contentione, quæ argumenta probantia & refutantia cõplectitur. 4. Conclusione repetita ... primo consilij, deinde adhortatione facta: ne quid in cõsultatione longè grauissima præproperè atq; inconsideratè agatur: mittantur autem ad Athenienses legati, quàm in manus sumpta arma fuerint. Loci sunt obseruãdi: de belli cupiditate ex imperitia orta: comparatione hostium vicinorum, & longè remotorum: ratione honesta abrepta repetendi: bello cũ desperatis non gerendo: rebus ad bellũ gerendum necessarijs: cunctatione & mora in hoc nõ semper vituperanda: disciplina seuera Reipub. in legibus seruandis: pugna cum hostibus, nõ verbis, sed factis instituenda: hostiũ contemptu fugiendo. Vsus erit, cum authores esse ... lijs volumus in comitijs, aut principum consilijs: ne temerè ac præproperè bella suscipiunt, sed antè per legatos, de illatis iniurijs querelas instituant, aut iudicio legitimo causam cognosci sinant.

I. ET ipse multis bellis interfui, & varias vices experientia cognoui: & scio neminem eorum, quorum similis est ætas, propter imperitiam concupiscere bellum (vt faciunt
II. plurimi) quod existimet, neq; bonum aut tutum esse. Inuenietis autem hoc bellum, de quo nunc deliberatis, non mi-
III. nimum fore, si quis prudenter consideret. Nam aduersus vicinos intra Peloponnesum vires nostræ pares sunt, & cito ad hostes accedere, & facilè nos recipere possumus. Sed cõtra hostes, quorum terra longius distat, & qui exercitatissimi sunt in mari, & alijs rebus omnibus optimè instructi: pecunia publica & priuata, nauibus, equis, armis, multitudine, quanta nullius est vrbis in Græcia, & qui socios multos habent tributarios, non est facilè gerere bellum. Qua enim re freti, cum simus imparati, possumus eos inuadere? Num classe? at longè inferiores sumus. Ac si instituere eam, & nos exercere velimus, longa mora erit. Num pecunia? hanc verò nec publicè repositam habemus, nec promptè ex priuato conferimus. Fortassis autem confidat aliquis, quòd eos antecellamus armis & multitudine, vt ingressi in eorum regionem vastare eam possimus? Hi verò & aliam terram habent, cui imperant, & ex mari necessaria importare poterunt. Si verò socios ad defectionem sollicitabimus, nauibus oportebit eis opem ferre, cum sint in insulis. Qualc igitur nostrũ bellum erit: si nec nauibus erimus superiores, nec vectigalia

eis

cis adimemus, vnde tuentur classem. Nos maioribus detrimentis afficiemur, ac interea non erit decorum deponere bellum, præsertim si videbimur intulisse. Neque hac spe incitemur, quòd breui tempore debellaturi simus, si agros vastauerimus. Ego quidem magis metuo, nos liberis nostris relicturos esse bellum. Ac consentaneum est, tantam esse magnitudinem animorum in Atheniensibus: vt nec propter vastatos agros seruitutem accepturi sint, neque perterrescant belli metu, tanquam imperiti. Neque tamen volo nos stolidè permittere, vt socios iniuria afficiant, & non occurrere insidiantibus: sed nondum mouere bellum. Legatos mittamus & accusemus eos, nondum bellum indicantes: nec tamen licentiam progrediendi ipsis concedentes. Interea verò nos instruamus, & socios nobis adiungamus Græcos & Barbaros: si qui nos classe & pecunia iuuare possunt. Non enim reprehendendum est, si " hi, qui iniuria afficiuntur, defensionis suæ causa, non solùm " Græcos, sed etiam Barbaros sibi adiungant. Simul & ex " nostris facultatibus pecuniam conferamus. Ac si Atheni- " enses audient nostros legatos, bene se res habent: si verò non audient, exactis duobus vel tribus annis, melius muniti eos inuademus. Ac fortassè conspecto nostro apparatu, & auditis accusationibus, quæ cum apparatu con- fu- unt, facilius nobis cedent, cum quidem nondum eis agri vastati erunt. Magis enim volent seruare res integras. Exi- " stimate enim agrum eorum nobis pignoris loco esse, præ- " sertim non vastatum: eui & ob hanc causam parcendum est, " ne desperatione moti postea minus cedant. Nam, si imparati, querelis sociorum impulsi, agrum vastabimus, videte ne Peloponneso plus dedecoris & damnorum accidat. Ac- " cusationes enim publicæ & priuatæ extingui possunt: bel- " lum verò motum ab vniuersis, cuius exitus incertus est, non " facilè deponi potest. Nec videatur esse timiditas, quod non statim inuadimus vnam vrbem multi: Sunt enim & illis socij non pauciores, & quidem tributa pendentes, & in bello non solùm armis, sed etiam pecunia opus est, qua " fiunt arma vtilia, præsertim cum nos terra non mari bel- " lum gerere possimus. Prius igitur nos colligamus pecuniam, nec antea nos sermonibus sociorum impelli sinamus. Nam quicunque erunt exitus, in nos magis causa conferetur. Nos igitur magis prospiciamus pericula. Nec pudeat nos, quod in nobis reprehenditur tarditas & cunctatio. Nam properandō ad bellum postea tardius finire " possetis: quia motum esset ab imparatis, & quia ciuitatem "

,, habemus liberam, & gloria antecellentem videri potest
,, contatio consulto suscepta. Soli enim in rebus secundis
,, non sumus insolentes, & in aduersis non frangimur animis.
,, Nec incitamur laudibus, vt deliniti voluptate præter no-
,, stram sententiam aliquid moueamus: nec accusati impelli-
,, mur ira ac dolore, sed propter grauitatem simul & bellico-
,, si, & circumspecti sumus. Bellicosi, quia pudor cum graui-
,, tate coniunctus est, & cum pudore magnitudo animi. Cir-
,, cumspecti verò sumus, quia sic instituimur, vt simus indo-
,, ctiores, quam vt leges contemnamus. Et seuerius regimur
,, cum quadam asperitate, quam vt velimus eis non obedire.
,, Et sic assuefacti sumus, non vt sapientes simus in rebus inu-
,, tilibus splendida oratione, hostes vituperemus, nec factis
,, pares contra eos eamus, sed existimabimus etiam alios vale-
,, re consilio, & fortuitos casus non posse prospici omnes, &
,, factis ipsis nos præparemus aduersus hostes, ratiocinantes,
,, quid ipsi tanquam homines non stulti facturi sint. Nec pen-
,, det nobis spes ex aliena ignauia sed ex nostra diligentia &
,, circumspectione. Ac existimandum est, homines non mul-
,, tum natura inter se differre, sed eos antecellere, qui in rebus
III. necessariis rectè instituti sunt. Non igitur abiiciamus insti-
tuta maiorum nostrorum, quæ semper profuerunt nobis,
nec vnius diei momento statuamus de tot hominibus, vr-
bibus, facultatibus, & de gloria nostra, sed fiat deliberatio
sedatis animis: quod à nobis fieri potest propter potentiam.
Ac legatos mittite ad Athenienses de sociorum iniurijs, pre-
,, sertim cum ad iudicia prouocent. Nec verò legitimum est,
,, eos, qui ad iudicia se offerunt, inuadere, tanquam iniustè fa-
,, cientes: ac simul interea omnia ad bellum parate. Hoc con-
silium erit vtilissimum, & hostibus terribile.

ORATIO SVPERIORI CONTRARIA ET BELLVM SVADENS, Sthenelaidæ Ephori Spart.

Ex Thucydidis Hist. libro. I.

RESOLVTIO.

Breuis & Laconica, sed admodum vehemens hæc est oratio: Cum enim suasisset Archidamus, non contemnendam esse Atheniensium potentiam, nec etiam graui arduaq; in re properandum, sed deliberandum diutius: præsertim cum ad causæ cognitionem legitimam & iudicia Athenienses sese offerant, Sthenelaidas, Ephororum Spartanorum

tanorum vnus, omni mora ac cunctatione remota, illicò arma sumenda, nec metuendos esse hostes ostendit, his rationibus: quod 1. Corinthij, Megarenses, aliiq; socij multis & magnis iniurijs sint affecti ab Atheniensibus, & adhuc afficiantur. 2. Spartani ac reliqui socios fidos firmosq; habeant: vbi vero fides est sociorum remota, paruum pecunia potest, non multum equitatus valet: ipsa quoq; potentia cadit. 3. Dissimilitudo magna iniuriæ verbis & re factæ. sociis illatæ sunt iniuriæ, non verbis & factis, ideoq; manu atq; armis, non oratione & verbis propulsandæ vt vis repellenda. 4. Deliberatione longa & cunctatione vtendum esse, cum alijs inferre iniurias constituimus: non cum easdem nobis, aut nostris illatas propulsare necesse habemus. 5. Spartana Respubl. semper nobilis & illustris propter fortitudinem & grauitatem extiterit: ideoque neque in bello contra Athenienses suscipiendo, quicquam committere debeat, quod fortitudinis & grauitatis laudem imminuat. Ad ἦθος vero & decorum quod attinet, est illud egregiè Sthenelaidæ in persona obseruatum, qui paucissimis verbis multa complectitur: verbosam Atheniensium orationem reprehendit: simul etiam illud indicat, quod experientia testatur, sæpe clamoribus, gratia, potentia veritatem premi: bonis & vtilibus consilijs locum non relinqui. πάθη motus sunt. 1. Odium quod concitatur in Athenienses, cum docetur, verbis quidem eos vndique propria efficere velle, vt viri boni esse videantur: cum iniuria interim alios afficiant. 2. Spes, quæ mouetur [illegible] causæ bonitate Spartanorum & sociorum: vt qui non alijs iniurias intulerint, sed ab Atheniensibus acceperint: occasionem præterea habere, aut animaduertendi Athenienses. 3. Aemulatio, quæ inflammatur laude constantiæ & grauitatis Spartanorum. 4. Inuidia orta, vbi affirmat Sthenelaidas, Atheniensibus permittendum non esse, vt nimium crescant. Collocatio ac tractatio horum absoluitur: Exordio, beneuolentiæ accommodatio: quam sibi conciliat Sthenelaidas Atheniensium reprehensione. Confirmatione, in qua aliquot argumentis, nulla mora & cunctatione interiecta, bellum esse decernendum ostenditur. Conclusione repetitione præcipuorum & adhortatione facta. Loci sunt: de inepta laude ac commendatione verbis instituta, cum contrarium facta denotant: duplici pœna eorum, qui ex probis improbi sunt facti: mora & cunctatione quando in deliberationibus vtilis, aut perniciosa esse soleat: auxilio diuino in bellis, propulsandæ iniuriæ causa, suscepto. Vsus, cum [illegible] procrastinationem, arma illico contra hostes & iniuriosos esse sumenda, suadere volumus.

LONGAM orationem Atheniensium non intelligo: in qua se quidem valdè laudant, sed non ostendunt, se non afficere iniuria socios nostros. Quod vero aduersus Medos

,, antea boni fuerunt, & nunc aduersus nos mali sunt, dupli-ci
,, pœna digni sunt, quod ex bonis mali facti sunt. Nos vero &
II. eodem animo tunc fuimus, & adhuc sumus. Qui si sapimus
non negligemus sociorum nostrorum iniurias, nec differe-
mus vltionem, cum ipsorū nō differatur iniuria. Sint sanè a-
lij potentes pecunia, nauibus, equis: at nos fideles socios
habemus, qui non sunt prodendi Atheniēsibus. Nec iam ver
,, bis certandum est in iudiciis, cum socij non sint tantū verbis
,, læsi: sed citò & omnibus viribus puniemus hostes. Nec do-
,, ceat nos quisquā, tunc longa deliberatione vtendum esse,
,, cum iniuria affecti sumus: sed illi diu deliberent, qui aliis il-
III. laturi sunt iniuriam. Decernite igitur bellum, vt Sparta di-
gnum est, NEC SINITE CRESCERE ATHENIENSES,
nec socios prodamus, sed, DEO iuuāte, inuademus eos, qui
priores nos iniuria affecerunt.

DISSVASIO BELLI.

Ex Thucydidis Lib. VI.

ORATIO NICIAE DVCIS Atheniensium.

RESOLVTIO.

CVm Egestani Siculi de agrorū finibus cum Selinnunciijs conten-derent, res ad bellum spectare videretur, ad Athenienses illi cō-fugerunt, & contra hostes suos ab ijsdem petierunt auxilium: placuit populo Atheniensi esse bellum hoc suscipiendum, constituendum du-cem Niciam: qui tamen vt vir bonus, & magis de salute publica, quàm priuata gloria solicitus bellum omnino dissuasit: sed quod vo-luit, impetrare non potuit, quod aduersarium Alcibiadem haberet, ho-minē insolente & rerum nouarū cupidū: ideoq; pessimè Atheniensibus res illa cessit: exercitus deletus: Athenæ captæ: triginta vrbi tyranni impositi fuerunt. Argumenta verò quibus bellum dissuadet Nicias sunt: quod 1. Nondum vicini Atheniensium pacati & amici, sed plerique hostes: ideoq; periculosum, bellum aliena in regione gerere: hostes in agro relinquere. 2. Stultum bello Siculos petere, qui vicli quidē in officio contineri poterunt: cum longè ab Atheniensibus sint remoti, ac propterea deficere facilè queant: deinde natura sint leues, inconstātes, insolentes. 3. Athenienses disiuncti procul à Siculis magis illis formidabiles sint futuri, quam si cum exercitu veniāt, aut paulò post, clade accepta inde discedāt: quod ea hominū natura ac conditio: vt quæ longè sunt remota admirētur: vicinus vicina curēt ac suspiciāt experientia quoque sæpe facta cōtemptum afferat. Quod etiam Spar-tanis accidit, qui maiori in pretio & admiratione apud Athenienses fuerunt remoti, quàm vicini & bellum gerentes. 4. Atheniensis Res-

pub.

pub. vix grani a peste & bello diutino sit recreata: ideoq; [illegible] nunc, hãc bello nouo in discrimen conijcere potius, quam operam dare, vt & hominibus illa & opibus augeatur. 5. Egestani, propter quos bellum suscipiendum, sint profugi, barbari, & fraudulenti: qui nisi bello exacto, non magni Athenienses faciant: didicerint callidè ac splẽdidè mentiri & verba alijs dare: parum etiam grati futuri, si prosperi successus extiterint. 6 Belli suscepti causa nulla alia, quam cupiditas: quandoquidem argumentum certissimum stultitiæ: absentia amare ac curare: præsentia negligere: quæ verò cupiditate fiunt, & sine ratione geruntur, euentus prosperos rarò habeant. 7. Egestani cum Selinuntijs nõ consultis Atheniensibus, ceperint contendere & bellum mouere: & sic etiam ijsdem nõ consultis illud possint dissoluere. 8. Athenienses Pelopõnesiaco in bello plurimorum opem & auxilium implorarint: sed non inuenerint: ideoq; nec ipsi tam esse faciles debeant, in alijs anxijs ferendis. Argumenta hac probantia sunt: refutantia duo se offerunt: quod Atheniensibus induciæ cum Spartanis & alijs: ideoque nullũ his periculum metuendum, etiamsi Egestanis auxilium ferant: deinde Egestanis desertis, metuendum, ne nimium Syracusanorum & Spartanorum potentia crescat. Verum respondet Nicias ad prius: inducias factas non fore firmas ac constãtes: quod his tantum quæsita sit aliqua respiratio: in ijsdem fortuna spectetur: mutentur illæ facilè, si qd aduersi hostibus acciderit: factæ quoque sint à coactis Græcis, & sic minus diuturnæ: habeant adhuc multa controuersa in ipsa formula: non deniq; paucę ciuitates, & quidem potentes easdẽ recipere recusarint. Posterius diluitur cum ostẽditur verisimile non esse Spartanorum & Syracusanorum potentiam nimiam Siculos admissuros: quod seruitutem omnes æquè odio habeant & auersentur. ἠθικὰ & conciliantia sunt: cum suam in patriam beneuolentiam Nicias declarat: plus de huius se salute quam priuata gloria solicitum sese esse testatur: nihil sese dicturum pollicetur honoris sui causa, sed quod optimum & vtilissimum esse intellexerit. Motus tres hic conspiciuntur: metus, odium, & confidentia. Metus excitatur cum recensentur, quæ euentura, si in Siciliam translatum bellum ab Atheniensibus fuerit. In odium rapitur Alcibiades, cum eius fastus describitur: docetur Respub. periculo eum splendorem ac magnificẽtiam amplificare suam velle. Oritur denique spes cum præsid concionis animũ Nicias addit: nec metuendã esse vllam offensionẽ ei indicat: cum testes bonos plurimosq; sit habiturus. Collocatio verò & tractatio quatuor constat partibus: Exordio partim docilitati, partim attentioni accommodato: quarum illa quæstionis indicatione, hęc boni viri descriptione paratur. 2. Propositione ἀρνήσει inficiatione facta belli. 3. Contentione argumẽtis confirmãtibus & refutantibus constante. 4. Conclusione προτρεπτικῇ adhortatione absoluta: vt denuò ad consilium res deferatur, nihil inconsultò, temerè, præpropere suf-

suscipiatur. Loci obseruandi: de non temerè armis induendis: salute publica priuata gloria aut vtilitati anteponenda: bellis extra regionem nostram non facilè gerendis: non semper fide inducijs habenda: amore, ac studio peregrinorum & longè remotorum, propinquorum & vicinorum contemptu: belli cupiditate vitanda, exulum petitione non illico atque inconsideratò admittenda. Vsus erit, quoties dissuadere volumus, ne in gratiam & preces aliorum, aut nostrorum ambitionem bellum periculosum atque perniciosum suscipiatur.

I. ETSI nunc in concionem vocati sumus, vt deliberetur de apparatu nauigationis nostræ in Siciliam: tamē mihi hoc ipsum prius considerandum videtur: Sitne mittenda classis, aut non: nec tam subito de rebus maximis statuendū esse censeo, auditis peregrinis hominibus, vt bellum nō necessarium suscipiamus. Mihi quidem hæc expeditio gloriosa est, & meo corpori minus metuo, quàm alij, sed iudico, bonum ciuem etiam suæ saluti & fortunæ debere consulere, maximè verò saluti communi. Vt autem antea nihil mei honoris causa contra quàm sentiebam suasi: ita & nunc ea dicam, quæ rectissima esse sentio. Scio talem esse cupiditatem vestram, vt parum apud vos valeat moderata oratio: Si dicam præsentia retinenda, nec propter incerta & futura statum præsentem in discrimen adducendum esse. Omisso
II. igitur hoc moderato consilio, ostendam nec tempestiuè nouum bellum moueri, nec rem facilem fore, obtinere illa, ad quæ tendimus. Sic enim ratiocinor, cum hîc multos hostes relinquatis, si illuc nauigabitis, velle vos plures attrahere. Num putatis inducias firmas fore? Quæ tantisper donec quiescimus, erunt induciæ nomine: Sic enim aliquorum consiliis vtcunque quæsita est respiratio. Sed, si quid aduersi nobis accidet, celeriter nos inuadēt hostes melius instructi: quia aduersarij non voluntate, sed coacti suis cladibus fecerūt inducias, minus honestè, quā nos. Deinde de multis articulis in ipsa formula induciarū restant cōtrouersiæ, & ciuitates aliquæ non infirmæ, ne hanc quidem pactionem induciarum receperunt, sed palàm adhuc bellum gerunt. Aliquæ eò quiescunt, quia vident Lacedæmonios quiescere propter decem dierum inducias. Itaque cum viderint nostros exercitus diuisos esse, vt nunc diuidere eos cogitamus, illi Peloponnesiis rursus coniuncti nos inuadent & quidem vnà cum Siculis, quos multò ante ad societatem huius belli libenter attraxissent. Considerandum igitur est, qualia hæc sint, ne periclitanti ciuitati augeantur pericula, nec aliud imperium appetamus priore nondum stabilito, cum

cum Chalcidenses in Thracia, qui tot iã tot annos sunt rebelles, nondum domiti, & alij quidam in continente contumaces sint. Si Egestanis cito velimus opitulari, impediemur, quo minus possimus rebelles ad officium cogere, & tamē hos vicinos domitos retinere in officio possemus. Siculos autem, qui & procul & multi sunt, etiamsi vincemus, quomodo retinebimus? Stultum est autem, eos inuadere, quos ,, victor non possis in officio retinere: & si vincemur, non erimus integri, vt antea.. Vt autem nunc se habent res Siculorum, mihi videntur minus formidabiles nobis fore, si sint sub imperio Syracusanorum: quo argumento vobis Egestani præcipue terrorem incutiunt. Nam etiamsi aliqui Siculi ad Lacedæmonios venient, tamen non est consentaneum, eos velle, vt soli Lacedęmonij in Græcia dominentur: quod si fieret, venirent in seruitutem & ipsi Syracusani. Græci verò qui illic sunt, si non venerimus, magis nos metuent, quam si, ostenso exercitu, mox fugiemus, clade aliqua accepta: tunc enim contemptu nostri cum aliis nos inuadent. Nam longinqua sunt in admiratione, vt nobis ,, nunc accidit. Quia enim præter opinionem vicistis Lacedæmonios, quos antea metuebatis, hunc, his cōtemptis, Siciliam appetitis. Est autem sapientia, non offerri animis ,, propter aduersos casus hostium: sed ratione confidere: & ,, existimare Lacedæmonios fore vigilantiores, vt acceptam ,, ignominiam nobis vicissim superatis aboleant: idque eò ,, magis facient, quò maiore studio & diutius gloriam virtutis possident. Igitur nobis, si sapimus, non esse certamen putemus de Egestanis hominibus Barbaris in Sicilia: sed quomodo vigilanter tueamur patriam; ne libertas opprimatur ab his, qui paucorum potentiam in ea constituere conantur. Ac meminerimus, vix eam aliquid laxamenti nactam esse post sæuam pestilentiam, & longum bellum, vt rursus numero hominum & pecuniæ augeri possit: quas pro nobis & patria hic impēdere iustius est, quàm pro exulibus, qui auxilio indigent. Quibus & callidè mentiri vtile est: & qui in præsenti periculo tantùm verba dant, & si exitus sint prosperi, non referunt dignam gratiam: sin exitus sint infelices, trahunt amicos in perniciem. Si quis autem electus iunior, qui sua vtilitate mouetur, & hoc imperio lætatur propter splendorem, & equorum apparatus, & profusiones hortatur, vt nauigetis: huic non concedite, vt periculo ciuitatis suum splendorem amplificet: sed existimate à talibus & Respublicas & priuatas euerti. Et rem hanc ,, magnam esse cogitate, quæ iuuenis consilio regi non po- ,,

test: nec subitò suscipienda est. Cui viros, cum corrogatos alios assidere video, metuo. Itaque è diuerso ad seniores accedo, & illis sum hortator, vt, si quis alicui eorum assidet, ne pudore deterreatur, quominus liberè sententiam suam dicat: ne forte timidus aut ignauus videatur, si bellum suffragio suo non suaserit. Atque eosdem hortor, nec eodem, quo illi morbo laborantes, nimis perdito amore absentia depereant: sed sciant cupiditatem rarò bonos habere euentus: prudentiam verò plerumque fœlicem esse: sed hortor potius, cum pro gratia nunc omnium maximum periculum subituri sitis, vt contra decernatis, vt Siculi contenti terminis, quibus hactenus nobiscum sine querela vsi sunt, vtantur. Et si qui, vel in sinu Ionio prope terram, vel mari Siculo nauigent, vt suo fruantur, & res suas inter se agant. Deinde & Egestanis respondeatis: postquam sine Atheniensium consilio bellum intulerunt Selinunciis, vt & sine ipsis pacem faciant. Nec deinceps faciamus societatem, sicut antea fecimus, qui calamitosis opem ferimus:
IV. ipsi verò desiderantes auxilium non inuenimus. At, tu Præses, siquidem ducis tibi salutem ciuitatis curæ esse oportere, & vis bonus ciuis esse, meam sententiam comprobato: & rursus iube populum in suffragium ire. Ac si metuis iterum rogare sententias, ne putes te abolenda priore lege crimen incurrere: cum tot habiturus sis testes
„ quòd medicus futurus sis ciuitatis: & quod bene
„ præesse sit, iuuare patriam, aut certè non volentem lædere.

ORATIO SVPERIORI PROXIMAE CONTRARIA.

Ex Thucydidis Lib. VI.

ALCIBIADIS DVCIS Atheniensium.

RESOLVTIO

GRauis & prudens Niciæ fuit oratio: sed locum apud Athenienses non inuenit: cum alias ob causas: tùm vero contrariam Alcibiadis orationem: cuius quinque Thucydides causas indicat: studium contradicendi Niciæ & publicis in consiliis dissidium: deinde Alcibiadis reprehensionem, qua vsus Nicias fuerat: tertio imperij cupiditatem, qua Alcibiades flagrauit: quartò rei familiaris amplificandæ atque augendæ amorem: postremò egestatem, ad quam Alcibiades sum-

sumptibus nimis largus ac pro[illegible] fuerat. Contra [illegible] Alcibiades hæc in oratione agit [illegible] primo huius [illegible] inde suam confirmat. Et quidem ad refutan[illegible] quod [illegible], quæ de equorum erāt apparatu ac sumptibus profusis allata à Nicia ab Alcibiade diluuntur expositione causarum & ἀντιλήψει qualitatis absoluta: quòd splendor & magnificētia talis apparatus reliquis Græcis metum iniiciat, faciat vt existiment, omnes Athenienses tam [illegible] ex potentesq; esse: leges deinde talem permittant magnificentiam v[illegible] ribus in Olympicis certaminibus: tum honestum ac laudabile [illegible] ptibus propriis patriam exornare: postremò inuidia valeat quidem apud pares & præsenti in tempore: at apud posteros non habeat locū, qui sæpe eiusmodi res commendant, etiam patria sibi gratulatur de eiusmodi ciuibus, qui præclarè ac splendidè res gerunt. Secundò quod erat de ætate obiectum: Alcibiadem iuuenem esse ferocem & amentem, ideoq; ei non fidendum, refutatur, quòd imprudentia quidem à natura iuuenibus sit insita; verùm in Alcibiade non deprehendatur, id quod res gestæ declarent: cum coegerit Spartanos suo periculo sumptuq; ad Mantineam pugnare: apud Argiuos effecerit, vt sese cum Atheniensibus coniungerent. Tertio de periculis belli quod abiectum, cū adhuc Attica in regione sint hostes, refellitur exemplo maiorum & parentum, qui cum eosdem haberent hostes, simul etiam Medos, tamen extra Atticam regionem bellum gerere nō dubitarint, re nauali freti: metus hosti iniicitur, cum animaduertit, quando vident, Athenienses & in agro suo, & extra regionem hostem sustinere posse: si in Atticam volent hostes transire, hoc sint facturi, etiamsi expeditionem Athenienses non susceperint, tandem si velint Atticam inuadere regionem hostes, relinqui classis possit, quæ eosdem reprimat. Quartò de difficultate redeundi obiectum reiicitur nauali re indicata, qua Athenienses præstabant, & reditum habebant facilē. Quintò de seiunctione senum ac iuuenum argumentū infringitur exemplo atq; instituto maiorum, apud quos semper cum senibus communi iuuenes consultarunt: & necessitate ostensa: quod neque senes sine iuuenibus, nec hi sine illis efficere aliquid valeant, sed necesse sit hos coniūgi. Postremò de otio & quiete allatum tollitur: quòd quiete & otio, vt alia, ita Respub. per se ipsæ atterantur, languescat fortitudo & industria: contra certaminibus ac bellis experientia paretur: nunquam otiosa sed negotiosa semper Atheniensis Respub. fuerit: illicò denique Respub. pereat, quæ labores intermittit, otio sese ac quieti dat. Et hæc argumenta refutantia sunt. Probantia & quibus ostendere Alcibiades conatur expeditionem in Siculos intermittendam non esse sunt: quod 1. hostes viribus ac potentia minus instructi Siculi non potentes, id quod descriptione ostenditur Siciliæ ciuitatū & status atq; conditionis Rerumpub. 2. Potentes contra hostes per se Athenienses: habeant etiā multos barbaros, qui opem in bellis ferāt

propterea

propterea quod odio Syracusanos prosequuntur, & sic suas quoq; vlcisci iniurias cupiunt. 3. Athenienses iureiurando promiserint auxilia Egestanis ac Seleuntinis. 4. Athenienses & alij imperij sui fines longè lateq; propagarint aliis auxiliis ferendis: creuerint, non otio & quiete, sed actionibus atq; expeditionibus. ἦθος & decorum hic obseruatum in Alcibiadis persona, qui adolescens, & adolescentia nobilis elatè atq; ambitiosè de se ipse loquitur: res gestas prædicat: multa sibi pollicetur: alios contemnit. Motus tres sunt: Inuidia excitata in Niciam, quasi senes & iuuenes inter se committere volentem: & à se hanc remouet: Spes, quæ inflammatur: cum Siculorum vires extenuantur: Atheniensium exaggeratur atque amplificatur potentia: Aemulatio accensa, maiorum ac parentum ob oculos exemplis rebusq; gestis propositis. Collocatio & tractatio horum absoluitur 4. partib. Exordio ex abrupto facto: Refutatione, quæ dissolutionem continet eorum, quæ contra partim Alcibiadis personam, partim ipsum ac expeditionem allata à Nicia fuerant: Confirmatione quæ probantia argumenta complectitur: Conclusione quæ adhortationem habet ne oratione Niciæ honesto à proposito auocari sese Athenienses patiantur. Loci hic obseruandi de splendore ac magnificentia, inuidiæ loco ac conditione: iuuentute non excludenda ac contemnenda, sed cum senectute coniungenda: notis malè constitutæ Reipub. otio vitando ciuitatibus: antiquis moribus ac institutis retinendis. Vsus erit, cum contra aliorum sententiam bella & expeditiones suadere Rebuspub. volumus.

I. ME Imperatorem esse magis, quàm alium conuenit. Inde enim ordiri me necesse est: quia me Nicias pupugit, & quidem imperio dignum me esse puto. Nam celebritas mea & maioribus meis, & mihi gloriam affert & patriæ vtilitatē. Græci enim, cum antea existimarent nostram ciuitatē bello fractam esse, nunc esse maiorem viribus suis duxēre, propterea quòd septem misi currus in certamen, quod nemo priuatus antea fecit. Et victor fui secundus & quartus, & fuit reli-
II. quus apparatus his victoribus conueniens. Hæc legibus nostris sunt honorifica: sed reipsa potentiam ciuitatis ostēdunt. Splendor autem in vrbe, etsi apud ciues inuidiam parit, tamen ad hospites opinionem potentiæ ciuitati affert.
„ Nec verò inutile propositum est, propriis sumptibus patriæ
„ prodesse, nec iniustum est tales dum florēt, nolle esse æqua-
„ les cæteris ciuibus: quia in rebus aduersis despecti etiam nō sunt æquales. Vt igitur in calamitatibus contemnitur, ferāt alij vicissim hoc quoq; si a nobis florentibus negligantur, aut ipsi æqualia præstantes æqualia accipiant. Scio autem tales, qui in splendore viuunt, inuidiæ obnoxios esse, præcipuè verò eos, qui videntur pares esse, & ab aliis quoq; inui-

dia

dia exerceri. sed posteri iactitant se illorum cognatos esse, etiamsi qui nō sunt, & patria gloriatur, se tales ciues habuisse. Nec existimant illos alienos aut improbos ciues fuisse: sed suos & præclarè meritos. Quorum ego æmulus cū sim, & priuatim celebris, considerate an publica deterius agam. Cum enim Peloponnesij summas vires suas in vnum cōtraxissent, sine magno nostro sumptu & periculo coëgi Lacedæmonios vno die ad Mantinæam de toto statu dimicare. Vnde, etsi prœlio superiores discesserunt: tamen nondum ita animum receperunt, vt rursus dimicare auderent. Et hæc mea iuuentus, quæ præter naturam non intelligens esse videtur, apud Argiuos & Mantinæos, qui viribus valent inter Peloponnesios, oratione conuenienti, minisq; & ira, nisi se nobiscum coniungerent, effecit: vt nunc vobis à mea iuuētute non sit metuendum, sed donec viget hæc mea ætas, & Nicias valet authoritate propter res bello feliciter gestas, vtroq; vtamini ad publicam vtilitatem. Nec mutate decretum, quasi aduersus magnam potentiam proficiscamur. Habent enim vrbes confusaneam multitudinem, & facilè Reipublicæ statū mutant, ac nouos ciues recipiunt. Nec ciues armis aut alio apparatu instructi sunt, tanquam pro patria aut sua salute dimicaturi: sed sic sunt parati, vt vel persuadendo, quod velint, obtenturi, vel, seditione mota rapturi ex publico, vel, si non succedat, quæsituri aliam sedem. Nec consentaneum est, talem turbam duces audire eadem mētē, neq; communiter aliquid agere: sed facilè singuli, cum aliquid ad voluptatem dicetur, se adiungent, præsertim vbi seditiones sunt, sicut apud eos esse dicuntur. Numerus verò militum, nec apud ipsos tantus est, quantus iactatur, neque apud cæteros Græcos tantus fuit, quantus ab ipsis prædicabatur: sed Græcia, quæ militum multitudinem prius in immensum falsò extollebat, vix ad hoc bellum adhuc satis armata est. Sic se res illę habent, quantū ego quidem audio. Et accedit hæc commoditas, quòd multi Barbari se nobis adiungent, qui Syracusanorum odio simul eis bellum inferent. Neq; impedimento erit bellum, quod hic in Attica geritis, si rectè volueritis cogitare. Nam patres nostri, cum hostes haberent eosdem, qui nunc dicuntur: tamen nauigare nos sinebant, & cum insuper hostem haberent Medum, tamen imperium acquisiuerūt, non alia re, quàm, quod classe valebant, & à re nauali instructi erant: & nunc non alia res spem eis eripit nos delendi, quāquam sunt potentes, quàm quod videat nos classe antecellere. Possunt enim, etsi non suscipimus expeditionem, transire in Atticam terram, sed in mari

III.

mari nobis nocere non possunt,quia tantam hic classem relinquimus,quæ reprimere eos potest. Itaq; quid probabiliter dicemus,seu metu retenti, seu prætextum aliquem ostendentes, quo minus sociis opitulemur, quibus iurauimus nos opitulaturos esse, nec obiectúros, quod ipsi huc non accedant. Non enim addita est conditio, vt huc accederent: sed vt istis inimicos nostros detinerent, si qui huc accessuri essent. Sic & nos & alij imperia acquisiuerunt,cæteris celeriter opem ferendo. Si enim,aut quiescerēt, aut tunc disputationes mouerent,cum necessaria est defensio,etiam antea parta potentia amitteretur. Eum enim, qui viribus antecellit,nō solùm tunc reprimas, postquam prior intulit bellum, sed etiam anteuertas oportet, ne inuadat. Nec verò nobis modum imperio nostro statuere licet: sed quia imperium habemus, necesse est aliis insidiari, aliis verò non cōcedere, vt aduersus nos aliquid moliantur. Nisi enim nos aliis imperemus,nobis periculum est, opprimi ab aliis. Nec nos easdem ocij causas quęramus, quas alij quærunt: cum nostra ciuitas dissimilis sit aliarum. Nostræ enim res crescent, si proficiscimur. Nauigātes enim incutiemus metū Peloponnesiis,cum videbimur eos adeo despicere,vt nō gaudeamus his induciis, sed in Siciliam traiiciamus, &, aut potiri Sicilia vniuersæ Græciæ imperium adipiscamur, aut debilitatis Syracusanis,nobis & sociis multum prosimus. Securitatem verò nobis præstant naues,&, si res sint secundæ, maneamus: sin verò aduersæ, redeamus. Eius enim rei potestas penes nos erit, etiamsi vniuersa Sicilia nos impedire voluerit. Nec
IV. nos auertat Nicias,qui studium quietis ostendit, & seniores à iunioribus seiungere conatur: sed conuenienti ordine sicut maiores nostri,cū iuuenes senibus adiunguntur in consiliis: Rempublicam in hunc statum perduxerūt, simili modo nunc vrbis potentiam augeatis. Et statuite iuuenes & senes,alteros sine alteris nihil valere: sed mixtos imbecilles, medios & acres plurimum posse. Et cogitate hoc ciuitatē conteri otio per seipsam, sicut res cæteras, & senescere industriam: bellando verò proficere experimentis, & assuefieri, non verbis, sed vsu & præliis ad depellendos hostes. Deniq; sic censeo,ciuitatē,quæ antea non fuit ociosa,statim corrumpi,cum laboribus omissis, otio se dedit: & illorum statum tutissimum esse, qui antiquos mores & leges,etiamsi deteriores sunt, retinent.

DISS

DISSVASIO BELLI ET EXPEDITIONIS.

Ex Saxonis Grammatici historiæ Danicæ lib. 5.

ORATIO ERICI PROCERVM vnius ad Gotharum Noruagię Regem.

RESOLVTIO.

CVm Frotho iuuenis in Dania regnaret, licere sibi omnia proceres arbitrati sua in populum abusi potentia sunt: cuncta dissimulantem simul odiosum atq; inuisum regem reddiderunt. Quod, vbi Gotharus, Noruagiæ rex intellexit, conuocatis in concionem militibus, regem fastidire suum Danos, alium exoptare retulit: si qui sese ostenderet: eaq; de causa eò exercitum sese ducere constituisse. Placuit res hæc non paucis: & eandem dissuasit Ericus procerum vnus his argumentis: quòd 1. Aliena qui appetunt, sua sæpe amittant. 2. Discordes ac dissentientes in regno facilè hostium aduentus coniungat ac conciliet. 3. Prudenter hic agendum: ne qua, sed serò nimis, pœnitentia subsequatur. 4. Parcè vtendum non abutendum milite sit. Ad conciliandum valet, & est ἠθικὸν, cum & prudentiam Ericus suam ostendit, & testatum studium atq; beneuolentiam facit: pericula sese futura præuidere indicat: de rege regnoq; esse solicitum doces. Collocatio & tractatio dissuasionis argumentis: deinde προτροπῇ adhortatione absoluitur, vt quiete ac tranquillitate sua contentus, temerè bellum non moueat. Loci obseruandi: de alienis non appetendis: syncretismo & reconciliatione ac concordia acerrimorum hostium hoste, aut malo aliquo cõmuni imminente: moderato parcoq; alienæ opera vsu. Imitando effingi atq; exprimi oratio poterit: quoties regi aut magistratui alicui suadere volumus: ne alienum in regnum expeditionem suscipiat, temereq; bellum moueat.

SAEPE, alieni appetitores, proprio priuari solere meminimus: sæpè amborum captator, vtriusq; perditor fuit, præualidum enim oportet alitem esse, qui prædam alius vnguibus extrahere cupiat. Animat te frustra internus regionis liuor, quem plerunq; hostilis explodit aduentus. Nam etsi nunc Dani diuiduis esse sententiis videantur, vnanimes tamen mox excipient hostem. Crebrò corrixantes porcos, conciliauere lupi: patrium quisq; ducem extero præfert: prouincia omnis regem domesticum, quàm aduenam, impensius colit. Neq; enim te Frotho domi præstolabitur, sed foris excipiet aduentantem. Extremis & aquilæ scalpunt: anterius alites certant. Nosti ipse pœnitentia vacuum debere contuitum esse prudentis, proceribus abunde stipatis.

Tua

Tua tibi quies maneat per alios gerendi ſanè belli facultatē propemodum exploratam habere poteris. Liceat militi regiam prætentare fortunam. Salutem tuam pacificè mode-
,, rare, alieno negotium periculo moliturus. Satius eſt ſeruū
,, deperire quàm herum. Quod fabro forceps, tuus tibi ſatel-
,, les agat. Ille ferramenti remedio manus cantemum cauet,
,, atque à digitorum ſibi incendio temperat. Tu quoq; tibi
,, tuorum opera parcere & conſulere diſce.

SVASIO BELLI.

Ex Thucydidis lib. 1.

ORATIO PERICLIS.

Resolvtio.

Decreuerant Lacedæmonij aliiq; Græci omnino bellum Athenienſibus inferre. Verùm, cum cauſa aliqua honeſta adhuc deſiderari videretur, placuit per legatos ante cum illis agere, & poſtulata quædam ac pacis conditiones proponere. Quas non eſſe recipiendas, ſed bellum ſuſcipiendum Pericles Athenienſibus ſuadet his argumentis. Quòd 1. *Lacedæmonij & ante ſint Athenienſibus inſidiati & nunc denuò inſidiantur: cum contra pacta & fœdera velint controuerſias certas iudicio cognoſci, ſed illico gladio & bello dirimi: nec accuſationem aut querelam inſtituant, verum imperata ſubeant facere: imperent præterea omnino iniqua ac dura.* 2. *Lacedæmonij ad bellum gerendum minus inſtructi ſint: ſiquidem ciues habeant Peloponeſios operarios & eos, qui labore manuum cogantur victum quærere: loculis vtantur vt plurimum vacuis, & exhauſto ærario: nec poſſint diu bellum gerere maximè maritimum.* 3 *Lacedæmonij & reliqui Græci lentè ac tardè, non maturè bella gerant: cum propter conuentus publicos neceſſe habeant ad multas ciuitates longo ordine res referre: gentes diuerſæ pari ſuffragiorum iure vtantur: quarum ſingulæ non publicum, ſed priuatum commodum ſpectent: diu conuocentur & tardè conueniant ad comitia ac conuentus: vbi conuenerint obiter quaſi & breui momento agant de publicis, plus temporis tribuant vel voluptatibus, vel priuatis controuerſiis: publicas curas in alios conijciant: ægrè demiq; ac lentè admodum pecuniam conferant: cum belli interim occaſiones hominum tarditatem non expectent.* 4. *Athenienſes multa magnaq; commoda habeant contra hoſtes: præſtent re nauali: inſulis & vrbibus plurimis dominentur: vt licet vno vincantur in loco, facilè alium quærere poſſint: maris obtineant imperium.* 5. *Cauſam ijdem belli iuſtam ac honeſtam habeant: quandoquidem non primi bellum moueant, ſed à Lacedæmoniis atq; aliis illatum depellant: ſemper autem melior eorum cauſa, qui propulſant, quàm qui priori loco inferunt aliis bellum.* 6. *Hoc ipſum bellum gloriam, & quidem*

quidem insignem queat afferre Atheniensibus. 7. Maiores horum etiã cum Medis & Barbaris aliis bellum gesserint, cum tamen tanta instructi potentia non fuerint. Probantia hæc argumenta sunt. Refutantia sequuntur: quorum 1. Quòd propter res paruas in discrimen atq; periculum Respub. non conijcienda. 2. Bellum reliquis cum Græcis susceptum incommoda multa magnaq; sit allaturum, cum munitiones extruant Græci in Affrica, atq; inde eidem damnum dare facilè possint. 3. Iidem rei sint naualis periti. 4. Facilè queant peregrinos & exercitatos milites conducere: siquidem pecuniã habeant ex Olympiaco templo ac Delphico desumptam. 5. Etiam hoc metuendum, ne, armis sumptis, agri vastentur, pereant villæ & prædia. Ad quæ respondetur, & quidem ad primum: res non esse paruas ducendas, cum authoritas in his atq; existimatio periclitetur Atheniensium: iis, qui ob metum in paruis cedunt, paulò post maiora imperentur: eandem esse seruitutem, si ante rem iudicatam ab æqualibus aliquid imperetur, siue magnum, siue paruum illud extiterit. Ad secundum: difficile esse in bello, & quidem agro hostili munitiones extruere: ac licet extruantur, laboris non magni esse contrarias erigere: imò τῶν ἀδυνάτων vnum, nec fieri facile posse, vt simul & vrbes obsideantur, & bella gerantur, & extruantur munitiones nouæ, propter hostes, propter tempus, propter sumptus hanc ad rem qui requiruntur. Ad tertium: Athenienses inde Persico à bello exercitatos in re nauali, tamen sæpe quod volunt, non impetrare: ideoq; multò minus hac præstare reliquos Græcos posse, qui terram colant, eiusdemq; magis, quàm maris sint periti: cogantur multis in locis ac diuersis proficisci: cum res nautica obiter non discatur & successiuo tempore: sed ita sit exercenda, vt alia simul non agantur. Ad quartum, Athenienses esse Lacedæmoniis & cæteris pares ciuium numero: gubernatores & ministros habere plures & meliores quam illos: & hos ipsos non mercede multos attracturos, cum pleriq; salutis maiorem, quam pecuniæ habeant rationem. Ad quintum: in bellis semper homines magis quam agros aut villas spectari oportere: quòd agros et villas possint homines possidere: nõ contrà agri & villę homines: & sic satius habere viros fortes sine villis ac prædiis, quàm villas et prædia sine viris. Conciliãtia sunt: cum suam constantiam patriæ in amore, & fidem in consiliis Pericles ostendit: libertatis sese cupidum ac studiosum indicat. Motus, hic dominantur varii: Ira excitata detectione insidiarũ Spartanorum: Metus qui oritur denunciatione rerum, quæ aut decus, aut damnũ afferre possunt. Spes mota indicatione commoditatum ad bellum gerendum: & extenuatione virium hostilium: Aemulatio deniq; accensa maiorum exẽplis. Collocatio ac tractatio constat: Exordio cohortatione facto ad animi magnitudinem & constantiam in iusta causa: Contentione, argumentis tùm probantibus, tùm refutantibus absoluta: Conclusione quæ consilij expositionem & adhortationem habet. Loci sunt

obseruandi: de fortunæ vi in bellis: existimationis iactura: seruitutis iugo: commodo publico, non priuato spectando in consilijs dandis: occasionibus in bello minimè negligendis: villarum, prædiorum agrorum amissione, vt vrbis & homines conseruentur: gloria magna ac constanti laboribus & periculis comparanda. Vsus erit, cum tempore periculoso & bello aliquo difficili ingruente paulò esse homines timidiores videntur: adeoq; erigendi ac confirmandi sunt: simul etiam illis ostendendum, quo nam pacto honestè & rectè aliorum respondendum postulatis.

I. VT hactenus semper fui in hac sententia, non credendũ
,, esse Peloponnesiacis: quanquam scio homines nõ eo-
,, dem ardore mouere bellũ, & gerere: sed aduersis casibus lã-
,, guefieri: ita nunc video eadem suadenda, & vos confirmandos
esse, vt non deficiatis, si quid aduersi accidet: &, si non
fuerint successus prosperi, vt tamen retineatis hanc laudẽ,
,, quod rectè senseritis. Vtrumq; enim fieri potest, vt & rectè
,, deliberata fortuitis casibus impediantur, & in ipsis consilijs
,, errent homines. Ideo fortunã, si quid accidit præter opinio-
II. nem, causam esse ducimus. Manifestum est autẽ, Lacedæmonios
& antea nobis insidiatos esse, & nunc nobis insidiari.
Cum enim in fœderibus constitutũ sit, vt, cũ incidunt controuersiæ,
iudicijs dirimantur, nec ante iudicium quisquam
possessione excutiatur, illi nec postularunt cognitionẽ, nec
nobis offerentibus recipiunt, sed bello, non oratione controuersias
dirimere volunt: & adsunt, non, vt accusent, sed
iubeant imperata facere: Decedite, inquiunt, Potidæa: Aeginetis
cõcedite libertatẽ: abolete decretũ de Megarensibus:
nunc postremi legati iubent omnibus Græcis concedere libertatẽ.
Nec verò putetis, de re parua bellũ fore, si decretum
de Megarensibus aboleueritis: quòd maximè prætexunt, nõ
fore bellum, decreto illo sublato. Nec in nobis culpam esse
,, existimetis, si de re parua bellũ suscipietis. Nam in hoc par-
,, uo posita est confirmatio authoritatis vestræ, & constantiæ
,, specimen. Si enim cesseritis, aliud maius imperabunt, tan-
,, quam metu cedentibus, sed fortiter recusantes vicissim o-
,, stendetis eis, vt æquali iure nobiscũ agant, nõ vt domini im-
,, perẽt. Deliberabitis igitur, an sit cedendũ metu periculorũ,
an verò bellandum. Vt mihi quidem videtur, nec cedendũ,
vel in re magna, vel in exigua: vt sine metu deinceps res no-
,, stras tenere possimus. Nam eadem seruitus est, si socij æqua-
,, les ante rem iudicatam imperent, seu maxima, seu minima.
,, Quod verò ad bellum & ad vires vtrinq; attinet, vt sciatis,
nos non imbecilliores fore, exponam singula quæ considerEranda

randa

tanda sunt. Peloponnesij labore manuum quærunt victum; nec priuatim, nec publicè multum habent pecuniæ. Deinde non sunt idonei ad bella diuturna & maritima: quia ipsi propter inopiam breuia inter se bella inferunt. Tales cum sint, nec naues implere militibus, nec sæpè exercitus pedestres emittere possunt: cum diu suis à rebus abesse cogantur, & proprio sumptu militare, præsertim si à mari excludantur. Bella verò magis sustinentur præsenti copia quàm violentis collationibus. Ac operarij homines libentius militant corporibus quàm pecuniam conferunt: quia sperant corpora ex periculis euasura esse, pecunias verò etiam ante belli finem perire vident: præsertim si bellum diuturnum sit. Etsi autem Peloponnesij & eorum socij ad dimicandum de summa rei in vno prælio pares sunt cæteris Græcis, tamen diuturnum bellum gerere simili apparatu non possunt. Quia, cum non sit vna communis eorum deliberatio, sed res ad diuersas ciuitates longo ordine referendæ sint, non potest subito perfici, quod opus erat. Nam & gentes diuersæ sunt, & suffragia parem vim habent; & singulæ suam vtilitatem spectant. Quæ res moram & impedimenta deliberationibus afferunt. Alij maximè volunt puniri aliquem, alij contra minimè volunt suas res absumi & tardè conuenientes exiguo spacio de publicis negotijs deliberant; plus temporis tribuentes priuatis controuersijs, & quilibet putat, sua vnius negligentia non impediri bonum publicum, & id aliis curæ fore pro ipso. Sic, cum omnes cogitant, interea bonum publicum perit omnium culpa: cum quidem se causam esse non animaduertunt. Præcipuè verò impedientur inopia pecuniæ, quia, cum lentè conferent, moræ incident. Belli autem occasiones non expectant nostram tarditatem. Nec metuamus munitiones, si quas in nostra terra extruere volent: neq; classem eorum Nam etiam in pacato difficile esset vrbi æmulæ imperij extruere munitiones: multò difficilius id erit in hostili solo: præsertim si nos contrarias munitiones extruxerimus. Cumq; præsidium alicubi aduersus nos collocabunt, nocebunt illi quidem, quia excursionibus vastabunt agros, & recipient transfugas: sed non poterunt simul & obsidere nos; & prohibere nostras nauigationes in ipsorum terram: vbi eos classe vexabimus. Ac nos quidem plus habemus industrię ad prçlia in terra ex vsu rei nauticę; quã ipsi habere possunt ad rem naualẽ ex vsu militiæ terrestris. Nec facilè erunt periti rei naualis. Nam nec vos, quanquam inde à bello Persico classe vtimur, & nos exercemus,

,, antea boni fuerunt,& nunc aduersus nos mali sunt, duplici ,, pœna digni sunt, quod ex bonis mali facti sunt. Nos verò &
II. eodem animo tunc fuimus, & adhuc sumus. Qui si sapimus non negligemus sociorum nostrorum iniurias, nec differemus vltionem, cum ipsorũ nõ differatur iniuria. Sint sanè alij potentes pecunia, nauibus, equis: at nos fideles socios habemus, qui non sunt prodendi Atheniẽsibus. Nec iam ver- ,, bis certandum est in iudiciis, cum socij non sint tantũ verbis ,, læsi: sed citò & omnibus viribus puniemus hostes. Nec do- ,, ceat nos quisquã, tunc longa deliberatione vtendum esse, ,, cum iniuria affecti sumus: sed illi diu deliberent, qui aliis il-
III. laturi sunt iniuriam. Decernite igitur bellum, vt Sparta dignum est, NEC SINITE CRESCERE ATHENIENSES, nec socios prodamus, sed, DEO iuuãte, inuademus eos, qui priores nos iniuria affecerunt,

DISSVASIO BELLI.

Ex Thucydidis Lib. VI.

ORATIO NICIAE DVCIS Atheniensium.

RESOLVTIO.

CVm Egestani Siculi de agrorũ finibus cum Selinuntiis contenderent, res ad bellum spectare videretur, ad Athenienses illi cõfugerunt, & contra hostes suos ab iisdem petierunt auxilium: placuit populo Atheniensi esse bellum hoc suscipiendum, constituendum ducem Niciam: qui tamen vt vir bonus, & magis de salute publica, quàm priuata gloria solicitus bellum omnino dissuasit: sed quod voluit, impetrare non potuit, quod aduersarium Alcibiadem haberet, hominẽ insolentẽ & rerum nouarũ cupidũ: ideoq; pessime Atheniensibus res illa cessit: exercitus deletus: Athenæ captæ: triginta vrbi tyrãni impositi fuerunt. Argumenta verò quibus bellum dissuadet Nicias sunt: quod 1. Nondum vicini Atheniensium pacati & amici oẽs sed plerique hostes: ideoq; periculosum, bellum aliena in regione gerere: hostes in agro relinquere: 2. Stultum bello Siculos petere, qui ne victi quidẽ in officio contineri poterunt: cum longè ab Atheniensibus sint remoti, ac propterea deficere facilè queant: deinde natura sint leues, inconstãtes, insolentes. 3. Athenienses disiuncti procul à Siculis magis illis formidabiles sint futuri, quam si cum exercitu veniãt, aut paulò post, clade accepta inde discedãt: quod ea hominũ natura ac conditio: vt quæ longè sunt remota admirẽtur: vicinus vicina curẽt ac suspiciãt experientia quoque sæpe facta cõtemptum afferat. Quod etiam Spartanis accidit, qui maiori in pretio & admiratione apud Athenienses fuerunt remoti, quàm vicini & bellum gerentes. 4. Atheniensis Res-

pub.

pub. vix grani à peste & bello diuturno sit recreata: ideoq; tutum minimè, hāc bello nuuo in discrimen conijcere potius, quam operam dare, vt & hominibus illa & opibus augeatur. 5. Egestani, propter quos bellum suscipiendum, sint profugi, barbari, & fraudulenti: qui nisi bello exactio, non magni Athenienses faciant: didicerint callidè ac splēdidè mentiri & verba alijs dare: parum etiam grati futuri, si prosperi successus extiterint. 6 Belli suscepti causa nulla alia, quam cupiditas: quandoquidem argumentum certissimum stultitiæ: absentia amare ac curare: præsentia negligere: quæ verò cupiditate fiunt, & sine ratione geruntur, euentus prosperos rarò habeant. 7. Egestani cum Selinuntijs nō consultis Atheniensibus, ceperint contendere & bellum mouere: & sic etiam ijsdem nō consultis illud possint dissoluere. 8. Athenienses Peloponesiaco in bello plurimorum opem & auxilium implorarint: sed non inuenerint: ideoq; nec ipsi tam esse faciles debeant, in alienis anxijs ferendis. Argumenta hæc probantia sunt: refutantia duo se offerunt: quod Atheniensibus induciæ cum Spartanis & alijs: ideoque nullū his periculum metuendum, etiamsi Egestanis auxilium ferant: deinde Egestanis desertis, metuendum, ne nimium Syracusanorum & Spartanorum potentia crescat. Verum respondet Nicias ad prius: inducias factas non fore firmas ac constātes: quod his tantum quæsita sit aliqua respiratio: in ijsdem fortuna spectetur: mutentur illæ facilè, si qd aduersi hostibus acciderit: factæ quoque sint à coactis Græcis, & sic minus diuturnæ: habeant adhuc multa controuersa in ipsa formula: non deniq; paucę ciuitates, & quidem potentes casdē recipere recusarint. Posterius diluitur cum ostēditur verisimile non esse Spartanorum & Syracusanorum potentiam nimiam Siculos admissuros: quod seruitutem omnes æquè odio habeant & auersentur. Vltimā & conciliantia sunt: cum suam in patriam beneuolentiam Nicias declarat: plus de huius se salute quam priuata gloria solicitum sese esse testatur: nihil sese dicturum pollicetur honoris sui causa, sed quod optimum & vtilissimum esse intellexerit. Motus tres hic conspiciuntur: metus, odium, & confidentia. Metus excitatur cum recensentur, quæ euentura, si in Siciliam translatum bellum ab Atheniensibus fuerit. In odium rapitur Alcibiades, cum eius fastus describitur: docetur Reipub. periculo eum splendorem ac magnificētiam amplificare suam velle. Oritur denique spes cum præsidi concionis animū Nicias addit: nec metuendā esse vllam offensionē ei indicat: cum testes bonos plurimos sit habiturus. Collocatio verò & tractatio quatuor constat partibus: Exordio partim docilitati, partim attentioni accommodato: quarum illa quæstionis indicatione, hęc boni viri descriptione paratur. 2. Propositione ἀρνήσεως inficiatione facta belli. 3. Contentione argumētis confirmātibus & refutantibus constante. 4. Conclusione προτροπῆ adhortatione absoluta: vt denuò ad consilium res deferatur, nihil inconsultò, temerè, præpropere suf-

ſcipiatur. Loci obſeruandi: de non temerè armis induendis: ſalute publica priuata gloriæ aut vtilitati anteponenda: bellis extra regionem noſtram non facilè gerendis: non ſemper fide inducijs habenda: amore, ac ſtudio peregrinorum & longè remotorum, propinquorum & vicinorum contemptu: belli cupiditate vitanda, exulum petitione non illico atque inconſideratò admittenda. Vſus erit, quoties diſſuadere volumus, ne in gratiam & preces aliorum, aut noſtrorum ambitionem bellum periculoſum atque pernicioſum ſuſcipiatur.

I. ETsi nunc in concionem vocati ſumus, vt deliberetur de apparatu nauigationis noſtræ in Siciliam: tamē mihi hoc ipſum prius conſiderandum videtur: Sitne mittenda claſſis, aut non: nec tam ſubito de rebus maximis ſtatuendū eſſe cenſeo, auditis peregrinis hominibus, vt bellum nō neceſſarium ſuſcipiamus. Mihi quidem hæc expeditio glorioſa eſt, & meo corpori minus metuo, quàm alij, ſed iudico, bonum ciuem etiam ſuæ ſaluti & fortunæ debere conſulere, maximè verò ſaluti communi. Vt autem antea nihil mei honoris cauſâ contra quàm ſentiebam ſuaſi: ita & nunc ea dicam, quæ rectiſſima eſſe ſentio. Scio talem eſſe cupiditatem veſtram, vt parum apud vos valeat moderata oratio: Si dicam præſentia retinenda, nec propter incerta & futura ſtatum præſentem in diſcrimen adducendum eſſe. Omiſſo
II. igitur hoc moderato conſilio, oſtendam nec tempeſtiuè nouum bellum moueri, nec rem facilem fore, obtinere illa, ad quæ tendimus. Sic enim ratiocinor, cum hic multos hoſtes relinquatis, ſi illuc nauigabitis, velle vos plures attrahere. Num putatis inducias firmas fore? Quæ tantiſper donec quieſcimus, erunt induciæ nomine: Sic enim aliquorum conſilijs vtcunque quæſita eſt reſpiratio. Sed, ſi quid aduerſi nobis accidet, celeriter nos inuadēt hoſtes melius inſtructi: quia aduerſarij non voluntate, ſed coacti ſuis cladibus fecerūt inducias, minus honeſtè, quā nos. Deinde de multis articulis in ipſa formula induciarū reſtant cōtrouerſiæ, & ciuitates aliquæ non infirmæ, ne hanc quidem pactionem induciarum receperunt, ſed palàm adhuc bellum gerunt. Aliquæ eò quieſcunt, quia vident Lacedæmonios quieſcere propter decem dierum inducias. Itaque cum viderint noſtros exercitus diuiſos eſſe, vt nunc diuidere eos cogitamus, illi Peloponneſiis rurſus coniuncti nos inuadent & quidem vnà cum Siculis, quos multò ante ad ſocietatem huius belli libenter attraxiſſent. Conſiderandum igitur eſt, qualia hæc ſint, ne periclitanti ciuitati augeantur pericula, nec aliud imperium appetamus priore nondum ſtabilito,

cum

cum Chalcidenses in Thracia, qui tot iã tot annos sunt rebelles, nondum domiti, & alij quidam in continente contumaces sint. Si Egestanis cito velimus opitulari, impediemur, quo minus possimus rebelles ad officium cogere, & tamẽ hos vicinos domitos retinere in officio possemus. Siculos autem, qui & procul & multi sunt, etiamsi vincemus, quomodo retinebimus? Stultum est autem eos inuadere, quos ,, victor non possis in officio retinere: & si vincemur, non erimus ,, integri, vt antea.. Vt autem nunc se habent res Siculorum, mihi videntur minus formidabiles nobis fore, si sint sub imperio Syracusanorum: quo argumento vobis Egestani præcipue terrorem incutiunt. Nam etiamsi aliqui Siculi ad Lacedæmonios venient, tamen non est consentaneum, eos velle, vt soli Lacedemonij in Græcia dominentur: quod si fieret, venirent in seruitutem & ipsi Syracusani. Græci verò qui illic sunt, si non venerimus, magis nos metuent, quam si, ostenso exercitu, mox fugiemus, clade aliqua accepta: tunc enim contemptu nostri cum aliis nos inuadent. Nam longinqua sunt in admiratione, vt nobis ,, nunc accidit. Quia enim præter opinionem vicistis Lace- ,, dæmonios, quos antea metuebatis, hunc, his cõtemptis, Siciliam appetitis. Est autem sapientia, non offerri animis ,, propter aduersos casus hostium: sed ratione confidere: & ,, existimare Lacedæmonios fore vigilantiores, vt acceptam ,, ignominiam nobis vicissim superatis aboleant: idque eò ,, magis facient, quò maiore studio & diutius gloriam virtutis possident. Igitur nobis, si sapimus, non esse certamen putemus de Egestanis hominibus Barbaris in Sicilia: sed quomodo vigilanter tueamur patriam, ne libertas opprimatur ab his, qui paucorum potentiam in ea constituere conantur. Ac meminerimus, vix eam aliquid laxamenti nactam esse post sæuam pestilentiam, & longum bellum, vt rursus numero hominum & pecuniæ augeri possit: quas pro nobis & patria hic impẽdere iustius est, quàm pro exulibus, qui auxilio indigent. Quibus & callidè mentiri vtile est: & qui in præsenti periculo tantùm verba dant, & si exitus sint prosperi, non referunt dignam gratiam: sin exitus sint infelices, trahunt amicos in perniciem. Si quis autem electus iunior, qui sua vtilitate mouetur, & hoc imperio lætatur propter splendorem, & equorum apparatus, & pro fusiones hortatur, vt nauigetis: huic non concedite, vt periculo ciuitatis suum splendorem amplificet: sed existimate à talibus & Respublicas & priuatas euerti. Et rem hanc ,, magnam esse cogitate, quæ iuuenis consilio regi non po- ,,

test: nec subitò suscipienda est. Cui viros, cum corrogatos alios assidere video, metuo. Itaque è diuerso ad seniores accedo, & illis sum hortator, vt, si quis alicui eorum assidet, ne pudore deterreatur, quominus liberè sententiam suam dicat: ne forte timidus aut ignauus videatur, si bellum suffragio suo non suaserit. Atque eosdem hortor, nec eodem, quo illi morbo laborantes, nimis perdito amore absentia depereant: sed sciant cupiditatem farò bonos habere euentus: prudentiam verò plerumque fœlicem esse: sed hortor potius, cum pro gratia nunc omnium maximum periculum subituri sitis, vt contra decernatis, vt iculi contenti terminis, quibus hactenus nobiscum sine querela vsi sunt, vtantur. Et si qui, vel in sinu Ionio propè terram, vel mari Siculo nauigent, vt suo fruantur, & res suas inter se agant. Deinde & Egestanis respondeatis: postquam sine Atheniensium consilio bellum intulerunt Selinunciis, vt & sine ipsis pacem faciant. Nec deinceps faciamus societatem, sicut antea fecimus, qui calamitosis opem ferimus:
IV. ipsi verò desiderantes auxilium non inuenimus. At, tu Præses, siquidem ducis tibi salutem ciuitatis curæ esse oportere, & vis bonus ciuis esse, meam sententiam comprobato: & rursus iube populum in suffragium ire. Ac si metuis iterum rogare sententias, ne putes te abolenda priore lege crimen incurrere: cum tot habiturus sis testes quòd medicus futurus sis ciuitatis: & quod bene „ præesse sit, iuuare patriam, aut certè non volentem „ lædere.

ORATIO SVPERIORI PROXIMAE CONTRARIA.

Ex Thucydidis Lib. VI.

ALCIBIADIS DVCIS Atheniensium.

RESOLVTIO

Grauis & prudens Niciæ fuit oratio: sed locum apud Athenienses non inuenit: cum alias ob causas: tum verò contrariam Alcibiadis orationem: cuius quinq; Thucydides causas indicat: studium contradicendi Niciæ & publicum in consiliis dissidium: deinde Alcibiadis reprahensionem, qua vsus Nicias fuerat: tertio imperii cupiditatem, qua Alcibiades flagrauit: quartò rei familiaris amplificandæ atque augendæ amorem: postremò egestatem, ad quam Alcibiades sum-

sumptibus nimis largis ac profusis venerat. Contra ergo Nicia Alcibiades hæc in oratione agit, & primo huius sententiam refutat: deinde suam confirmat. Et quidem ad refutantia quod attinet, quæ de equorum erāt apparatu ac sumptibus profusis allata à Nicia ab Alcibiade diluuntur expositione causarum & ἀντιλήψει, qualitate absoluta: quòd splendor & magnificētia talis apparatus reliquis Græcis metum iniiciat, faciat vt existiment, omnes Athenienses tam diuites potentesq́; esse: leges deinde talem permittant magnificentiam victoribus in Olympicis certaminibus: tum honestum ac laudabile sumptibus propriis patriam exornare: postremò inuidia valeat quidem apud pares & præsenti in tempore: at apud posteros non habeat locum, qui sæpe eiusmodi res commendant, etiam patria sibi gratulatur de eiusmodi ciuibus, qui præclarè ac splendidè res gerunt. Secundo quod erat de ætate obiectum: Alcibiadem iuuenem esse ferocem & amentem, ideoq́; ei non fidendum, refutatur, quòd imprudentia quidem à natura iuuenibus sit insita, verùm in Alcibiade non deprehendatur, id quod res gestæ declarent: cum coegerit Spartanos suo periculo sumptuq́; ad Mantineam pugnare: apud Argiuos effecerit, vt sese cum Atheniensibus coniungerent. Tertio de periculis belli quod dictum, cū adhuc Attica in regione sint hostes, refellitur exemplo maiorum & parentum, qui cum eosdem haberent hostes, simul etiam Medos, tamen extra Atticam regionem bellum gerere nō dubitarint, re nauali freti: metus hosti iniiciatur, cum animaduertit, quando vident, Athenienses & in agro suo, & extra regionem hostem sustinere posse: si in Atticam volent hostes transire, hoc sint facturi, cùm, si expeditionem Athenienses non susceperint, tandem si velint Atticam inuadere regionem hostes, relinqui classis possit, quæ eosdem reprimat. Quartò de difficultate redeundi obiectum reiicitur nauali re indicata, qua Athenienses præstabant, & reditum habebant facilē. Quintò de seiunctione senum ac iuuenum argumentū infringitur exemplo atq; instituto maiorum, apud quos semper cum senibus coniunctim iuuenes consultarunt: & necessitate ostensa: quod neque senes sine iuuenibus, nec hi sine illis efficere aliquid valeant, sed necesse sit hos coniūgi. Postremò de otio & quiete allatum tollitur: quòd quiete & otio, vt alia, ita Respub. per se ipsæ atterantur, languescat fortitudo & industria: contra certaminibus ac bellis experientia paretur: nunquam otiosa sed negotiosa semper Atheniensis Respub. fuerit: illicò denique Respub. pereat, quæ labores intermittit, otio sese ac quieti dat. Et hæc argumenta refutantia sunt. Probantia & quibus ostendere Alcibiades conatur expeditionem in Siculos intermittendam non esse sunt: quod 1. hostes viribus ac potentia minus instructi Siculi non potentes, id quod descriptione ostenditur Siciliæ ciuitatū & status atq; conditionis Rerumpub. 2. Potentes contra hostes per se Athenienses: habeant etiā multos barbaros, qui opem in bellis ferāt

propterea

propterea quod odio Syracusanos prosequuntur, & sic suas quoq; vlcisci inimicitias cupiunt. 3. Athenienses iureiurando promiserint auxilia Egestanis ac Selenuntiis. 4. Athenienses & alij imperij sui fines longè lateq; propagarint aliis auxiliis ferendis: creuerint, non otio & quiete, sed actionibus atq; expeditionibus. Vsus & dictorum hic obseruatio in Alcibiadis persona, qui adolescens, & adolescentia nobilis elate atq; ambitiosè de se ipse loquitur: res gestas prædicat: multa sibi pollicetur: alios contemnit. Motus tres sunt: Inuidia excitata in Niciam, quasi senes & iuuenes inter se committere volentem: & à se hunc remouet: Spes, quæ inflammatur: cum Siculorum vires extenuantur: Atheniensium exaggeratur atque amplificatur potentia: Aemulatio accensa, maiorum ac parentum ob oculos exemplis rebusq; gestis propositis. Collocatio & tractatio horum absoluitur 4. partib. Exordio ex abrupto facto: Refutatione, quæ dissolutionem continet eorum, quæ contra partim Alcibiadis personam, partim ipsum ac expeditionem allata à Nicia fuerant: Confirmatione quæ probationis argumenta complectitur: Conclusione quæ adhortationem habet ne oratione Niciæ honesto à proposito auocari sese Athenienses patiatur. Loci hic obseruandi de splendore ac magnificentia, inuidiæ loco ac conditione: iuuentute non excludenda ac contemnenda, sed cum senectute coniungenda: notis malè constitutæ Reipub. otio vitando cunctatibus: antiquis moribus ac institutis retinendis. Vsus erit, cum contra aliorum sententiam bella & expeditiones suadere Rebuspub. volumus.

I. ME Imperatorem esse magis, quàm alium conuenit. Inde enim ordiri me necesse est: quia me Nicias pupugit, & quidem imperio dignum me esse puto. Nam celebritas mea & maioribus meis, & mihi gloriam affert & patriæ vtilitatē. Græci enim, cum antea existimarent nostram ciuitatē bello fractam esse, nunc esse maiorem viribus suis ducūt, propterea quòd septem misi currus in certamen, quod nemo priuatus antea fecit. Et victor fui secundus & quartus, & fuit reli-
II. quus apparatus his victoribus conueniens. Hæc legibus nostris sunt honorifica: sed reipsa potentiam ciuitati ostēdunt. Splendor autem in vrbe, etsi apud ciues inuidiam parit, tamen ad hospites opinionem potentiæ ciuitati affert.
,, Nec verò inutile propositum est, propriis sumptibus patriæ
,, prodesse, nec iniustum est tales dum florēt, nolle esse æqua-
,, les cæteris ciuibus: quia in rebus aduersis despecti etiam nō sunt æquales. Vt igitur in calamitatibus contemnitur, ferāt alij vicissim hoc quoq; si à nobis florentibus negligantur, aut ipsi æqualia præstantes æqualia accipiant. Scio autem tales, qui in splendore viuunt, inuidiæ obnoxios esse, præcipuè verò eos, qui videntur pares esse, & ab aliis quoq; inuidia

dia exerceri: sed posteri iactitant se illorum cognatos esse, etiamsi qui nō sunt, & patria gloriatur, se tales ciues habuisse. Nec existimant illos alienos aut improbos ciues fuisse: sed suos & præclarè meritos. Quorum ego æmulus cū sim, & priuatim celebris, considerate an publica deterius agam. Cum enim Peloponnesij summas vires suas in vnum cōtraxissent, sine magno nostro sumptu & periculo coëgi Lacedæmonios vno die ad Mantinæam de toto statu dimicare. Vnde, etsi prœlio superiores discesserunt: tamen nondum ita animum receperunt, vt rursus dimicare auderent. Et hæc mea iuuentus, quæ præter naturam non intelligens esse videtur, apud Argiuos & Mantinæos, qui viribus valent inter Peloponnesios, oratione conuenienti, minisq; & ira, nisi se nobiscum coniungerent, effecit: vt nunc vobis à mea iuuētute non sit metuendum, sed donec viget hæc mea ætas, & Nicias valet authoritate propter res bello feliciter gestas, vtroq; vtamini ad publicam vtilitatem. Nec mutate decretum, quasi aduersus magnam potentiam proficiscamur. Habent enim vrbes confusaneam multitudinem, & facile Reipublicæ statū mutant, ac nouos ciues recipiunt. Nec ciues armis aut alio apparatu instructi sunt, tanquam pro patria aut sua salute dimicaturi: sed sic sunt parati, vt vel persuadendo, quod velint, obtenturi, vel, seditione mota rapturi ex publico, vel, si non succedat, quæsituri aliam sedem. Nec consentaneum est, talem turbam duces audire eadem mētē, ‹‹ neq; communiter aliquid agere: sed facilè singuli, cum aliquid ad voluptatem dicetur, se adiungent, præsertim vbi seditiones sunt, sicut apud eos esse dicuntur. Numerus verò militum, nec apud ipsos tantus est, quantus iactatur, neque apud cæteros Græcos tantus fuit, quantus ab ipsis prædicabatur: sed Græcia, quæ militum multitudinem prius in immensum falsò extollebat, vix ad hoc bellum adhuc satis armata est. Sic se res illę habent, quantū ego quidem audio. Et accedit hæc commoditas, quod multi Barbari se nobis adiungent, qui Syracusanorum odio simul eis bellum inferent. Neq; impedimento erit bellum, quod hic in Attica geritis, si rectè volueritis cogitare. Nam patres nostri, cum hostes haberent eosdem, qui nunc dicuntur: tamen nauigare nos sinebant, & cum insuper hostem haberent Medum, tamen imperium acquisiuerūt, non alia re, quàm, quod classe valebant, & à re nauali instructi erant: & nunc non alia res spem eis eripit nos delendi, quāquam sunt potentes, quàm quod videat nos classe antecellere. Possunt enim, etsi non suscipimus expeditionem, transire in Atticam terram, sed in mari

III.

mari nobis nocere non possunt, quia tantam hic classem relinquimus, quæ reprimere eos potest. Itaq; quid probabiliter dicemus, seu metu retenti, seu prætextum aliquem obtendentes, quò minus sociis opitulemur, quibus iurauimus nos opitulaturos esse, nec obiecturos, quod ipsi huc non accedant. Non enim addita est conditio, vt huc accederent: sed vt istis inimicos nostros detinerent, si qui huc accessuri essent. Sic & nos & alij imperia acquisiuerunt, cæteris celeriter opem ferendo. Si enim, aut quiescerēt, aut tunc disputationes mouerent, cum necessaria est defensio, etiam antea parta potentia amitteretur. Eum enim, qui viribus antecellit, nō solùm tunc reprimas, postquàm prior intulit bellum, sed etiam anteuertas oportet, ne inuadat. Nec verò nobis modum imperio nostro statuere licet: sed quia imperium habemus, necesse est aliis insidiari, aliis verò non cōcedere, vt aduersus nos aliquid moliantur. Nisi enim nos aliis imperemus, nobis periculum est, opprimi ab aliis. Nec nos easdem ocij causas quęramus, quas alij quærunt: cum nostra ciuitas dissimilis sit aliarum. Nostræ enim res crescent, si proficiscimur. Nauigātes enim incutiemus metū Peloponnesiis, cum videbimur eos adeo despicere, vt nō gaudeamus his induciis, sed in Siciliam traiiciamus, &, aut potiti Sicilia vniuersæ Græciæ imperium adipiscamur, aut debilitatis Syracusanis, nobis & sociis multum prosimus. Securitatem verò nobis præstant naues, &, si res sint secundæ, maneamus: sin verò aduersæ, redeamus. Eius enim rei potestas penes nos erit, etiamsi vniuersa Sicilia nos impedire voluerit. Nec

IV. nos auertat Nicias, qui studium quietis ostendit, & seniores à iunioribus seiungere conatur: sed conuenienti ordine sicut maiores nostri, cū iuuenes senibus adiunguntur in consiliis: Rempublicam in hunc statum perduxerūt, simili modo nunc vrbis potentiam augeatis. Et statuite iuuenes & senes, alteros sine alteris nihil valere: sed mixtos imbecilles, medios & acres plurimum posse. Et cogitate hoc ciuitatē conteri otio per seipsam, sicut res cæteras, & senescere industriam: bellando verò proficere experimentis, & assuefieri, non verbis, sed vsu & præliis ad depellendos hostes. Deniq; sic censeo, ciuitatē, quæ antea non fuit ociosa, statim corrumpi, cum laboribus omissis, otio se dedit: & illorum statum tutissimum esse, qui antiquos mores & leges, etiamsi deteriores sunt, retinent.

DIS-

DISSVASIO BELLI ET EXPEDITIONIS.

Ex Saxonis Grammatici historiæ Danicæ lib. 5.

ORATIO ERICI PROCERVM vnius ad Gotharum Noruagiæ Regem.

Resolvtio.

CVm Frotho iuuenis in Dania regnaret, licere sibi omnia proceres arbitrati sua in populum abusi potentia sunt: cuncta dissimulantem simul odiosum atq; inuisum regem reddiderunt. Quod, vbi Gotharus, Noruagiæ rex intellexit, conuocatis in concionem militibus, regem fastidire suum Danos, alium exoptare retulit: si qui sese ostenderet: eaq; de causa eò exercitum sese ducere constituisse. Placuit res hæc non paucis: & eandem dissuasit Ericus procerum vnus his argumentis: quòd 1. Aliena qui appetunt, sua sæpe amittant. 2. Discordes ac dissentientes in regno facilè hostium aduentus coniungat ac conciliet. 3. Prudenter hîc agendum: ne qua, sed serò nimis, pœnitentia subsequatur. 4. Parcè vtendum non abutendum milite sit. Ad conciliandum valet, & est ἠθικόν, cum & prudentiam Ericus suam ostendit, & testatum studium atq; beneuolentiam facit: pericula sese futura præuidere indicat: de rege regnoq; esse solicitum doces. Collocatio & tractatio dissuasionis argumentis: deinde προτρεπτικῇ adhortatione absoluitur, vt quiete ac tranquillitate sua contentus, temerè bellum non moueat. Loci obseruandi: de alienis non appetendis: syncretismo & reconciliatione ac concordia acerrimorum hostium hoste, aut malo aliquo cõmuni imminente: moderato parcoq; alienæ opera vsu. Imitando effingi atq; exprimi oratio poterit: quoties regi aut magistratui alicui suadere volumus: ne alienum in regnum expeditionem suscipiat, temereq; bellum moueat.

SAEPE, alieni appetitores, proprio priuari solere meminimus: sæpè amborum captator, vtriusq; perditor fuit, " L.
præualidum enim oportet alitem esse, qui prædam alius vn- "
guibus extrahere cupiat. Animat te frustra internus regio- "
nis liuor, quem plerunq; hostilis explodit aduentus. Nam
etsi nunc Dani diuiduis esse sententiis videantur, vnanimes
tamen mox excipient hostem. Crebrò corrixantes porcos, "
conciliauere lupi: patrium quisq; ducem extero præfert: "
prouincia omnis regem domesticum, quàm aduenam, im- "
pensius colit. Neq; enim te Frotho domi præstolabitur, sed
foris excipiet aduentantem. Extremis & aquilæ scalpunt: "
anterius alites certant. Nosti ipse pœnitentiâ vacuum de- "
bere contuitum esse prudentis, proceribus abunde stipatis. "

Tua

Tua tibi quies maneat per alios gerendi sanè belli facultatē propemodum exploratam habere poteris. Liceat militi regiam prætentare fortunam. Salutem tuam pacificè mode-
,, rare, alieno negotium periculo moliturus. Satius est seruū
,, deperire quàm herum. Quod fabro forceps, tuus tibi satel-
,, les agat. Ille ferramenti remedio manus canterium cauet,
,, atque à digitorum sibi incendio temperat. Tu quoq; tibi
,, tuorum opera parcere & consulere disce.

SVASIO BELLI.

Ex Thucydidis lib. 1.

ORATIO PERICLIS.

RESOLVTIO.

Decreuerant Lacedæmonij aliiq; Græci omnino bellum Athēniēsibus inferre. Verùm, cum causa aliqua honesta adhuc desiderari videretur, placuit per legatos ante cum illis agere, & postulata quædam ac pacis conditiones proponere. Quas non esse recipiendas, sed bellum suscipiendum Pericles Atheniensibus suadet his argumentis. Quòd 1. Lacedæmonij & ante sint Atheniensibus insidiati & nunc denuò insidiantur: cum contra pacta & fœdera velint controuersias certas iudicio cognosci, sed illico gladio & bello dirimi: nec accusationem aut querelam insinuant, verum imperata iubeant facere: imperent præterea omnino iniqua ac dura. 2. *Lacedæmonij ad bellum gerendum minus instructi sint: siquidem ciues habeant Peloponēsios operarios & eos, qui labore manuum cogantur victum quærere: loculis vtantur vt plurimum vacuis, & exhausto ærario: nec possint diu bellum gerere maximè maritimum.* 3 *Lacedæmonij & reliqui Græci lentè ac tardè, non maturè bella gerant: cum propter conuentus publicos necesse habeant ad multas ciuitates longo ordine res referre: gentes diuersæ pari suffragiorum iure vtantur: quarum singulæ non publicum, sed priuatum commodum spectent: diu conuocentur & tardè conueniant ad comitia ac conuentus: vbi conuenerint obiter quasi & breui momento agant de publicis, plus temporis tribuant vel voluptatibus, vel priuatis controuersiis: publicas curas in alios conuciant: ægrè deniq; ac lentè admodum pecuniam conferant: cum belli interim occasiones hominum tarditatem non expectent.* 4. *Athenienses multa magnaq; commoda habeant contra hostes: præstent re nauali: insulis & vrbibus plurimis dominentur: vt licet vno vincantur in loco, facilè alium quærere possint: maris obtineant imperium.* 5. *Causam iidem belli iustam ac honestam habeant: quandoquidem non primi bellum moueant, sed à Lacedæmoniis atq; aliis illatum depellant: semper autem melior eorum causa, qui propulsant, quàm qui priori loco inferunt aliis bellum.* 6. *Hoc ipsum bellum gl riam, & quidem*

quidem insignem queat afferre Atheniensibus. 7. Maiores horum etiã cum Medis & Barbaris alijs bellum gesserint, cum tamen tanta instructi potentia non fuerint. Probantia hæc argumenta sunt. Refutantia sequuntur: quorum 1. Quòd propter res paruas in discrimen atq; periculum Respub. non conijcienda. 2. Bellum reliquis cum Græcis susceptum incommoda multa magnaq; sit allaturum, cum munitiones extruant Græci in Affrica, atq; inde eidem damnum dare facilè possint. 3. Iidem rei sint naualis periti. 4. Facilè queant peregrinos & exercitatos milites conducere: siquidem pecuniã habeant ex Olympiaco templo ac Delphico desumptam. 5. Etiam hoc metuendum, ne, armis sumptis, agri vastentur, pereant villæ & prædia. Ad quæ respondetur, & quidem ad primum: res non esse paruas ducendas, cum authoritas in his atq; existimatio periclitetur Atheniensium: ijs, qui ob metum in paruis cedunt, paulò post maiora imperentur: eandem esse seruitutem, si ante rem iudicatam ab æqualibus aliquid imperetur, siue magnum, siue paruum illud extiterit. Ad secundum: difficile esse in bello, & quidem agro hostili munitiones extruere: ac licet extruantur, laboris non magni esse contrarias erigere: imò τῶν ἀδυνάτων unum, nec fieri facile posse, vt simul & vrbes obsideantur, & bella gerantur, & extruantur munitiones nouæ, propter hostes, propter tempus, propter sumptus hanc ad rem qui requiruntur. Ad tertium: Athenienses inde Persico à bello exercitatos in re nauali, tamen sæpe quod volunt, non impetrare: ideoq; multò minus hac præstare reliquos Græcos posse, qui terram colant, eiusdemq; magis, quàm maris sint periti: cogantur multis in locis ac diuersis proficisci: cum res nautica obiter non discatur & successiuo tempore: sed ita sit exercenda, vt alia simul non agantur. Ad quartum, Athenienses esse Lacedæmonijs & cæteris pares ciuium numero: gubernatores & ministros habere plures & meliores quam illos: & hos ipsos non mercede multos attracturos, cum pleriq; salutis maiorem, quam pecuniæ habeant rationem. Ad quintum: in bellis semper homines magis quam agros aut villas spectari oportere: quòd agros et villas possint homines possidere: nõ contrà agri & villæ homines: & sic satius habere viros fortes sine villis ac prædijs, quàm villas et prædia sine viris. Conciliãtia sunt: cum suam constantiam patriæ in amore, & fidem in consilijs Pericles ostendit: libertatis sese cupidum ac studiosum indicat. Motus, hic dominantur varij: Ira excitata detectione insidiarũ Spartanorum: Metus qui oritur denunciatione rerum, quæ aut dedecus, aut damnũ afferre possunt. Spes mota indicatione commoditatum ad bellum gerendum: & extenuatione virium hostilium: Aemulatio deniq; accensa maiorum exẽplis. Collocatio ac tractatio constat: Exordio cohortatione facto ad animi magnitudinem & constantiam in iusta causa: Contentione, argumentis tùm probantibus, tùm refutantibus absoluta: Conclusione quæ consilij expositionem & adhortationem habet. Loci sunt

tanda sunt. Peloponnesij labore manuum quærunt victum; nec priuatim, nec publicè multum habent pecuniæ. Deinde non sunt idonei ad bella diuturna & maritima: quia ipsi propter inopiam breuia inter se bella inferunt. Tales cum sint, nec naues implere militibus, nec sæpè exercitus pedestres emittere possunt: cum diu suis à rebus abesse cogantur, & proprio sumptu militare, præsertim si à mari excludantur. Bella verò magis sustinentur præsenti copia quàm " violentis collationibus. Ac operarij homines libentius mi- " litant corporibus quàm pecuniam conferunt: quia sperant corpora ex periculis euasura esse, pecunias verò etiam ante belli finem perire vident: præsertim si bellum diuturnum sit. Etsi autem Peloponnesij & eorum socij ad dimicandum de summa rei in vno prælio pares sunt cæteris Græcis, tamen diuturnum bellum gerere simili apparatu non possunt. Quia, cum non sit vna communis eorum " deliberatio, sed res ad diuersas ciuitates longo ordine re- " ferendæ sint, non potest subito perfici, quod opus erat. " Nam & gentes diuersæ sunt, & suffragia parem vim habent; & singulæ suam vtilitatem spectant. Quæ res mo- " ram & impedimenta deliberationibus afferunt. Alij ma- " ximè volunt puniri aliquem, alij contra minimè volunt " suas res absumi & tardè conuenientes exiguo spacio de pu- " blicis negotijs deliberant; plus temporis tribuentes pri- " uatis controuersijs, & quilibet putat; sua vnius negligen- " tia non impediri bonum publicum, & id aliis curæ fore " pro ipso. Sic, cum omnes cogitant; interea bonum pu " blicum perit omnium culpa: cum quidem se causam esse " non animaduertunt. Præcipuè verò impedientur inopia " pecuniæ, quia, cum lentè conferent, moræ incident. Belli " autem occasiones non expectant nostram tarditatem. Nec " metuamus munitiones, si quas in nostra terra extruere vo- " lent: neq; classem eorum Nam etiam in pacato difficile esset vrbi æmulæ imperij extruere munitiones: multò difficilius id erit in hostili solo: præsertim si nos contrarias munitiones extruxerimus. Cumq; præsidium alicubi aduersus nos collocabunt, nocebunt illi quidem, quia excursionibus vastabunt agros, & recipient transfugas: sed non poterunt simul & obsidere nos, & prohibere nostras nauigationes in ipsorum terram: vbi eos classe vexabimus. Ac nos quidem plus habemus industriç ad prçlia in terra ex vsu rei nauticç; quã ipsi habere possunt ad rem naualẽ ex vsu militiæ terrestris. Nec facilè erunt periti rei naualis. Nam nec vos, quanquam inde à bello Persico classe vtimur, & nos exercemus,

satis idonei estis. Quanto minus proficient viri terram colentes, & qui impedientur nostris excursionibus, quo minus se exerceant ? Quanquam enim auderent confligere cum paucis nauibus, freti multitudine: tamen cum multis, & diuersis locis confligere non poterunt. Interea, quia non exercentur, non erunt idonei, eamq; ob caussam timidiores erunt. „ Ars est enim res nautica, si quid aliter: nec discitur obiter, „ sed ita exercenda est, vt in eam solam curam intendatur, „ nec obiter alia simul agantur. Sin autem amota pecunia Templi Olympiaci aut Delphici peregrinos nautas à nobis conductos ad se maiori mercede allicient, id sanè formidabile esset, si non essemus pares ipsi ciuium numero. Habemus autem ciues idoneos ad classem, &, quod maius est, gubernatores & ministros plures & meliores quàm reliqua tota Græcia. Nec peregrini ad eos deficient minore cum spe. Quanquam enim maior merces ostenditur, tamen id exigui temporis est. Ac tales quidem sunt res Peloponnesiorum: nostræ autem sic se habent. Absunt hæc impedimenta, quæ in ipsis reprehendimus, & habemus alia commoda magna, quæ ipsi non habent. Si terra ducent exercitum in Atticam, nos classe ad ipsorum littora accedemus: & quanquam iactura maior est in totius Atticæ populatione, quàm partis Peloponnesi, tamen illi sine prælio aliam terram quærere non possunt, nobis alia loca patent in insu„ lis & continente. Magnum est enim potiri mari. Considerate enim, si insulani essemus, inexpugnabiles essemus. Ad hanc rationem dirigite cogitationes, & agros & villas pro derelictis habete, sed maris & vrbis custodiam teneamus. Nec dimicemus acie cum Peloponnesiis, irati propter vastationem agrorum, qui multitudine antecellunt. Nam, etiamsi vinceremus, rursus dimicandum esset, & quidem cum non paucioribus. Sin autem vinceremur, socij, vnde nobis vires sunt, à nobis deficerent, qui non quiescent, si viderint nos „ imbecilliores esse. Nec agrorum aut villarum amissio, sed „ hominum deploranda est: non enim prædia potiuntur viris, „ sed viri prædiis. Et, si existimarem vobis persuaderi posse, iuberem vosipsos egredi, & vestras villas incendere, atq; ostendere Peloponnesiis, vos non accepturos seruitutem esse metu istius damni. Habeo & alia multa, quæ spem mihi vi„ ctoriæ faciunt: nisi maior erit cura defensionis, quàm po„ tentiæ acquirēdæ: quod cum fit, maiora pericula vltro attra„ huntur. Magis enim metuo domestica errata, quàm hostium III. consilia. Sed, quæ nobis cauenda sunt in bello, suo tempore monebimus: cum ea quæ agentur præmonitionem postulabunt.

labunt. Nunc autem legatos dimittamus, dato responso, Megarensibus non interdicemus nostro foro & portubus: si Lacedæmonij non eijciunt hospites nos, & nostros socios. Neutrũ enim prohibent fœdera. Vrbes autẽ nobis adiũctas sinemus vti suis legibus, quæ in fœdere nominatim hoc expresserunt: vt liceat vti proprijs legibus: idq́; tunc faciemus, cum Lacedæmonij idem concedent sibi adiunctis: ne Lacedæmoniorum arbitrio regantur, sed vt ipsis libet, offerimus etiã nos ad iudicia iuxta fœdera. Bellũ non inferemus, sed illatũ depellemus. Hæc responsio iusta est, & conueniens dignitati vrbis nostræ. Interea hoc sciamus, certò bellũ futurũ esse: quod si excipiemus animis volentibus, minus audebũt mouere aduersarij. Cogitemus & hoc, ex maximis periculis " vrbes & priuatos homines adipisci magnã gloriam: sicut & " maiores nostri Medos sustinuerunt: qui quidẽ non instructi " tanta potentia, imò, relictis rebus domesticis, ac plus consilio, quàm fortuna confidentes, & magis audacia, quàm viribus dimicantes, Barbaros represserunt, & Reipublicæ hoc imperium pepererunt. Quod nõ abijciendum est, sed hostes reprimendi sunt omnibus viribus, & conandum, ne posteris Rempublicam infirmiorem tradamus.

ADHORTATIO AD BELLVM PRIMO QVOQVO TEMPOre ac celeriter suscipiendum.

Ex Thucydidis Lib. I.

ORATIO CORINTHIORVM LEGATOrum in Græcæ ciuitatum conuentu.

RESOLVTIO.

CVm Spartæ conuentus & comitia à Græciæ haberẽtur ciuitatibus: deliberaretur de bello Atheniensibus inferendo, propter illatas iniurias & pacẽ violatam: illud fieri omnibus placeret: Corinthij, odio singulari contra Athenienses inflammati, celeriter nulla que mora interiecta illud fieri oportere statuerunt, eamq́; ad rem reliquos sunt socios cohortati hisce rationibus: quòd 1. Iniuriæ ab Atheniensibus certis illatæ, damnum dare cunctis pergant: si neglectæ non communi consilio auxilioq́; propulsatæ fuerint. 2. Belli causa sit honesta & iusta: Græciæ ciuitates multis ac magnis iniurijs affectæ ab Atheniensibus. Vt verò modestiæ nihil minus est, si iniuriæ nullæ inferantur, ita iustitiæ ac fortitudinis, quando iniuria fat, pacem cum bello commutare. 3. Ciuitates fœderatæ Græcorum commoditate habeant plurimas ad victoriam reportãdam: cum valeant copijs multis ac firmis:

rei sint militaris peritę: coniunctæ inter se studijs & voluntatibus: in-
structæ à nummis, quibus naues, nautæ, milites comparentur. & exer-
citu non externo & peregrino, sed ex ciuibus collecto: socijs, qui ad de-
fectionem solicitari facilè possint: moderatione denique animi, qua tu-
tissimè atque commodissimè res geruntur: vt contrà ij, qui ad iram sunt
proni labi turpiter solent. 4. *Periculum magnum fœderatis ciuitati-*
bus immineat, si copijs distractis contra Athenienses agatur. 5. *Serui-*
tutem hoc ipsum certissimam allaturum: cum præfert in Athenienses
nihil aliud, nisi dominatum ac tyrannidē quærant: vbi sarta tecta ma-
nere libertas nequit. 6. *Turpe & ignominiosum pati, vt vrbes multæ*
ab vna vexentur. 7. *Osores tyrannorum semper extiterint Græci: tyrā-*
nicidas honoribus & præmijs affecerint: ne vna quidem ferre possint,
sed eam qui appetunt, maturè tollant è medio. eaque de causa multo fer-
ventius Athenienses debeant: qui non vna aliqua alteraue in ciuita-
te, sed Græcia tota tyrannidem quærant. 8. *Patrium istud habeant*
Græciæ ciuitates: vt laboribus virtutes assequantur, pristinis à mo-
ribus non recedant. 9. *Delphicum quoque oraculum ad bellum cum*
Atheniensibus gerendum Græcos hortetur: victoriam polliceatur.
10. *Græcia vniuersa ad illud ipsum vires sit suas coniunctura: quòd*
nimiam Atheniensium potentiam metuat. 11. *Potidæenses summo iam*
in periculo versentur: obsidionem grauissimam sustineant: ideoque ma-
turè armis sumptis, obsidione illi liberandi. Probantes hæ sunt vn-
decim rationes: refutantes quatuor, quæ sequuntur, adhiberi quoque
plerunque eiuscemodi in deliberationibus solent: quòd, vt omnibus a-
lijs in rebus, ita bello maximè temeritas fugienda: in quo bis peccare
non liceat: deinde fœdera Græcię ciuitatum cum Atheniensibus facta
nō sint temerè soluenda: cum nihil præcipitanter agēdum, verùm sem-
per tempore ac deliberatione diligenti, in bello cumprimis decernendo,
vtendum: postremò multa secum mala & incommoda bellum affe-
rat, ac propterea non præproperè & temerè suscipiendum. Ad quas
ordine respondetur: & quidem ad 1. *Nihil temerè, sed consideratè ac*
circumspectè agendum: sed tum demum circumspectionem laudari
cum non alijs nocet: alioqui nō prudentiam, verùm stultitiam illa ap-
pellandam. Ad 2. *Deum velle Græciæ ciuitates fœdera cum Athe-*
niensibus facta rumpere: præterea fœdera rumpere ac violare, qui
priores iniurias inferunt: non qui ab alijs illatas propulsant. Ad
3. *Moram nullam hanc de bello deliberationem admittere: cum iam*
bellum quasi gerant Athenienses: sint læsi Græci plurimi: idem alijs
metuendum, si deliberationes habitæ longæ atque inutiles fuerint. Ad
4. *Bellum iccirco geri, vt firma & durabilis pax paretur: pacem bel-*
lo confirmari: otium contrà & metum belli, & periculum coniun-
ctum habere ignauiæ sunt ac conciliantia: quando Spartani laudan-
tur ob maturatum negotium publicum in errorum reprehensione mi-
tigatio & correctio adhibetur. Motus sunt: Metus seu timor exci-

tatus.

tatis enumeratione eorum, quæ periculo nō publica solum verum etiam priuata afferre videtur: Contrarius motus Spes, q oritur: cū belli gerend. commoditates exponuntur, diuina promittuntur auxilia. pudor inflāmatur, indicatione turpitudinis inde manatura, si ab vna ciuitate multę vexētur: amittatur libertas à maioribꝰ parta. Collocatio & tractatio tribus constat partibus. Exordio beneuolentiæ accomodato, quæ conciliatur laudo Spartanorum: Contentione, quæ argumēta tam probantia, quā refutantia habet. Conclusione argumentorū repetitione, adhortatione ad maturè bellū gerendum, vndeq; animorū motu absoluta. Loci sunt notandi: de aliorum periculis minimè negligendis & considerandis futuris, iusta iniuriarum propulsatione: bellorum fuga ob voluptatem & mollitiem animi: peregrini ac mercede conducti militis incommodis: lenitudine ac patientia in tyrannide ferēda: fœderibus, qui hæc verè rumpāt. Vsus erit, quoties in cōsultatione de bello metuitur: ne quod mora & cunctatio damnum det: remouenda ea, quæ de causis huius iustis: hostium item viribus, ac potentia afferri solent.

NOn accusari iam Lacedæmonij possunt quod non decernunt bellum, cum nunc ob eam causam nos congregauerint. Nam eos qui præsunt fœderatis, oportet quidem in priuatis rebus æqualitatem seruare, in publicis vero plus habere authoritatis, vt aliis prospiciāt, eamque ob causam à cęteris honore afficiuntur. I.

Nec vero nos, qui alieni sumus ab Atheniensibus, doceri opus est, vt ab eis caueamus, sed eos qui sunt in locis mediterraneis, & ad quæ non accedunt naues, scire oportet, nec suas fruges se euecturos esse, nec recepturos res necessarias, quæ mari aduehuntur, nisi opem ferunt his, qui littora tenent. Nec sint parui iudices præsentium periculorum, quasi ad eos non pertineant, nec expectent neglectis littoralibus calamitatem ad ipsos quoque peruenturam esse, & nunc tanquam de proprio periculo deliberent, nec recusent bellum suscipere. Vt enim modestia est quiescere, si non afficiatis iniuria, ita iustitia est, cum iniuria afficimur, bellum paci anteferre, & repressa iniuria post bellum rursus pacē facere; nec aut successu in bellis elatos plura appetere, nec pati iniurias mollicie & amore ocij. Nam & qui propter voluptatem quiescit, citò ea priuabitur, & qui propter successus in bellis fit insolentior, non cogitat, se efferri cæca ferocia, quæ non erit diuturna. Sæpe enim etiam stulta consilia, cum alij agunt stultius, habent bonos euentus, ac multo sæpius ea, quæ bene deliberata videbantur, secus cadunt, cum alij sunt intenti. Nemo enim opus exequitur, vt confidenter cogitat. Nam in deliberādo II.

hominesſecuti, poſtea in agendo fiunt trepidi. Nos certè multis iniuriis affecti bellum mouemus, quas cum repreſſerimus, rurſus arma deponemus. Ac conſentaneum eſt, nos fore victores propter multa. Primum enim multitudine & vſu rei militaris antecellimus. Deinde claſſem, qua illi antecellunt, & nos parem inſtruemus, partim noſtris facultatibus, ſi ſinguli imperata facient, partim mutuò ſumpta pecunia ex Delphis & Olympia, vnde Athenienſium milites maiore mercede conducemus. Nam exercitus ipſorum magis mercede conductus eſt, quam ex ciuibus collectus: noſter ex ciuibus eſt, quia magis numero hominum antecellimus, quàm pecunia. Quare nobis milites non ita ſicut ipſis intercipi poſſunt. Et cũ vno prælio nauali ſuperãtur, de eis actum eſt: ſin autem ducent bellum, nos quoq; vſu peritiores erimus. Et cum erit peritia par, fortitudine erimus ſuperiores. Nam artem, qua iſti antecellũt, vſu diſcere poſſumus: iſti non poſſunt fortitudinem, qua nos natura præſtamus, doctrina ſibi aſſumere. Pecuniam verò conferemus. Cum enim ſocij ipſorum non recuſent conferre, ne mutent ſeruitutem, cur nos non conferemus potius ad reprimendos hoſtes, & ad noſtræ libertatis defenſionem, & ne ipſi potiti noſtra pecunia nos opprimant? Erunt & aliæ res nobis adiumento. Defectio ſociorum & ademptio redituum, quibus poſſent, obſidio, & loci alicuius in ipſorum regione munitior & alia, quæ iam non proſpiciuntur. Bella enim minimè
" procedunt ex præſcripto; ſed multa alia bellum ex ſeſe, prę-
" ter ea, quæ ex præſentibus occaſionibus inſtituũtur, obiicit.
" Quæ, ſi quis ita excipit, ne turbari ſe ira patiatur: tutius rem
" gerit: qui in iram præceps eſt, per iracundiam multa delinquit. Cogitemus & hoc, quod, ſi forent ſingulis nobis cum ſuis aduerſariis ſeorſim contentiones de finibus, aliquo modo id ferendum eſſet: ſed Athenienſes, cum coniunctis nobis vniuerſis pares ſint, quanto facilius cum ſingulis bellum gerent. Et niſi gentium & vrbium ſingularum coniunctis & frequentibus auxiliis vno animo eis reſtiterimus, diſtractos nos non magno labore opprimẽt. Victoriam verò Athenienſium, etſi id auditu graue eſt, ſcitote tamem aliud nobis allaturam nihil, niſi certam ſeruitutem. Turpe eſt aũt Pelopõneſijs omnibus nũc hoc in cõtrouerſiã adducere, & interea pati, vt tot ciuitates tot iniuriis ab vna afficiantur. Oſtenditis.n. hac contentione, quod vel iuſtè affligimur, vel ꝗ timiditate quadã & ignauia prorſus à maiorum noſtrorum virtute degenerauimus. Illi enim Græciæ vniuerſæ libertatẽ defenderunt. Nos à maioribus partam ne quidẽ nobis ipſis inter

inter nos retinere possumus. Cur verò negligimus ciuitatē occupantē tyrannidem inter nos, cum tātopere laborare soleamus, vt si quis in vna ciuitate tyrannidem inuadat, is tollatur. An nescimus, quòd tyrannidem ferendo, ab his tribus maximis malis non liberamur: nempè à stultitia, animi mollicie & ignauia? Neq; excusetis vos hoc prætextu, quod nolueritis aliquid temerè agere. Nam talis circumspectio, quia multis nocuit, cōtrario nomine stultitia rectius nominatur. Sed quid opus est priora errata hoc loco prolixè exagitare, in hoc magis conuenit incumbere, quomodo præsentibus rebus opem ferentes consulatis futuris. Patrium enim vobis est, virtutem laboribus comparare: nec mutare consuetudinem, etiamsi nunc opibus & potentia aliquantulum antecellitis. Non conuenit enim ea, quæ pepercistis cum inopes eratis, nunc in affluentia perdere, sed decet nos magno animo bellum aggredi: præsertim cum DEVS hortator sit, cum victoriā promittat, & cum vniuersa Græcia suas vires vobiscum cōiungat, partim metu, partim etiā suæ vtilitatis causa. Nec propterea priores fœdera soluetis, quæ vtros DEVS censeat violare ipse indicat, qui nos bellum mouere iubet. Nam opem feretis iniuria affectis: at fœdera violant, nō qui depellunt, sed qui priores inferunt iniuriam. Cum ergo tot honestæ causæ nos impellant ad bellum, & ea, quæ nos in hoc consessu commemorauimus, certum sit publicè & priuatim profutura esse: non debetis cunctari, sed quam primū arma sumere, & cum aliorum libertatem defendere, tùm etiam Potidæensibus opitulari. Qui cum origine sint Doriēses, tamen ab Ionibus obsidentur, cum antea cōtrarium fieret. Neq; hæ deliberationes vllam moram admittunt. Cū enim plurimi ex nostris iam ab Atheniensibus læsi sint, alij quoq; mox idem experientur, vbi resciuerint Athenienses, nostras deliberationes de bello fuisse irritas. Nam metu nos deterreri existimabunt. Ergo, viri Lacedæmonij, de præsente necessitate cogitantes, bellum decernite, & vestris suffragiis ostendite, nos optimè consuluisse Græciæ. Nec præsenti periculo deterreamini, sed magis firmam & durabilem pacem bello quærite. Pax enim bello magis confirmatur: ociū verò semper belli metum & periculum coniunctum habet. Existimate ciuitatem illam, quæ Tyrannidem in Græcia affectat, eandem singulis intētare, quarū aliquibus iam imperat, reliquis breui sese imperaturum confidit. Hanc iunctis viribus cogamus ad deditionē, vt in posterum soluti metu nostras ciuitates tutò inhabitare possimus, & vt Græcos iam in seruitutem redactos in libertatem vindicemus.

III.

ne, partim permissione blanda facta. Multa enim magnaq; præmia iis Alexander promittit, qui manere secum velint. Et tamen neminē cogere sese velle asserit, vt maneat: sed liberum cuiq; hoc relinquere: vt vel domum redeat, vel secum expeditionem susceptam continuet. Loci insigniores notandi: de fine laborum generosis ac fortibus proposito, laude scilicet & gloria: ducis boni officio: periculorum ac praemiorū æqualitate seruanda. Vsus, cum exercitus castra amplius sequi recusat, vel propter laboris tædium, vel temporis longitudinem, vel hostis metum, vel commeatuum penuriam, vel stipendiorum defectum, & excitandus idem est, ne à proposito & instituto honesto recedat.

CVM intelligam vos, ô Macedones & socij, non eadem, I.
qua soletis voluntate pericula mecum adire: idcirco
hac mihi apud vos concione vtendum esse putaui: vt aut
persuadens vlterius ducam, aut persuasus pedem referam.
Porrò, si neque labores in hunc vsq; diem actos, neque me, II.
qui ad eos subeundos dux vobis fui, probatis, non est quod
pluribus vobiscum agam: sin autē Ionia nobis, hisce laboribus, Hellespōtus, Phrygia vtraq;, Cappadocia, Paphlagonia,
Lydia, Caria, Lycia, Pamphylia, Phœnice, & Aegyptus, cum
ea Lybiæ parte, quam Græci tenent, parta est: si Arabiæ etiā
aliquam partem, & Syriam quæ Cœle, & eam quæ Mesopotamia dicitur: Babylonem præterea gentemq; Susiorū subegistis: ad hæc Persas, Medos, gentesq; oēs, quæ horū imperio parebant, quæq; non parebant: si regiones etiā trans
portas Caspias, vltràq; Caucasum positas, & qui vltra Tanaim
habitant, Bactrianos, Hyrcanios, mareq; Hyrcaniū nobis subjecimus: si Scythas in solitudines repulimus, perfecimusq;
vt Indus amnis Hydaspes, Acesines & Hydraotes per nostrā
ditionem fluant: quid cunctamini Hyphasim etiam, quæq;
vltra Hyphasim sunt gentes nostro Macedonum imperio
adiicere? An veremini, vt vlli deinceps Barbari nos bellum inferentes propulsent? cum alij sua sponte deditionem
faciant, alij fugientes capiantur, alij fuga elapsi regiones nobis ab incolis desertas relinquant: nonnulli etiam se sociis, & iis qui voluntariè sese dediderunt adiungant? Ego verò nullum generoso viro laborum finē statuo,
quam labores ipsos, qui ad gloriā ac decus ducunt. Si quis
tamen cupit cognoscere, quisnam bellandi finis futurus
sit, is intelligat, parum terræ nobis vsque ad Gangem
fluuium, & Orientalem Oceanum restare. Ibi (inquam) Hyrcanium mare huic coniunctum cernetis: ambit
enim vniuersum terrarum Orbem Oceanus. Tum ego vobis, Macedones ac socij, commōstrabo, Indicum sinum cum

Persico

ORATIO SVPERIORI PROXIMAE respondens Zeni ducis.

RESOLVTIO.

GRauis superior proxima Alexandri M. oratio, & quidem talis fuit: vt ad eam milites omnes obstupescerent, nec contradicere quisquam auderet. Verùm cum idem nihilominus desiderium domum redeundi maneret, & Alexandro, & exercitui metuens Zenus, dux ætate venerandus, solus Regi respondere, & exercitus nomine, rogare eum est ausus: vt bona cum pace & venia reducere domum hunc velit. Hanc ad rem argumenta illa adhibentur: quòd 1. Exercitus imminutus & ad exiguum numerum redactus: cum demum sint Thessali remissi: Græci quidam iis in ciuitatibus relicti, quas Alexander condiderat: vulneribus debilitati atq; dimissionem impetrarint: qui adsunt adhuc, & animis, & corporibus fracti sint. 2. Exercitus inuitus & coactus. Qui verò talis, non debitam ac necessariam animorum alacritatem ad prælia afferat: sæpe etiam ducem summum in discrimen & periculum coniiciat. 3 Causas reditus honestas & iustas habeat: cum non redire domum cupiat ob fugam laborum, aut metum hostis: quod turpe: sed quia patriam, parentes, vxores, liberos suos videre aueant. 4. Alexander nouum ac meliorem queat exercitum parare: ideoq; necesse non habeat veterem debilitatum viribusq; fractum detinere. 5. Moderationem debeat adhibere, non nimis confidens & audax esse Alexander, ventis secundis & ad voluntatem fluente fortuna vsus: quandoquidem tùm aliàs, tùm maximè in bello euentus incerti sunt. Ad ἠθικὰ & conciliantia quod attinet, opus his cumprimis hac in oratione fuit: quia admodum durum est, regi resistere, & regi tam felici ac potenti: eiusdem collectam gratiam effundere. Itaque primò sese excusat voluntate ipsius regis, qui neminem velit cogere, aut inuitum ac nolentem vlterius detinere. Deinde μεταστάσει vtitur, & affirmat, non pro se, sed multitudine verba facturum: cùm regis in se clementiam agnoscat, quid sibi contrà faciendum ingenuè fateatur. Tum pollicetur, nihil se dicturum militũ in gratiam, sed allaturum ea, quæ regi. & in præsens, & futurũ esse & honesta, & vtilia possint. Postremò causas impellentes atq; officij sui rationes indicat: reticere nihil sese aut posse, aut debere ostendit, propter ætatem, dignitatem ac munus quod gerat, labores iam peractos, regis denique promerita. Motus Timor est, quo deprimere & coercere Alexandrum, nimis audacem ac confidentem Zenus studet: cum copias exiguas, fractas tùm animis, tùm corporibus, coactas ob oculos constituit: de fortunæ inconstantia bellíq; incerto exitu agit. Tractatio & collocatio horum constat quatuor partibus. 1. Exordio ἐξ ὑπολήψεως sumpto: cum iis Zenus occurrit, quæ obiici poterant: instituti sui rationes reddit, atq; ita regis offensionem declinat. 2. Propositione,

positione, quæ πρόθεσιν, adhortationem habet, ad finem belli imponendum. 3. Confirmationem, quæ quinq; argumenta, modò indicata complectitur. 4. Conclusione, quæ προτρεπτῇ adhortatione, & πάθει motu metus seu timoris absoluitur. Loci insigniores: de vtilibus ac salutaribus in consilio dando & sententia dicenda, iucundis anteponendis: fine laboribus ac bellis imponendo: causis excitantibus maximè ad arma capessenda: cuiusmodi sunt imperitia & ignoratio periculorum: spes commodi ac emolumenti: exempla eorum, qui ex pauperibus diuites, obscuris nobiles ac præclari sunt facti: moderatione in rebus secundis adhibenda: fortunæ, maximè in bello, inconstantia. Vsus erit, quando à principibus aut aliis magistratibus modestè & sine offensione dimissio petenda.

I. QVONIAM, Rex, negas te imperiosè Macedonibus præ-
futurum: sed, si persuaseris, ducturum te vlterius dicis:
sin ipsi tibi persuaserint, nequaquam coacturum: non pro
nobis copiarum ducibus, qui præ cæteris honore abs te af-
fecti sumus, & præmia laborũ pleriq; iam accepimus, quiq;
quòd nos aliis imperare voluisti, parati ad omnia tibi sum⁹,
sed pro vniuerso exercitu dicam. Sed ne ea quidem quę mi-
litibus cordi sint dicturus sum, sed quæ tibi cùm in præsen-
tia salutaria, tum in posterum tutissima fore censeo. Porrò
& ætas mea id postulat, vt quæ maximè expedire videantur
non celem, & dignitas, qua me etiam præ aliis ornare vo-
luisti, tot deniq; à me labores, tot pericula audacter, citra vl-
II. lam tergiuersationem adita. Quò enim plura præclario-
raq; facinora, cùm abs te duce, tùm ab iis qui te è domibus
suis secuti sunt, gesta fuerunt, eò consultius esse iudico, finē
III. aliquem laboribus ac periculis imponere. Vides enim ipse
ex tanta Macedonum & Græcorũ, qui te secuti sumus mul-
titudine, quàm pauci reliqui simus, ex quibus Thessalos
quidem à Bactris, quòd alacritatem ad perferendos labores
in eis imminutam sentires, domum (& rectè quidem) remi-
sisti. Reliquorum verò Græcorum, alios in vrbibus abs te
conditis collocasti (qui nec ipsi quidem libenter ibi manēt)
alij tecum labores ac pericula adeuntes cum Macedonico
exercitu, partim in prœliis cæsi sunt, partim vulneribus in-
utiles ad pugnam effecti in diuersis Asiæ partibus relicti:
maxima verò pars morbo periit, pauci deniq; ex tantâ mul-
titudine supersunt, iiq; nec corporibus sunt perinde firmis,
„ animis verò multò magis fracti. Atq; iis quidem omnibus,
„ qui adhuc supersunt, insitum est natura desiderium paren-
tum, vxorum, liberorum, patriæ & soli natalis. Quorum de-
siderio si tanguntur, ornati præsertim abs te atq; aucti, diui-

tesq;

tesq; ex pauperibus effecti reuertētes, certè veniam merentur, Tu verò ne inuitos ducito. Neq; enim eosdem illos in periculis es experturus, cum voluntas adeundi certamina in iis non sit futura. Quin potius tu quoq;, si placet, domū reuersus matrem inuisas, Græcorum simul res compositurus, & tot tamq; ingentes victorias in paternam domum reportaturus. Tum licebit tibi denuò nouam expeditionē suscipere, siue aduersus istas Indorum gentes, quæ Orientem versus sitæ sunt, siue malis in pontum Euxinum, siue in Carthaginem & Lybiam, quæ vltra Carthaginem est. Tunc enim tui muneris erit exercitum quò libuerit ducere. Sequentur autem te alij Macedones, iuniores pro senioribus, integri pro defessis, & quibus bellum, vtpote inexpertis, nō statim tanto terrori, & futurorum commodorum spe in votis erit. Quos etiam tantò alacrius te secuturos esse verisimile est, cùm eos qui tibi laborum atq; periculorum socij extiterunt in suas domos reuersos videbunt, ex pauperibus opulentos, & ex obscuris claros. Præclarum etiam est, Rex, si quicquam aliud, animo in secundis rebus moderari posse. Tibi qui IV.
dem Imperatori, atq; huiusmodi exercitum ducenti, nihil ab hoste metuendum est: fortunæ verò inopinati sunt euentus, atq; ideo hominibus ineuitabiles.

SVASIO CONTINVANDÆ OBSIDIONIS, ET IN HYBERNACULIS milites continendi.

Ex Liuij lib. 5.

ORATIO APPII CLAVDII TRIB. militum ad populum, contra Tribunos plebis.

RESOLVTIO.

SVADET hac in Oratione Appius Claudius militum Trib. contra sententiam Trib. plebis: vt in obsidione Veientum milites relinquantur, non reuocentur: ad continuandum etiam hyeme bellum ipsis hybernacula fiant. Propositio est: propter hyemem re infecta exercitus à Veiis non abducendus, sed retinendus in hybernaculis est. Ad hanc probandam rationes afferuntur: quod 1. Conditio ex militantium: vt, cum nouum ipsis sit commodum adiectum, assignata æra ac stipendia, æquo ferre animo debeant, si paulò diutius à re familiari abesse, & hyberno quoq; tempore militare cogantur: & annua æra cum habeant, etiam operam annuam edant. 2. Milites isti non exteri, sed ciues: cui populi Rom. dignitas cordi, curæ istud esse debeat: vt pro dignitate bellum geratur & perficiatur vrgēdo obsessos.

3. Turpe,

3. Turpe, intra vicesimum lapidem annuam oppugnationem grauem putare: cum vnicam ob mulierem vniuersa Græcia, procul à domo, decem integros annos Troiam obsidione cinxerint. 4. Belli causa, non leuis, sed grauissima: cum septies Veij hostes rebellarint, fidē externi nunquam: sint depopulati agros Rom. colonos interfecerint: cædis legatorum fuerint authores: Fidenates à Romanis deficere coegerint: concitarint aduersus hos Hetruriam. 5. Re infecta exercitu reductio, propter tam vlciscendi cupiditatem, quàm impiam ac necessitatem ex alieno prædandi, Romanorum agros Veij inuasuri. 6. Omnes apparatus bellici, munitiones cunctæ iam ad Veios factæ inutiles & relinquendæ: labor post ad æstatem nouus suscipiendus, si ab obsidione discedatur. 7. Temporis iactura non parui facienda aut contemnenda. 8. Belli dilatione metuendum, ne ex Hetruria & aliis locis auxilia hostes habeant. 9. Idem hic accidere possit, quod in medicina: si quis ægroto, qui admissis medicamentis & curationibus, breui amittam posset pristinæ restitui ac conualescere, propter cibum aut potionem præsentem longinquo aut etiam incurabilem morbum reddat. 10. Prosit ad militarem disciplinam, milites insuescere in re lenta pati tædium, etiam hyemem operiri: nec aues sequi, qui statim autumno recessus & tecta quærunt. 11. Constantia & patientia laborum in veris viribus deprehendatur. 12. Vtrámq; in partem fama de Veiorum obsidione sit obfutura aut profutura plurimum: si hanc vel seruerint, vel cōtinuarint: quæ in obsidendis maximè vrbibus necessaria. 13. Ea conditio obsessarum ciuitatum, vt licet sint munitionibus & naturali situ inexpugnabiles: tamen fame tandem situq; expugnentur. Concilianti a sunt ecum inuisum sese Appius Claudius versari affirmat in Trib. plebis reprehensione: non interim dubitare sese ostendit, quin etiam ipso exercitu decipiente, æqua videri oratio sua possit. Motus sunt: odium, quod in Trib. plebis excitatur: dum, quid illi moliantur & quærant suis consiliis indicatur. Metus, qui oritur, cum non publica solum, verum etiam priuata mala recensentur, quæ ex obsidione soluta metuenda. Æmulatio, quæ inflammatur, cum docetur, quid Romanum nomen requirat. Collocatio constat principio ἀνυποτύπωτος: captatur beneuolētia à persona cùm aduersariorum Trib. plebis, tùm Quiritum auditorum: propositione & diuisione consilij vtilitatis ac necessitatis: Confirmatione quæ argumenta continet, quibus ostenditur, obsidionem Veiorum etiam in hyeme continuandam esse. Conclusio πάθει, metu absoluitur odij & indignationis in Trib. plebis seditionum authores. Loci communes de turbulentis ac seditiosis hominibus: ordinum discordia: obsidionum continuatione: inconstantia & mutabilitate amicorum. Vsus cum seditiosis ac turbulentis in Repub. hominibus resistendum: suadendum, vt instituta semel obsidio vrbis hostilis vrgeatur, non re infecta inde discedatur ob hyemis molestias aut alias causas.

Si vel-

SI vnquam dubitatum est, Quirites, vtrum tribuni plebis I.
vestra, an sua causa seditionum semper authores fuerint, id ego hoc anno desiisse dubitari certum habeo. Et cùm læ- tor tandem longi erroris vobis finem factũ esse, tùm quòd secundis potissimum vestris rebus hic error est sublatus, & vobis, & propter vos Reipub. gratulor. An est quisquam qui dubitet, nullis iniuriis vestris, si quæ fortè aliquãdo fuerunt, vnquam æquè quàm munere patrùm in plebem, cum æra militantibus constituta sunt, tribunos plebis offensos ac concitatos esse? Quid illos aliud aut tum timuisse creditis, aut hodiè turbare velle, nisi concordiam ordinum: quam dissoluendę maximè tribunitię potestati rentur esse? Sic her- cule tanquam artifices improbi opus quærunt: qui & sem per ægri aliquid esse in Repub. volunt, vt sit ad cuius cura- tionem à vobis adhibeantur. Vtrum enim defenditis, an impugnatis plebem: vtrum militantium aduersarij estis, an causam agitis: Nisi fortè hoc dicitis, quicquid patres faci- unt, displicet, siue illud pro plebe, seu contra plebem est. Et quemadmodum seruis suis vetant domini quicquam rei cũ alienis hominibus esse, paritérq; in ijs beneficio ac malefi- cio abstineri æquum censent: sic vos interdicitis patribus cõmercio plebis: ne nos comitate ac munificentia nostra prouocemus plebem, nec plebs nobis dicto audiens atq; obediens sit. Quanto tandem, si quicquam in vobis, non di- co ciuilis, sed humani esset, fauere vos magis, & quantum in vobis esset, indulgere potius comitati patrũ atq; obsequio plebis oportuit? quæ si perpetua cõcordia sit, quis nõ spon- dere ausit maximũ hoc imperiũ inter finitimos breui futu- tum esse? Atq; ego, quàm hoc consilium Collegarum meo- II.
rum, quo abducere, infecta re, à Veijs exercitum noluerunt, non vtile solùm, sed etiam necessarium fuerit, postea disse- ram: nunc de ipsa conditione militantium dicere licebit. Quam orationem non apud vos solùm, sed etiam in castris si habeatur ipso exercitu disceptante, æquam arbitror vi- deri posse, in qua si mihi ipsi nihil quod dicerem, in men- tem venire posset, aduersariorum certè orationibus conten- tus essem. Negabant nuper danda esse æra militibus, quia III.
nunquam data essent. Quonam modo igitur nunc indi- gnari possunt, quibus aliquid noui adiectum commodi sit, eis laborem etiam nouum pro portione iniungi? Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum fermè sine impensa opera est, labor voluptasq; dissimillima natura, so- cietate quadam inter se naturali sunt iuncta. Molestè antea ferebat miles se suo sumptu operam Reipub. præbere: gau-

dicebat idem partem anni se agrum suum colere: quærere vnde domi militiæq; se ac suos tueri posset. Gaudet nunc fructui sibi Rempub. esse, & lætus stipendium accipit. Aequo igitur animo patiatur se ab domo, ab re familiari, cui grauis impensa non est, paulò diutius abesse. An si ad calculos eũ Respub. vocet, non meritò dicat, annua æra habes, annuam operam ede? An tu æquum censes, militia semestri solidum te stipẽdium annuum accipere? Inuitus in hac parte orationis, Quirites, moror. Sic enim agere debent, qui mercenario milite vtuntur: nos, tanquam cum ciuibus agere volumus: agiq; tanquam cum patria nobiscum, æquum censemus. Aut non suscipi bellum oportuit: aut geri pro dignitate populi Romani, & perfici quamprimum oportet. Perficietur autem, si vrgemus obsessos: si non antè abscedimus, quàm spei nostræ finem captis Veiis imposuerimus. Si herculè nulla alia causa, ipsa indignitas perseuerantiam imponere debuit. Decem quondam annos vrbs oppugnata est, ob vnã mulierem ab vniuersa Græcia: quàm procul ab domo, quot terras, quot maria distans? Nos intra vicesimum lapidem, in conspectu propè vrbis nostræ annuam oppugnationẽ perferre piget: scilicet quia leuis causa belli est: nec satis quicquam iusti doloris est, quod nos ad perseuerandum stimulet? Septies rebellarunt: in pace nunquam fidi fuerunt: agros nostros millies depopulati sunt. Fidenates deficere à nobis coegerunt: colonos nostros ibi interfecerunt: authores fuere contra ius gentium cædis impiæ legatorum nostrorum. Hetruriam omnem aduersus nos concitare voluerunt, hodieq; id moliuntur: res repetentes legatos nostros haud procul abfuit quin violarent. Cum his molliter & per dilationes bellum geri oportet? Si nos tam iustum odium nihil mouet, ne illa quidem oro vos mouent? Operibus ingentibus septa vrbs est, quibus intra muros coërcetur hostis: agrum non coluit, & culta vastata sunt bello. Si reducimus exercitum, quis est qui dubitet illos non cupiditate solùm vlciscendi, sed etiam necessitate imposita ex alieno prædandi, cum sua amiserint, agrum nostrum inuasuros? Non differimus igitur bellum isto consilio, sed intra fines nostros accipimus. Quid? illud, quod propriè ad milites pertinet, quibus boni tribuni plebis, cum stipendium extorquere voluerint, nunc consultum repentè volũt, quale est? vallum fossamq;, ingentis vtramq; rem operis, per tantum spacij duxerunt: castella primò pauca, postea exercitu aucto, creberrima fecerunt: munitiones, non in vrbem modò, sed in Hetruriam etiã spectantes, si qua inde auxilia veniant, opposuêre.

Quid

Quid turres, quid vineas testudinesq́; & alium oppugnandarum vrbium apparatum loquar: cum tantum laboris exhaustum sit, & ad finem iam operis tandem peruentum, relinquenda me hæc censetis, vt ad æstatem rursus nouus de integro his instituendis exudetur labor? Quanto est minus opera tueri facta: & instare, & perseuerare, defungiq́; cura? Breuis enim profectò res est, si vno tenore peragitur: nec ipsi per intermissiones has interuallaq́; lentiorem spem nostram facimus. Loquor de opere & de temporis iactura. Quid? periculi quod differendo bello adimus, num obliuisci nos hæc tam crebra Hetruriæ concilia de mittendis Veios auxiliis patiuntur? vt nunc res se habet, irati sunt, oderunt, negant missuros: quantum in illis est capere Veios licet: quis est qui spondeat, eundem, si differtur bellum, animum postea fore? cum, si laxamentum dederis, maior frequentiorq́; legatio itura sit: cum, id quod nunc offendit Hetruscos, rex creatus Veijs, spacio mutari interposito possit: vel consensu ciuitatis, vt eo reconcilient Hetruriæ animos, vel ipsius voluntate regis, qui obstare regnum suum saluti ciuium nolit. Videte quot res, quam inutiles sequantur illã viam consilij: iactura operum tanto labore factorum: vastatio imminentis finium nostrorum: Hetruscum bellum pro Veiente concitatum. Hæc sunt Tribuni consilia vestra, non hercule dissimilia, ac si quis ægro, qui curari se fortiter passus, extemplò conualescere possit, cibi gratia præsentis aut potionis, longinquum & forsitan insanabilem morbum efficiat. Si medius fidius, ad hoc bellum nihil pertineret, ad disciplinam certè militiæ plurimũ interesset, insuescere militem nostrum non solùm parta victoria frui, sed, si res etiam lentior sit, pati tædium, & quamuis seræ spei exitum expectare: &, si non sit æstate perfectum bellum, hyemem opperiri: nec, sicut æstiuas aues, statim autumno tecta ac recessum circunspicere. Obsecro vos: venandi studium ac voluptas homines per niues ac pruinas in montes syluasq́; rapit, belli necessitatibus eam patientiam non adhibebimus, quã vel lusus ac voluptas elicere solet? Adeóne effœminata corpora militum nostrorum esse putamus, adeò molles animos, vt hyemem vnam durare in castris, abesse ab domo non possint? vt, tanquam nauale bellum, tempestatibus captandis, & obseruando tempore anni gerant? non æstus, non frigora pati possint? Erubescant profectò, si quis eis hæc obijciat: cõtendantq́;, & animis & corporibus suis virilem patientiam inesse: & se iuxta hyeme atque æstate bella gerere posse: nec se patrocinium mollitiæ inertiæq́; mandasse tri-

satis idonei estis. Quanto minus proficient viri terram colentes, & qui impediuntur nostris excursionibus, quo minus se exerceant? Quanquam enim audeient confligere cum paucis nauibus, freti multitudine: tamen cum multis, & diuersis locis confligere non poterunt. Interea, quia non exercentur, non erunt idonei, eamq; ob causam timidiores erunt. Ars est enim res nautica, si quid aliter: nec discitur obiter, sed ita exercenda est, vt in eam solam curam intendatur, nec obiter alia simul agantur. Sin autem amota pecunia Templi Olympiaci aut Delphici peregrinos nautas à nobis conductos ad se maiori mercede allicient, id sanè formidabile esset, si non essemus pares ipso ciuium numero. Habemus autem ciues idoneos ad classem, &, quod maius est, gubernatores & ministros plures & meliores quam reliqua tota Græcia. Nec peregrini ad eos deficient minore cum spe. Quanquam enim maior merces ostenditur, tamen id exigui temporis est. Ac tales quid em sunt res Peloponnesiorum: nostræ autem sic se habent. Absunt hæc impedimenta, quæ in ipsis reprehendimus, & habemus alia commoda magna, quæ ipsi non habent. Si terra ducent exercitum in Atticam, nos classe ad ipsorum littora accedemus: & quanquam iactura maior est in totius Atticæ populatione, quàm partis Peloponnesi, tamen illi sine prælio aliam terram quærere non possunt, nobis alia loca patent in insulis & continente. Magnum est enim potiri mari. Considerate enim, si insulani essemus, inexpugnabiles essemus. Ad hanc rationem dirigite cogitationes, & agros & villas pro derelictis habete, sed maris & vrbis custodiam teneamus. Nec dimicemus acie cum Peloponnesiis, irati propter vastationem agrorum, qui multitudine antecellunt. Nam, etiamsi vinceremus, rursus dimicandum esset, & quidem cum non paucioribus. Sin autem vinceremur, socij, vnde nobis vires sunt, à nobis deficerent, qui non quiescent, si viderint nos imbecilliores esse. Nec agrorum aut villarum amissio, sed hominum deploranda est: non enim prædia potiuntur viris, sed viri prædiis. Et, si existimarem vobis persuaderi posse, iuberem vos ipsos egredi, & vestras villas incendere, atq; ostendere Peloponnesiis, vos non accepturos seruitutem esse metu istius damni. Habeo & alia multa, quæ spem mihi victoriæ faciunt: nisi maior erit cura defensionis, quàm potentiæ acquirēdæ: quod cum fit, maiora pericula vltro atrahuntur. Magis enim metuo domestica errata, quàm hostium consilia. Sed, quæ nobis cauenda sunt in bello, suo tempore monebimus: cum ea quæ agentur præmonitionem postulabunt.

III.

labunt. Nunc autem legatos dimittamus, dato respõso, Megarensibus non interdicemus nostro foro & portubus. si Lacedæmonij non eijciunt hospites nos, & nostros socios. Neutrũ enim prohibent fœdera. Vrbes autẽ nobis adiunctas sinemus vti suis legibus, quæ in fœdere nominatim hoc expresserunt: vt liceat vti proprijs legibus: idq; tunc faciemus, cum Lacedæmonij idem concedent sibi adiunctis: ne Lacedæmoniorum arbitrio regantur, sed vt ipsis libet, offerimus etiã nos ad iudicia iuxta fœdera. Bellũ non inferemus, sed illatũ depellemus. Hæc responsio iusta est, & conueniens dignitati vrbis nostræ. Interea hoc sciamus, certò bellũ futurũ esse: quod si excipiemus animis volentibus, minus audebũt mouere aduersarij. Cogitemus & hoc, ex maximis periculis " vrbes & priuatos homines adipisci magnã gloriam: sicut & " maiores nostri Medos sustinuerunt: qui quidẽ non instructi " tanta potentia, imò, relictis rebus domesticis, ac plus consilio, quàm fortuna confidentes, & magis audacia, quàm viribus dimicantes, Barbaros represserunt, & Reipublicæ hoc imperium pepererunt. Quod nõ abijciendum est, sed hostes reprimendi sunt omnibus viribus, & conandum, ne posteris Rempublicam infirmiorem tradamus.

ADHORTATIO AD BELLVM PRIMO QVOQVO TEMPOre ac celeriter suscipiendum.

Ex Thucydidis Lib. I.

ORATIO CORINTHIORVM LEGATOrum in Græcæ ciuitatum conuentu.

RESOLVTIO.

Cum Spartæ conuentus & comitia à Græciæ haberẽtur ciuitatibus: deliberaretur de bello Atheniensibus inferendo, propter illatas iniurias & pacẽ violatam: illud fieri omnibus placere:: Corinthij, odio singulari contra Athenienses inflammati, oueriter nulla mora interiecta illud fieri oportere statuerunt, eamq; ad rem reliquos sunt socios cohortati hisce rationibus: quòd 1. iniuriæ ab Atheniensibus certis illatæ, damnum dare cunctis queant si neglectæ non communi consilio auxilioq; propulsatæ fuerint. 2. Belli causa sit honesta & iusta: Græciæ ciuitates multis ac magnis iniurijs affectæ ab Atheniensibus. Vt verò modestiæ nihil minus est, si iniuriæ nullæ inferãtur, ita iustitiæ ac fortitudinis, quando iniuria facta pacem cum bello commutare. 3. Ciuitates fœderatæ Græcorum commoditate habeant plurimas ad victoriam reportãdam: cum valeant copijs multis ac firmis:

tatus enumeratione eorum, quæ periculo nõ publica solum verum etiam priuata afferre videtur: Contrarius motus Spes, q oritur, cũ belli gerend. commoditates exponuntur, diuina promittuntur auxilia. pudor inflãmatur, indicatione turpitudinis inde manatura, si non vin: ciuitate mulię vexẽtur: amittatur libertas àmaioribꝰ parta. Collocatio & tractatio tribus constat partibus. Exordio beneuolentia accõmodatio, quæ conciliatur laudo Spartanorum: Contentione, quæ argumẽta tam probantia, quàm refutantia habet. Conclusione argumentorũ repetitione, adhortatione ad maturè bellũ gerendum, vnde animorũ motu absoluta. Loci sunt notandi: de aliorum periculis minimè negligendis & considerandis futuris, iusta iniuriarum propulsatione: bellorum fuga ob voluptatem & mollitiem animi: peregrini ac mercede conducti militis incommodis: lenitudine ac patientia in tyrannide ferẽda: fœderibus, qui hæc verè rumpãt. Vsus erit, quoties in cõsultatione de bello metuitur: ne quod mora & cunctatio damnum det: remouenda ea, quæ de causis huius iustis: hostium itidem viribus, ac potentia afferri solent

NOn accusari iam Lacedæmonij possunt quod non de- I.
cernunt bellum, cum nunc ob eam causam nos con- ,,
gregauerint. Nam eos qui præsunt fœderatis, oportet qui- ,,
dem in priuatis rebus æqualitatem seruare, in publicis vero ,,
plus habere authoritatis, vt aliis prospiciãt, eamque ob cau- ,,
sam à cęteris honore afficiuntur. Nec vero nos, qui alieni su- II.
mus ab Atheniensibus, doceri opus est, vt ab eis caueamus,
sed eos qui sunt in locis mediterraneis, & ad quæ non acce-
dunt naues, scire oportet, nec suas fruges se euecturos esse,
nec recepturos res necessarias, quæ mari aduehuntur, nisi
opem ferunt his, qui littora tenent. Nec sint parui Iudices
præsentium periculorum, quasi ad eos non pertineant, nec
expectent neglectis littoralibus calamitatem ad ipsos quo-
que peruenturam esse, & nunc tanquam de proprio periculo
lo deliberent, nec recusent bellum suscipere. Vt enim mo-
destia est quiescere, si non afficiaris iniuria, ita institia est, ,,
cum iniuria afficimur, bellum paci anteferri, & repressa iniu- ,,
ria post bellum rursus pacẽ facere; nec aut successu in bellis ,,
elatos plura appetere, nec pati iniurias mollicie & amore o- ,,
cij. Nam & qui propter voluptatem quiescit, citò ea priua- ,,
bitur, & qui propter successus in bellis fit insolentior, non ,,
cogitat, se efferri cæca ferocia, quæ non erit diuturna. Sæpe ,,
enim etiam stulta consilia, cum alij agunt stultius, habent ,,
bonos euentus, ac multo sæpius ea, quæ bene deliberata vi- ,,
debantur, secus cadunt, cum alij sunt intenti. Nemo enim ,,
opus exequitur, vt confidenter cogitat. Nam in deliberãdo ,,

homines securi, postea in agendo fiunt trepidi. Nos certè multis iniuriis affecti bellum mouemus, quas cum repressérimus, rursus arma deponemus. Ac consentaneum est, nos fore victores propter multa. Primum enim multitudine & vsu rei militaris antecellimus. Deinde classem, qua illi antecellunt, & nos partim instruemus, partim nostris facultatibus, si singuli imperata facient, partim mutuò sumpta pecunia ex Delphis & Olympia, vnde Atheniensium milites maiore mercede conducemus. Nam exercitus ipsorum magis mercede conductus est, quam ex ciuibus collectus: noster ex ciuibus est, quia magis numero hominum antecellimus, quàm pecunia. Quare nobis milites non ita sicut ipsis intercipi possunt. Et cù vno prælio naualį superātur, de eis actum est: sin autem ducent bellum, nos quoq; vsu peritiores erimus. Et cum erit peritia par, fortitudine erimus superiores. Nam artem, qua isti antecellūt, vsu discere possumus: isti non possunt fortitudinem, qua nos natura præstamus, doctrina sibi assumere. Pecuniam verò conferemus. Cum enim socij ipsorum non recusent conferre, ne mutent seruitutem, cur nos non conferemus potius ad reprimendos hostes, & ad nostræ libertatis defensionem, & ne ipsi potiti nostra pecunia nos opprimant? Erunt & aliæ res nobis adiumento. Defectio sociorum & ademptio redituum, quibus possent, obsidio, & loci alicuius in ipsorum regione munitior & alia, quæ iam non prospiciuntur. Bella enim minimè
" procedunt ex præscripto, sed multa alia bellum ex sese, pre-
" ter ea, quæ ex præsentibus occasionibus instituūtur, obiicit.
" Quæ, si quis ita excipit, ne turbari se ira patiatur: tutius rem
" gerit: qui in iram præceps est, per iracundiam multa delinquit. Cogitemus & hoc, quod, si forent singulis nobis cum suis aduersariis seorsim contentiones de finibus, aliquo modo id ferendum esset: sed Athenienses, cum coniunctis nobis vniuersis pares sint, quanto facilius cum singulis bellum gerent. Et nisi gentium & vrbium singularum coniunctis & frequentibus auxiliis vno animo eis restiterimus, distractos nos non magno labore opprimentur. Victoriam verò Atheniensium, etsi id auditu graue est, scitote tamen aliud nobis allaturam nihil, nisi certam seruitutem. Turpe est aūt Pelopōnesijs omnibus nūc hoc in cōtrouersiā adducere, & interea pati, vt tot ciuitates tot iniuriis ab vna afficiantur. Ostenditis.n. hac contentione, quod vel iustè affligimur, vel ꝙ timiditate quadā & ignauia prorsus à maiorum nostrorum virtute degenerauimus. Illi enim Græciæ vniuersæ libertatē defenderunt. Nos à maioribus partam ne quidē nobis ipsis
inter

inter nos retinere possumus. Cur verò negligimus ciuitatẽ occupantẽ tyrannidem inter nos, cum tãtopere laborare soleamus, vt si quis in vna ciuitate tyrannidem inuadat, is tollatur. An nescimus, quòd tyrannidem ferendo, ab his tribus ›› maximis malis non liberamur: nempè á stultitia, animi mo- ›› licie & ignauia. Neq; excusetis vos hoc prætextu, quod no- ›› lueritis aliquid temere agere. Nam talis circumspectio, quia ›› multis nocuit, cõtrario nomine stultitia rectius nominatur. ›› Sed quid opus est priora errata hoc loco prolixè exagitare, in hoc magis conuenit incumbere, quomodo præsentibus ‹‹ rebus opem ferentes consulatis futuris. Patrium enim vobis ‹‹ est, virtutem laboribus comparare: nec mutare consuetudinem, etiamsi nunc opibus & potentia aliquantulum antecellitis. Non conuenit enim ea, quæ peperistis cum inopes eratis, nunc in affluentia perdere, sed decet nos magno animo bellum aggredi: præsertim cum DEVS hortator sit, cum victoriã promittat, & cum vniuersa Græcia suas vires vobiscum cõiungat, partim metu, partim etiã suæ vtilitatis causa. Nec propterea priores fœdera soluetis, quæ vtros DEVS censeat violare ipse indicat, qui nos bellum mouere iubet. Nam opem feretis iniuria affectis: at fœdera violant, nõ qui ,, depellunt, sed qui priores inferunt iniuriam. Cum ergo tot ,, honestæ causæ nos impellant ad bellum, & ea, quæ nos in III. hoc consessu commemorauimus, certum sit publicè & priuatim profutura esse: non debetis cunctari, sed quam primũ arma sumere, & cum aliorum libertatem defendere, tùm etiam Potidæensibus opitulari. Qui cum origine sint Doriẽses, tamen ab Ionibus obsidentur, cum antea cõtrarium fieret. Neq; hæ deliberationẽs vllam moram admittunt. Cũ enim plurimi ex nostris iam ab Atheniensibus læsi sint, alij quoq; mox idem experientur, vbi resciuerint Athenienses, nostras deliberationes de bello fuisse irritas. Nam metu nos deterreri existimabunt. Ergo, viri Lacedæmonij, de præsente necessitate cogitantes, bellum decernite, & vestris suffragiis ostendite, nos optimè consuluisse Græciæ. Nec præsenti periculo deterreamini, sed magis firmam & durabilem pacem bello quærite. Pax enim bello magis confirmatur: ociũ verò semper belli metum & periculum coniunctum habet. ›› Existimate ciuitatem illam, quæ Tyrannidem in Græcia affe- ›› ctat, eandem singulis intẽtare, quarũ aliquibus iam imperat, ›› reliquis breui sese imperaturum confidit. Hanc iunctis viribus cogamus ad deditionẽ, vt in posterum soluti metu nostras ciuitates tutò inhabitare possimus, & vt Græcos iamiu seruitutem redactos in libertatem vindicemus.

ne, partim permissione blanda facta. Multa enim magnaq; præmia iis Alexander promittit, qui manere secum velint. Et tamen neminē cogere sese velle asserit, vt maneat: sed liberum cuiq; hoc relinquere: vt vel domum redeat, vel secum expeditionem susceptā continuet. Loci insigniores notandi: de fine laborum generosis ac fortibus proposito, laude scilicet & gloria: ducis boni officio: periculorum ac præmiorū æqualitate seruanda. Vsus, cum exercitus castra amplius sequi recusat, vel propter laboris tædium, vel temporis longitudinem, vel hostis metum, vel commeatuum penuriam, vel stipendiorum defectum, & excitandus idem est, ne à proposito & instituto honesto recedat.

CVM intelligam vos, ô Macedones & socij, non eadem, I.
qua soletis voluntate pericula mecum adire: idcirco hac mihi apud vos concione vtendum esse putaui: vt aut persuadens vlterius ducam, aut persuasus pedem referam.
II. Porrò, si neque labores in hunc vsq; diem actos, neque me, qui ad eos subeundos dux vobis fui, probatis, non est quod pluribus vobiscum agam: sin autē Ionia nobis, hisce laboribus, Hellespōtus, Phrygia vtraq;, Cappadocia, Paphlagonia, Lydia, Caria, Lycia, Pamphylia, Phœnice, & Aegyptus, cum ea Lybiæ parte, quam Græci tenent, parta est: si Arabiæ etiā aliquam partem, & Syriam quæ Cœle, & eam quæ Mesopotamia dicitur: Babylonem præterea gentemq; Susiorū subegistis: ad hæc Persas, Medos, gentesq; oēs, quæ horū imperio parebant, quæq; non parebant: si regiones etiā trans portas Caspias, vltraq; Caucasum positas, & qui vltra Tanaim habitant, Bactrianos, Hyrcanios, mareq; Hyrcaniū nobis subiecimus: si Scythas in solitudines repulimus, perfecimusq;, vt Indus amnis Hydaspes, Acesines & Hydraotes per nostrā ditionem fluant: quid cunctamini Hyphasim etiam, quæq; vltra Hyphasim sunt gentes nostro Macedonum imperio adiicere? An veremini, vt vlli deinceps Barbari nos bellum inferentes propulsent? cum alij sua sponte deditionem faciant, alij fugientes capiantur, alij fuga elapsi regiones nobis ab incolis desertas relinquant: nonnulli etiam se sociis, & iis qui voluntariè sese dediderunt adiungant? Ego verò nullum generoso viro laborum finē statuo, quam labores ipsos, qui ad gloriā ac decus ducunt. Si quis tamen cupit cognoscere, quisnam bellandi finis futurus sit, is intelligat, parum terræ nobis vsque ad Gangem fluuium, & Orientalem Oceanum restare. Ibi (inquam) Hyrcanium mare huic coniunctum cernetis: ambit enim vniuersum terrarum Orbem Oceanus. Tum ego vobis, Macedones ac socij, commōstrabo, Indicum sinum cum

ORATIO SVPERIORI PROXIMÆ respondens Zeni ducis.

RESOLVTIO.

GRauis superior proxima Alexandri M. oratio, & quidem talis fuit: vt ad eam milites omnes obstupescerent, nec contradicere quisquam auderet. Verùm cum idem nihilominus desiderium, domum redeundi maneret, & Alexandro, & exercitui metuens Zenus, dux ætate venerandus, solus Regi respondere, & exercitus nomine, rogare eum est ausus: vt bona cum pace & venia reducere domum hunc velit. Hanc ad rem argumenta illa adhibentur: quòd 1. Exercitus imminutus & ad exiguum numerum redactus: cum domum sint Thessali remissi: Græci quidam iis in ciuitatibus relicti, quas Alexander condiderat: vulneribus debilitati alij dimissionem impetrarint: qui adsunt adhuc, & animis, & corporibus fracti sint. 2. Exercitus inuitus & coactus. Qui verò talis, non debitam ac necessariam animorum alacritatem ad prælia afferat: sæpe etiam ducem summum in discrimen & periculum coniiciat. 3 Causas reditus honestas & iustas habeat: cum non redire domum cupiat ob fugam laborum, aut metum hostis: quod turpe: sed quia patriam, parentes, vxores, liberos suos videre aueant. 4. Alexander nouum ac meliorem queat exercitum parare: ideóq; necesse non habeat veterem debilitatum viribusq; fractum detinere. 5. Moderationem debeat adhibere, non nimis confidens & audax esse Alexander, ventis secundis & ad voluntatem fluente fortuna vsus: quandoquidem tùm aliàs, tùm maximè in bello euentus incerti sunt. Ad ἤθικὰ & conciliantia quod attinet, opus his cumprimis hac in oratione fuit: quia admodum durum est, regi resistere, & regi tam felici ac potenti: eiusdem collectam gratiam effundere. Itaque primò sese excusat voluntate ipsius regis, qui neminem velit cogere, aut inuitum ac nolentem vlterius detinere. Deinde μεταστάσει vtitur, & affirmat, non pro se, sed multitudine verba facturum: cùm regis in se clementiam agnoscat, quid sibi contra faciendum ingenuè fateatur. Tum pollicetur, nihil se dicturum militũ in gratiam, sed allaturum ea, quæ regi, & in præsens, & futurũ esse & honesta, & vtilia possint. Postremò causas impellentes atq; officij sui rationes indicat: reticere nihil sese aut posse, aut debere ostendit, propter ætatem, dignitatem ac munus quod gerat, labores iam peractos, regis denique promerita. Motus Timor est, quo deprimere & coercere Alexandrum, nimis audacem ac confidentem Zenus studet: cum copias exiguas, fractas tùm animis, tùm corporibus, coactas ob oculos constituit: de fortunæ inconstantia bellíq; incerto exitu agit. Tractatio & collocatio horum constat quatuor partibus. 1. Exordio ἐξ ὑπολήψεως sumpto: cum iis Zenus occurrit, quæ obiici poterant: institutis suis rationes reddit, atq; ita regis offensionem declinat. 2. Propositione.

positione, quæ προτρεπτικὴν, adhortationem habet, ad finem belli imponendum. 3. Confirmationem, quæ quinq; argumenta, modò indicata complectitur. 4. Conclusione, quæ προτρεπτικῇ adhortatione, & πάθει motu metus seu timoris absoluitur. Loci insigniores: de vtilibus ac salutaribus in consilio dando & sententia dicenda, iucundis anteponendis: fine laboribus ac bellis imponendo: causis excitantibus maximè ad arma capessenda: cuiusmodi sunt imperitia & ignoratio periculorum: spes commodi ac emolumenti: exempla eorum, qui ex pauperibus diuites, obscuris nobiles ac præclari sunt facti: moderatione in rebus secundis adhibenda: fortunæ, maximè in bello, inconstantia. Vsus erit, quandò à principibus aut aliis magistratibus modestè & sine offensione dimissio petenda.

I. QVONIAM, Rex, negas te imperiosè Macedonibus præfuturum: sed, si persuaseris, ducturum te vlterius dicis: sin ipsi tibi persuaserint, nequaquam coacturum: non pro nobis copiarum ducibus, qui præ cæteris honore abs te affecti sumus, & præmia laborũ pleriq; iam accepimus, quiq; quòd nos aliis imperare voluisti, parati ad omnia tibi sum*, sed pro vniuerso exercitu dicant. Sed ne ea quidem quę militibus cordi sint dicturus sum, sed quæ tibi cùm in præsentia salutaria, tum in posterum tutissima fore censeo. Porrò & ætas mea id postulat, vt quæ maximè expedire videantur non celem, & dignitas, qua me etiam præ aliis ornare voluisti, tot deniq; à me labores, tot pericula audacter, citra vl-
II. lam tergiuersationem adita. Quò enim plura præclarioraq; facinora, cùm abs te duce, tum ab iis qui te è domibus suis secuti sunt, gesta fuerunt, eò consultius esse iudico, finē
III. aliquem laboribus ac periculis imponere. Vides enim ipse ex tanta Macedonum & Græcorũ, qui te secuti sumus multitudine, quàm pauci reliqui simus; ex quibus Thessalos quidem à Bactris, quòd alacritatem ad perferendos labores in eis imminutam sentires, domum (& rectè quidem) remisisti. Reliquorum verò Græcorum, alios in vrbibus abs te conditis collocasti (qui nec ipsi quidem libenter ibi manēt) alij tecum labores ac pericula adeuntes cum Macedonico exercitu, partim in præliis cæsi sunt, partim vulneribus inutiles ad pugnam effecti in diuersis Asiæ partibus relicti: maxima verò pars morbo periit, pauci deniq; ex tanta multitudine supersunt, iiq; nec corporibus sunt perinde firmis, „ animis verò multò magis fracti. Atq; iis quidem omnibus, „ qui adhuc supersunt, insitum est natura desiderium parentum, vxorum, liberorum, patriæ & soli natalis. Quorum desiderio si tanguntur, ornati præsertim abs te atq; aucti, diui-

tesq;

tesq; ex pauperibus effecti reuertētes, certè veniam merentur, Tu verò ne inuitos ducito. Neq; enim eosdem illos in periculis es experturus, cum voluntas adeundi certamina in iis non sit futura. Quin potius tu quoq;, si placet, domū reuersus matrem inuisas, Græcorum simul res compositurus, & tot tamq; ingentes victorias in paternam domum reportaturus. Tum licebit tibi denuò nouam expeditionē suscipere, siue aduersus istas Indorum gentes, quæ Orientem versus sitæ sunt, siue malis in pontum Euxinum, siue in Carthaginem & Lybiam, quæ vltra Carthaginem est. Tunc enim tui muneris erit exercitum quò libuerit ducere. Sequentur autem te alij Macedones, iuniores pro senioribus, integri pro defessis, & quibus bellum, vtpote inexpertis, non statim tanto terrori, & futurorum commodorum spe in votis erit. Quos etiam tantò alacrius te secuturos esse verisimile est, cùm eos qui tibi laborum atq; periculorum socij extiterunt in suas domos reuersos videbunt, ex pauperibus opulentos, & ex obscuris claros. Præclarum etiam est, Rex, si quicquam aliud, animo in secundis rebus moderari posse. Tibi qui I V. dem Imperatori, atq; huiusmodi exercitum ducenti, nihil ab hoste metuendum est: fortunæ verò inopinati sunt euentus, atq; ideo hominibus ineuitabiles.

SVASIO CONTINVANDÆ OBSIDIONIS, ET IN HYBERNACULIS MILITES CONTINENDI.

Ex Liuij lib. 5.

ORATIO APPII CLAVDII TRIB. militum ad populum, contra Tribunos plebis.

RESOLVTIO.

SVADET hac in Oratione *Appius Claudius militum Trib. contra sententiam Trib. plebis: vt in obsidione Veientum milites relinquantur, non reuocentur: ad continuandum etiam hyeme bellum ipsis hybernacula fiant. Propositio est: propter hyemem re infecta exercitus à Veiis non abducendus, sed retinendus in hybernaculis est. Ad hanc probandam rationes afferuntur: quod* 1. *Conditio ex militantium: vt, cum nunc ipsis sit commodum adiectum, assignata æra ac stipendia, æquo ferre animo debeant, si paulò diutius à re familiari abesse, & hyberno quoq; tempore militare cogantur: & annua æra cum habeant, etiam operam annuam edant.* 2. *Milites isti non exteri, sed ciues: cui populi Rom. dignitas cordi, curæ istud esse debeat: vt pro dignitate bellum geratur & perficiatur vrgēdo obsessos.*

3. *Turpe,*

3 *Turpe, intra vicesimum lapidem annuam oppugnationem grauem putare: cum vnicam ob mulierem vniuersa Graecia, procul à domo, decem integros annos Troiam obsidione cinxerint. 4. Belli causa, non leuis, sed grauissima: cum septies Veij hostes rebellarint, fidi extiterint nunquam: sint depopulati agros Rom. colonos interfecerint: caedis legatorum fuerint authores: Fidenates à Romanis deficere coegerint: concitarint aduersus hos Hetruriam. 5. Re infecta exercitus reductio, propter tam vlciscendi cupiditatem, quàm inopiam ac necessitatem ex alieno praedandi, Romanorum agros Veij inuasuri. 6. Omnes apparatus bellici, munitiones cunctae iam ad Veios factae inutiles & relinquēdae: labor post ad aestatem nouus suscipiendus, si ab obsidione discedatur. 7. Temporis iactura non parui facienda aut contemnenda. 8. Belli dilatione metuendum, ne ex Hetruria & aliis locis auxilia hostes habeant. 9. Idem hic accidere possit, quod in medicina: si quis aegroto, qui admissis medicamentis & curationibus, b. . . , . . . ti posset pristinae restitui ac conualescere, propter cibum aut potionem praesentem long . . . aut etiam incurabilem morbū redda. 10. Profit ad militarem disciplinam, milites insuescere in re lenta p. ti . . di . , etiam hyemem op. . ri: nec aues sequi, qui statim autumno recessus & tecta quaerunt. 11. Constantia & patientia laborum in venatoribus deprahendatur. 12. Vtrāq; in partem fama de Veiorum obsidione sit obfutura aut profutura plurimum: si hanc vel soluerint, vel cōtinuarint: quae in c . . idendis maximè vrbibus necessaria. 13. Ea conditio obsessarum . . . . . . m, vt licet sint munitionibus & naturali sint inexpugnabiles: tamen fame tandem sitiq; expugnantur. Conciliantia sunt: cum inuitum sese Appius Claudius versari affirmat in Trib. plebis reprahensione: non interim dubitare sese ostendit, quin etiam ipso exercitu disceptante, aequa videri oratio sua possit. Motus sunt: odium, quod in Trib. plebis excitatur: dum, quid illi moliantur & quaerant suis consiliis indicatur. Metus, qui oritur, cum non publica solum, verum etiam priuata mala recensentur, quae ex obsidione soluta metuenda. Aemulatio, quae inflammatur, cum docetur, quid Romanum nomen requirat. Collocatio constat principio ὀὐοντικῶς: captatur beneuolētia à persona cùm aduersariorum Trib. plebis, tùm Quiritum auditorum: propositione & diuisione consilij vtilitatis ac necessitatis: Confirmatione quae argumenta continet, quibus ostenditur, obsidionem Veiorum etiam in hyeme continuandam esse. Conclusio πάθει, motu absoluitur odij & indignationis in Trib. plebis seditionum authores. Loci communes de turbulentis ac seditiosis hominibus: ordinum discordia: obsidionum continuatione: inconstantia & mutabilitate amicorum. Vsus cum seditiosis ac turbulentis in Repub. hominibus resistendum: suadendum, vt instituta semel obsidio vrbis hostilis vrgeatur, non re infecta inde discedatur ob hyemis molestias aut alias causas.*

Si vel-

SI vnquam dubitatum est, Quirites, vtrum tribuni plebis I
vestra, an sua causa seditionum semper authores fuerint,
id ego hoc anno desiisse dubitari certum habeo. Et cùm lætor tandem longi erroris vobis finem factū esse, tùm quòd secundis potissimum vestris rebus hic error est sublatus, & vobis, & propter vos Reipub. gratulor. An est quisquam qui dubitet, nullis iniuriis vestris, si quæ fortè aliquādo fuerunt, vnquam æquè quàm munere patrûm in plebem, cum æra militantibus constituta sunt, tribunos plebis offensos ac concitatos esse? Quid illos aliud aut tum timuisse creditis, aut hodiè turbare velle, nisi concordiam ordinum: quam dissoluendę maximè tribunitię potestati rentur esse? Sic hercule tanquam artifices improbi opus quærunt: qui & semper ægri aliquid esse in Repub. volunt, vt sit ad cuius curationem à vobis adhibeantur. Vtrum enim defenditis, an impugnatis plebem: vtrum militantium aduersarij estis, an causam agitis? Nisi fortè hoc dicitis, quicquid patres faciunt, displicet, siue illud pro plebe, seu contra plebem est. Et quemadmodum seruis suis vetant domini quicquam rei cū alienis hominibus esse, pariterq; in ijs beneficio ac maleficio abstineri æquum censent: sic vos interdicitis patribus cōmercio plebis: ne nos comitate ac munificentia nostra prouocemus plebem, nec plebs nobis dicto audiens atq; obediens sit. Quanto tandem, si quicquam in vobis, non dico ciuilis, sed humani esset, fauere vos magis, & quantum in vobis esset, indulgere potius comitati patrū atq; obsequio plebis oportuit? quæ si perpetua cōcordia sit, quis nō spondere ausit maximū hoc imperiū inter finitimos breui futu-
tum esse? Atq; ego, quàm hoc consilium Collegarum meo- II
rum, quo abducere, infecta re, à Veijs exercitum noluerunt, non vtile solùm, sed etiam necessarium fuerit, postea dissertam: nunc de ipsa conditione militantium dicere licebit. Quam orationem non apud vos solùm, sed etiam in castris si habeatur ipso exercitu disceptante, æquam arbitror videri posse, in qua si mihi ipsi nihil quod dicerem, in mentem venire posset, aduersariorum certè orationibus conten-
tus essem. Negabant nuper danda esse æra militibus, quia III
nunquam data essent. Quonam modo igitur nunc indignari possunt, quibus aliquid noui adiectum commodi sit, eis laborem etiam nouum pro portione iniungi? Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum ferme sine impensa opera est, labor voluptasq; dissimillima natura, societate quadam inter se naturali sunt iuncta. Molestè antea ferebat miles se suo sumptu operam Reipub. præbere: gau-

debat idem partem anni se agrum suum colere: quærere vnde domi militiæq; se ac suos tueri posset. Gaudet nunc fructui sibi Rempub. esse, & lætus stipendium accipit. Aequo igitur animo patiatur se ab domo, ab re familiari, cui grauis impensa non est, paulò diutius abesse. An si ad calculos eã Respub. vocet, non meritò dicat, annua æra habes, annuam operam ede? An tu æquum censes, militia semestri solidum te stipendium annuum accipere? Inuitus in hac parte orationis, Quirites, moror. Sic enim agere debent, qui mercenario milite vtuntur: nos, tanquam cum ciuibus agere volumus: agiq; tanquam cum patria nobiscum, æquum censemus. Aut non suscipi bellum oportuit: aut geri pro dignitate populi Romani, & perfici quamprimum oportet. Perficietur autem, si vrgemus obsessos: si non antè abscedimus, quàm spei nostræ finem captis Veiis imposuerimus. Si herculè nulla alia causa, ipsa indignitas perseuerantiam imponere debuit. Decem quondam annos vrbs oppugnata est, ob vnã mulierem ab vniuersa Græcia: quàm procul ab domo, quot terras, quot maria distans? Nos intra vicesimum lapidem, in conspectu propè vrbis nostræ annuam oppugnationẽ perferre piget: scilicet quia leuis causa belli est: nec satis quicquam iusti doloris est, quod nos ad perseuerandum stimulet? Septies rebellarunt: in pace nunquam fidi fuerunt: agros nostros millies depopulati sunt. Fidenates deficere à nobis coegerunt: colonos nostros ibi interfecerunt: authores fuere contra ius gentium cædis impiæ legatorum nostrorum. Hetruriam omnem aduersus nos concitare voluerunt, hodieq; id moliuntur: res repetentes legatos nostros haud procul abfuit quin violarent. Cum his molliter & per dilationes bellum geri oportet? Si nos tam iustum odium nihil mouet, ne illa quidem oro vos mouent? Operibus ingentibus septa vrbs est, quibus intra muros coërcetur hostis: agrum non coluit, & culta vastata sunt bello. Si reducimus exercitum, quis est qui dubitet illos non cupiditate solùm vlciscendi, sed etiam necessitate imposita ex alieno prædandi, cum sua amiserint, agrum nostrum inuasuros? Non differimus igitur bellum isto consilio, sed intra fines nostros accipimus. Quid? illud, quod propriè ad milites pertinet, quibus boni Tribuni plebis, cum stipendium extorquere voluerint, nunc consultum repentè volunt, quale est? vallum fossamq;, ingentis vtramq; rem operis, per tantum spacij duxerunt: castella primò pauca, postea exercitu aucto, creberrima fecerunt: munitiones, non in vrbem modò, sed in Hetruriam etiã spectantes, si qua inde auxilia veniant, opposuêre.

Quid turres, quid vineas testudinesq; & alium oppugnandarum vrbium apparatum loquar: cum tantum laboris exhaustum sit, & ad finem iam operis tandem peruentum, relinquenda me hæc censetis, vt ad æstatem rursus nouus de integro his instituendis exudetur labor? Quanto est minus opera tueri facta: & instare, & perseuerare, defungiq; cura? Breuis enim profectò res est, si vno tenore peragitur: nec ipsi per intermissiones has interuallaq; lentiorem spem nostram facimus. Loquor de opere & de temporis iactura. Quid? periculi quod differendo bello adimus, num obliuisci nos hæc tam crebra Hetruriæ concilia de mittendis Veios auxiliis patiuntur? vt nunc res se habet, irati sunt, oderunt, negant missuros: quantum in illis est capere Veios licet: quis est qui spondeat, eundem, si differtur bellum, animum postea fore? cum, si laxamentum dederis, maior frequentiorq; legatio itura sit: cum, id quod nunc offendit Hetruscos, rex creatus Veijs, spacio mutari interposito possit: vel consensu ciuitatis, vt eo reconcilient Hetruriæ animos, vel ipsius voluntate regis, qui obstare regnum suum saluti ciuium nolit. Videte quot res, quam inutiles sequantur illã viam consilij: iactura operum tanto labore factorum: vastatio imminens finium nostrorum: Hetruscum bellum pro Veiente concitatum. Hæc sunt Tribuni consilia vestra, non hercule dissimilia, ac si quis ægro, qui curari se fortiter passus, extemplò conualescere possit, cibi gratia præsentis aut potionis, longinquum & forsitan insanabilem morbum efficiat. Si medius fidius, ad hoc bellum nihil pertineret, ad disciplinam certè militiæ plurimũ interesset, insuescere militem nostrum non solùm parta victoria frui, sed, si res etiam lentior sit, pati tædium, & quamuis seræ spei exitum expectare: &, si non sit æstate perfectum bellum, hyemem opperiri: nec, sicut æstiuas aues, statim autumno tecta ac recessum circunspicere. Obsecro vos: venandi studium ac voluptas homines per niues ac pruinas in montes syluasq; rapit, belli necessitatibus eam patientiam non adhibebimus, quã vel lusus ac voluptas elicere solet? Adeòne effœminata corpora militum nostrorum esse putamus, adeò molles animos, vt hyemem vnam durare in castris, abesse ab domo non possint? vt, tanquam nauale bellum, tempestatibus captandis, & obseruando tempore anni gerant? non æstus, non frigora pati possint? Erubescant profectò, si quis eis hæc obijciat: cõtendantq;, & animis & corporibus suis virilem patientiam inesse: & se iuxta hyeme atque æstate bella gerere posse: nec se patrocinium mollitiæ inertiæq; mandasse tri-

bunis, & meminisse hanc ipsam potestatem non in vmbra, nec in tectis maiores suos creasse. Hæc virtute militum vestrorum, hæc Romano nomine sunt digna, non Veios tantùm, nec hoc bellum intueri, quod instat: sed famam, & ad alia bella, & ad cæteros populos in pósterum quærere. An mediocre discrimen opinionis secuturum ex hac re putatis: vtrum tandem finitimi populum Romanum eum esse putent, cuius, si qua vrbs primum illum breuissimi temporis sustinuerit impetum, nihil deinde timeat: an hic sit tenor nominis nostri, vt exercitum Romanum non tædium longinquæ oppugnationis, non vis hyemis, ab vrbe circumsessa semel amouere possit: nec finem vllum alium belli, quàm victoriam nouerit: nec impetu potius bella, quàm perseue-
» rantia gerat: quæ in omni quidem genere militiæ, maximè
» tamen in obsidendis vrbibus, necessaria est: quarum plerasq;
» munitionibus, ac naturali situ inexpugnabiles, fame sitique
» tempus ipsum vincit atq; expugnat: sicut Veios expugna-
» bit, nisi auxilio hostibus Tribuni plebis fuerint, & Romæ inuenierint præsidia Veientes, quæ necquicquam in Hetruria
IV. quærunt. An est quicquam quod Veientibus optatum æquè contingere possit, quàm vt seditionibus primum vrbs Romana, deindè velut ex cõtagione castra impleantur? At hercule apud hostes tanta modestia est, vt non obsidionis tædio, non deniq; regni, quicquam apud eos nouatum sit: non negata auxilia ab Hetruscis, irritauerunt animos. Morietur enim extemplò, quicunq; erit seditionis: nec cuiquam dicere ea licebit, quæ apud vos impunè dicuntur: fustuariũ merетur, qui signa relinquit, aut præsidio decedit: authores signa relinquendi, & deserendi castra, non vni aut alteri militi, sed vniuersis exercitibus, palam in concione audiuntur. Adeò quicquid Tribunus plebis loquitur, & si prodendæ patriæ, dissoluendæq; Reipub. est, assuestis audire: & dulcedine potestatis eius capti, quælibet sub ea scelera latêre sinitis. Reliquum est, vt quæ hîc vociferantur, eadem in castris, & apud milites agant, & exercitus corrumpant, duci-
» busq; parére non patiantur: quoniam ea demum Romæ li-
» bertas est, non Senatum, non magistratus, non leges,
» non mores maiorum, non instituta pa-
trum, non disciplinam veteri militiæ.

ADHOR-

ADHORTATIO AD DEFECTIONEM.

Ex Herodoti Lib. I.

ORATIO CYRI AD PERSAS.

RESOLVTIO.

CYrus, vt ad defectionem à Medis libertatemq́; recuperandā Persas impelleret, vt ante iuxta se positis laboribus & epulis: ita post oratione hac προτρεπτικὴ adhortatoria vsus est: tantum quoq; hæc ipsa effecit: vt Persæ, qui iam ante Medorum ægrè grauiterq́; dominatum atq; imperium ferrent, ducem nacti, libenter in libertatem sese vindicarent. Quæstio, an à Medis deficere Persæ debeant. Affirmantem Cyrus defendit argumento sumpto ab vtili, & commodis, quæ expectanda, si defecerint: vt etiam malis & incommodis, quæ metuenda: facere idem si recusauerint: & δυνατὸν atq; facili: quod diuina quadam sorte hanc ipse natus ad rem videatur: nec, vt alijs, ita bellicis in rebus Medis Persæ inferiores sint. Ad probandum ista pertinent: conciliationi illud est accommodatum: cum suorum immemor commodorum Cyrus, de aliorum vtilitatibus agit: hos ipsos, collatione cum Persis facta à fortitudine laudat. Motus, ἐλπὶς spes seu confidentia est, quæ proposita libertate, alijsq́; emolumentis enumeratis excitatur: & ζῆλος, æmulatio, quæ in erectis atq; excelsis ingenijs plurimum valet: Medorum verò hic mentione facta inflammatur. Collocatio horum tribus partibus constat: attentionis προσοχῆς excitatione, cum præsens rerum ob oculos status constituitur: Confirmatione, quæ ad defectionem, libertatemq́; quærendam argumenta cohortatoria cōtinet: Conclusione deniq;, quæ προτρεπτικῆς adhortationis ἐπανάληψιν habet: vt maturè ac primo quoq; tempore à Medis Persæ deficiant. Locus communis hic de libertatis, & malis seruitutis est. Vsus, cum authores alijs esse cupimus: vt tyrannidis à sese iugum excutiant, & libertatem recuperent.

VIRI Persæ, ita res vestræ habent, volentibus vobis mihi I.
obtemperare, & hæc & alia infinita commoda aderunt II.
sine vllo seruitutis labore: nolentibus verò, innumerabiles, quales hesternæ ærumnæ. Nunc itaq; obtemperando mihi, efficiamini liberi Nam &, diuina quadam sorte ipse genitus, hæc bona videor in manus vestras esse allaturus: & vos non arbitror inferiores esse Medis, cùm in alijs, tum verò in
bellicis rebus. Quæ quum ita sint, quam III.
primum ab Astyage deficite.

ADHORTATIO AD SOCIETATEM AC FOEDVS INEVNdum: orationibus quatuor constans.

Ex Herodoti Lib. VIII.

ORATIO I. ALEXANDRI, PERsarum Legati ad Athenienses.

RESOLVTIO.

ORationis huius, vt & reliquarũ trium, quæ sequuntur, etiã hodie vsus esse magnus potest: quandoquidem etiam nostro tempore cũ alias, tùm verò bellis maximè gliscentibus, à prudentibus considerari solet: quam latè dynarchia aut Respub. aliqua pateat: quos habeat amicos & socios, quorum expetendæ, aut vltro ab alijs oblatæ admittendæ vel reijciendæ atque repudiandæ amicitiæ ac societates sint. Et vt per Alexandrum Persæ Athenienses partim oratione blanda, partim largis promissis: partim præmijs amplis, partim hostili potentia obiecta, abducere ab alijs Græciæ ciuitatibus, deterrere à communi libertatis defensione inq; suas partes & societatem pertrahere sunt conati: ita & hodie viri boni ad defectionem non rarò solicitantur. Occasionem huic adhortationi præbuit bellum à Persarum rege Xerxe Græcis illatum in quo cum diuersis in locis multa Persarum millia trucidata essent, rex ipse nauicula aufugisset relictus reliquo cum exercitu dux Mardonius, vt se ac suos defendere, Græcia potiri posset, per Alexadrum cum Atheniensibus egit, eosdemque sibi societate adiungere, auellere à Lacedæmonijs cæterisq; Græcis conatus est. Quod vbi Lacedæmonij intellexerunt, de communi Græciæ libertate & salute soliciti, legatos & ipsi ad Athenienses miserunt, & hos sunt hortati ne sese cum Persis coniungerent, sed totius Græciæ libertatem vna cum alijs constanter tuerentur. Vtrisque respondent Athenienses: Alexandro ita, vt bona pace eum abire, non denuò redire eiusce modi cum mandatis iubeant: Lacedæmonijs, vt pollicentur, se nequaquam Persis cessuros aut communis libertatis defensionem neglecturos esse. Alexander hac prima in Oratione Persarum in partes pertrahere Athenienses conatur his argumentis. Quod 1. Persarum rex Atheniensibus vltrò suam offerat gratiam & clementiam, quæ minimè contemnenda atque negligenda: id quod ostenditur expositione mandati regij ad Mardonium & enumeratione eorum, quæ Atheniensibus rex pollicebatur, & singularem eiusdem clementiam declarabãt: cuiusmodi sunt, delictorum remissio, obliuio illatarum iniuriarum, regionis iam occupatæ restitutio, additio nouæ, & quidem illius, quam Athenienses sibi delegerint, αὐτονομία ac concessio libertatis antiquæ & priuilegiorum, restauratio templorum, quæ, bello durante, incen-

sa fue-

sa fuerant. 2. Persæ à potentia atque viribus præclarè instructi, ideoque non contemnendi: quod magnitudine copiarum & rebus gestis probatur. 3. Regis Persarum ac Mardonij offensio & contemptio damnum dare insigne Atheniensibus possit: quod indicatur conditione primum regis, deinde Atheniensium, quos periculis esse expositos docet, cum in via maximè habitent, semper cladem maximam accipiant, incolant regionem inter diuersas acies ac hostiles exercitus positam. Hæc probantia argumenta sunt. Ad conciliantia quod attinet: fuit Alexandri legatio difficilis & periculosa, propter personarum, temporis, loci conditionem. Itaque cautè admodum ac prudenter eadem Alexander fungitur & quidem gradatim, initio facto à mandato regis, post ad Mardonij voluntatem progreditur: ab hac tandem ad suam petitionem & adhortationem descendit eundemque ad modum blandè instituit: beneuolentiæ primum & amoris sui commendatione, deinde vocabulis amicis & lenibus: oro vos: solicitus sum de vobis: video vos resistere regi Persarum non posse. πάθη animorum motus sunt: Metus & Amor: quorum ille excitatur descriptione potentiæ regis, & extenuatione virium Atheniensium: hic mouetur laude Persarum, & promissorum variorum. Collocatio ac tractatio horum absoluitur tribus partibus. 1. Exordio facto προσφωνήσει, compellatione breui, & aditu ad ipsam adhortationem. 2. Confirmatione in qua aliquot argumentis apud Athenienses Alexander agit: vt cum Persis fœdus ac societatem ineant. 3. Conclusione quæ προτροπῇ adhortatione, & ἀνακαινώσει renouatione argumenti præcipui absoluitur. Loci hic erunt obseruandi: de bello inferendo, regum & principum potentia, fœdere ac societate.

VIRI Athenienses, Mardonius hæc inquit. Nuntius mihi ab rege venit in hæc verba. Athenienſibus iniurias, quas mihi intulerunt, omnes remitto Nunc autem Mardoni ita facito: ſuam eis regionem reddito: præterea aliam pro ſuo arbitratu eligant, ſuaque libertate potiantur. Quin etiã eorum templa, ſi mecum fœdus inire volent, omnia quæ ego incendi, reſtituito. Hic nuntius quum mihi allatus ſit neceſſe habeo iſta exequi, niſi per vos ſteterit. Ego verò hæc vobis duco dicenda. Quid inſanitis, bellum regi inferẽtes, cui nec vnquam præſtare, nec ſemper obſtare poteritis? Noſtis enim Xerxis, & copias, & facta: auditis quoque nunc de exercitu qui mecum eſt: quem ſi ſuperaueritis atque viceritis, nulla vobis (ſi ſapitis) ſpes erit, cum alius multo maior exercitus ſit adfuturus. Nolite igitur, æquiparando vos regi, priuari ſolo veſtro, & pro vobis ipſis aſſiduè diſcurrere: imò potius his moleſtiis vos explicate: cum adſit vobis pulcherrima explicandi facultas: quod ab rege prouocati vt ſocie- I. II.

tectis eiusdem insidijs. Collocatio & tractatio horum constat. 1. Exordio, quod legationis institutæ causas continet. 2. Propositione, quæ futura confirmationis κεφάλαια complectitur. 3. Confirmatione argumẽtis modi indicatis facta. 4. Conclusione προτρεπτικῇ hortatoria: ne fidem Persis Athenienses habeant. Loci & sententiæ insigniores sunt hæc in oratione maximè de cura atq; diligentia adhibenda in amicorum & sociorum delectu. Vsus cum hortari amicos ac socios nostros volumus, ne cũ nouis veteres commutent, aut à societate atque fœdere temerè recedant.

NOs verò misêre Lacedæmonij oratum vos: ne quid I.
noui in Græciam agatis, neque verba, quæ adferuntur
à barbaro, admittatis: quod id neque iustum sit vllo modo, II.
neque decorum cum aliis Græcis, non præcipuè vobis: Idq; III.
multis de causis. Vos enim hoc bellum excitastis, etiam nobis inuitis: & propter imperium vestrum est decertatum. Quod certamẽ nunc in vniuersam Græciam emanauit: cuius totius vos præcipui autores fuistis, & Græcis causa seruitutis, res nullo pacto toleranda. Cum præsertim constet: Athenienses semper, & iam inde à priscis temporibus vindicasse per multos homines in libertatem. Et tristem quidem conditionem vestram dolemus, quod iam bis prouentu frugum fraudati estis: & iam domibus, quæ dirutæ sunt caretis. Quo nomine Lacedæmonij vobis ac cæteri socij spondent, se vxores vestras & omnia ad bellum inutilia proximè
domesticos suos, quò ad bellum hoc steterit, alituros. Neq; IV.
verò vos Alexander Macedo seducat, commendans Mardonij orationem. Facit enim, quod sibi faciendum est: quippe qui tyrannus tyranno operam præstat. Sed non idem vestra facere interest, si rectè sapitis: qui scitis nihil barbaris esse, neque fidum, neque verum.

ORATIO III. ATHENIENSIVM AD LEGATVM Persarum.

RESOLVTIO.

REsponsoria ἀποκριτικὴ hæc est Oratio. Respondent enim Alexandro legato Persarum Athenienses: & quidem primò masculè atque fortiter non se cum Xerxe societatem contracturos affirmant, etsi agnoscant se viribus pares Persis esse non posse. Deinde ipsum Alexandrum, memores vicinitatis & iuris legatorum familiariter hortantur: ne eiusmodi cum oratione Athenas reuertatur, neque suadere conetur ea, quæ cum dedecore atque turpitudine coniuncta

ORATIO IV. ATHENIENSIVM AD SPARTANOR. Legatos.

RESOLVTIO.

QVemadmodum superior proxima Oratio exemplum suppeditauit egregium denegatæ adhortationis ac petitionis: ita quarta & suprema hac contrarium, approbationis scilicet & pollicitationis complectitur. Promittunt enim in hac Athenienses, se in communi libertate defendenda constantes mansuros, nec fœdus ac societatem contracturos cum Persis: instituti quoque huius sui rationes afferunt. Deinde pro liberalitate sua oblatisque rebus necessariȷs gratias agũt legatis. Tum de quibusdam eos monent, quæ ad bellum contra Persas gerendum esse necessaria videbantur. Propositio ergo est Atheniensium hac in oratione. Constantes in libertatis defensione manebimus: neque vllam cum Xerxe amicitiam ac societatem contrahemus. Rationes sunt: quia 1. Imperiȷ & scelerati Persæ: deorum templa spoliarunt & accenderunt, eorundem deiecerunt imagines: vt puniendi potius quàm in fœdus atque societatem admittendi videantur. 2. Grę-ci multis magnisque nominibus Atheniensibus coniuncti, ideoque nequaquã deserendi. Coniunctionis verò & necessitudinis causę recẽsentur: sanguinis communio, linguæ ac sermonis similitudo, templa & sacra communia, morum conuenientia: quæ maximè amore ac beneuolentia hominũ conglutinare animos solent. 3. Iidem Græci bene habentes de Atheniensibus meriti, & mereantur adhuc quotidie: cupiant consulere horum egestati: suppeditare vxoribus ac liberis habitationes commodas, victum aliaque necessaria. Ad conciliantia argumenta quod attinet, mores suos amabiles Athenienses declarãt: cum primum suspiciones de sua defectione concretas per humaniter excusant, & esse humanum quid & ex affectibus potius, quam ratione profectum & iudicio ostendunt. Deinde fortiter defensuros sese communem Græciæ libertatem pollicentur, posthabitis promissionibus aut etiam muneribus amplissimis. Tum grati animi beneuolentiam declarant. Postremò in petendo modestiam testatã suam faciunt. πάθη motus sunt duo: spes & huic contrarius metus. Spes excitatur cum constantiam pollicentur Athenienses in Græciæ libertate defendenda: incutitur Metus, denunciatione eorum, quæ futura nisi maturè copię coniungantur, antequam in Bęotiam eant, quam in Atticã Mardonius veniat. Collocatio & tractatio absoluitur quatuor partib⁹. 1. Exordio admodũ φιλικῷ amabili ac modesta facta excusatione suspicionis conceptę de Atheniensiũ defectione. 2 καταστάσει, propositione, quę futurę cõfirmationis κεφάλαια cõplectitur. 3. Cõfirmatione: quæ argumẽta cõtinet probantia, Grę̨cos nõ deserẽdos esse.

4. Con-

periores Corcyræi extiterunt · Corinthiorum · · · s perierunt quindecim : militum pleriq; aut occisi, aut capti. Verum, cum grauiter cladem illam ferrent Corinthij, denuò quoq; classem instruerent, vndequaq; colligerent copias, Corcyręi metuentes sibi, quod neq; Atheniēsium, neq; Laced. hactenus sese societati adiunxissent : ab Atheniensibus tandem eam petere constituerunt : idem Corinthij quoq; fecerūt. Itaq; conuocata concione contrariis inter se orationibus egerunt, & quidem priori loco Corcyræi; qui recipiendos sese esse in societatē probare his sunt rationibus conati: quòd 1. Corcyręorum cum Atheniensibus coniunctio augere horum & potentiam, & gloriam possit, propter classem in mari instructam. 2. Ad necessitatem futuram & bella cum hostibus gerenda commoda. 3. Corinthij communes sint hostes ac damnum dare magnum possint. 4. Ob loci situm & commoditatem contra hostes prodesse plurimùm valeant Corcyræi. 5. Non alios iniuria affecerint, sed hanc sint passi ab aliis. 6. Sint viri boni & acceptorum beneficiorum memores futuri. Hæc probantia: Refutantia tria: quòd Corcyræi Corinthiorum coloni, ideoq; ab Atheniensibus in patrocinium non recipiendi: quòd Athenienses fœdus fecerint cum Lacedæmoniis, ac propterea in societatem & fœdus Corcyręi non admittere debeant: quòd diffidentiæ istud dare suspicionem queant. Ad quæ respondetur & quidem primum: quod coloni tam diu honorem Metropoli debeant: quàm diu ab hac beneficiis non iniuriis afficiuntur. Ad secundum, quod minimè sequatur, propter fœdus Lacedęmoniorum, vel se, vel alios in societatem recipiendos non esse, idq; ex conditionibus fœderis probatur. Ad tertium, comparatione facta vtilius esse, suspectos homines de diffidentia & metu reddi, quàm nimis confidentes ac credulos haberi. Ad ἦθος & conciliationem faciunt animorum; cum Corcyræorum legati suos agnoscunt errores, repræhendunt superiora consilia : ad veniæ deprecationem confugiunt. Deinde non temerè, sed extrema adductos necessitate & metu seruitutis aliorum sese implorare opem atq; auxilium indicant. Tum causę ostēdunt bonitatem : affirmant iure, quàm armis agere sese maluisse. Postremò grati animi significationem & memoriam perpetuam vicissim pollicentur Atheniensibus. πάθη ac motus animorum tres hic dominantur, qui in petitionibus obseruandi. Spes & confidentia excitata indicatione potentiæ Corcyræorum in mari, & occasione augendę potentiæ sine vel metu periculi, vel sumptibus. Metus qui excitatur cum ostenditur quid tam Lacedæmonij, quam Corinthij moliantur. Aemulatio, mota quando laudabilius esse docetur : Athenienses anteuertere Corinthios & alios, quàm ab his anteuerti, & terrorē iniicere, quàm terreri. Collocatio & tractatio horum absoluitur 1. Exordio beneuolentiæ accommodato, quæ captatur pollicitatione animi grati : expositione causarum institutæ legationis : excusatione tarditatis in petendo auxilio : veniæ deprecatione. 2. Propositione, quę Confirmationis

futuræ

futuræ κεφάλαια, vtile scilicet & honestum continet. 3. Confirmatione in qua probatur vtile simul & honestum esse Athenienses Corcyræis adesse: refelluntur quę obiici poterant. 4. Conclusione facta repetitione argumentorum. Loci hic obseruandi communes de impetranda societate: de veniæ deprecatione: de modo tractandi hostes: de subditorum erga Magistratus & huius in illos officio: Vsus, cum petere societatem & confœderationem, si non aliam, saltem Epimachicam volumus.

I. FACILIVS est petere defensionem ab illis, qui antea be-
„ neficium acceperũt, aut cum quibus est vetus societas.
„ Sed hæc vbi desunt, ostendendum est, societatem fore vtilẽ
„ iis, à quibus defensio petitur, aut certè non damnosam. Deinde defensos etiam firmam gratiam habituros esse. Hæc si quis non demonstret, non grauiter ferat, si nihil impetrat. Sic igitur miserunt nos Corcyræi ad petendam societatem, vt considerent hæc quoq; se vobis declaraturos esse. Quod autem hactenus nulla nobis societas fuit cum aliis, hũc nostrum errorem vobis nunc prodesse, & nobis nocere animaduertimus. Nam sine sociis bellum à Corinthiis illatum sustinere non possumus. Iamq; accidit, vt, quod antea videbatur esse prudentiæ, nolle implicare periculis alieno arbitrio, id stultè cogitatum fuisse, & attulisse infirmitatem appareat. Etsi autem soli Corinthios prælio nauali repressim⁹, tamen, cum nunc maiori apparatu bellum gerant, accersitis auxiliis, & nos soli eis pares esse non possimus, & seruitus periculosa sit, nos quoq; socios quærimus. Venia autem nobis danda est, quod nunc demum auxilia quærimus, quia
II. antea non prauitate, sed errore fœdera neglexinus. Vobis
III. autem hoc fœdus honestũ erit multis modis. Primum quia defendetis iniuria affectos, non facientes iniuriam. Deinde quia nos perpetuò memores erimus huius beneficij. Et, cũ classem habeamus maximã post vestram, considerate, quàm sit vtilis coniunctio. Magna fœlicitas erit, & hostibus ingrata, si potentia vobis vltrò accedet, sine vestro periculo & sumptu: quam vos magnæ pecuniæ & gratiæ loco æstimatis: & hæc accessio vobis gloriam & vires auget, apud nos verò, quibus opem fertis, gratiam, quæ omnia simul paucis contigerunt, paucíq; fuerunt, qui societatem petentes, non minus darent præsidij & ornamenti, quàm accipiebant. Si quis autem existimat bellum, in quo vobis vsui esse poterimus, non impedire; is errat, nec videt Lacedæmonios metu vestræ potentiæ res nouas moliri: & Corinthios per sese validos & vobis inimicos hoc agere; cum nos inuadunt: vt

nos

nos anteuertant, ne coniungamur, néve alterutra spe frustrentur, aut nocendi nobis, aut sese corroborandi. Vestrum igitur erit anteuertere, & facere societatem nobis petentibus, & illis potius terrori esse, quàm postea auxilia quærere illato terrore. Si autem dicunt iniustum esse recipere alienas colonias, hoc considerent, coloniam ita Metropoli honorem debere, si non afficiatur iniuria: sed iniuriis alienatur. Deducuntur enim coloni, non vt opprimātur seruitute, sed vt pares sint prioribus ciuibus. Quod autem nos iniuria affecerunt, manifestum est. Quare, cum ad iudicium prouocaremus, illi armis certare voluerunt. Qua ex re coniecturam facite, cum tales fuerint erga nos cognatos, ne decipi vos sinatis, cum hortabuntur ne nobis opitulemini. Tutissimus est enim, qui minimum gratificatur hostibus. Nec violabitis fœdus, quod cum Lacedæmoniis factum est, si nos recipietis, qui neutrorum socij sumus. Expreßè enim in fœdere dictum est, si qua Græcarum ciuitatum nondum sit socia, licere ei ad vtroslibet accedere. Et indignum esset, si illis licet ex socialibus ciuitatibus, & ex reliqua Græcia, & ex vestris subditis naues armare, vobis oblatam societatem, & alias vtilitates interdicere: & vobis, tanquam crimen obiicere, si nobis adsentiemini. At contra iustius esset vos à nobis accusari. Non enim reprimetis inimicos vestros: sed sinetis eos crescere ex vestra regione, quod iniustum est. Rectius est autem prohibere, ne apud nos conducant milites, ac potius nobis mittere facta palam societate. Vtilitates verò multę sunt in hac re, sicut initio monuimus: quarum præcipua est: cum communes inimici sint nobis & vobis, & validi ad noscendum resistentibus: cumq; vobis afferatur socia classis, non potentia mediterranea; non similis causa est negligendi tales socios. Nam, si fieri posset, vobis perficiendum erat, ne ciuitas vlla alia classem haberet. Sed, cum hoc fieri non possit, proximum est, vt vobis adiungatis socios, qui maximè classe valent. Si quis autem existimat, hæc de vtilitate rectè dici, metuit ne fœdera dissoluantur, is hoc consideret, quòd diffidere fœderi magis terrebit inimicos. Contra verò sine metu esse & confidere fœderibus, nec recipere alios socios, infirmitas est contra potentiores, & inimicos metu liberat. Neq; verò solùm de Corcyra. Sed de ipsis etiam Athenis iam deliberatio est. Errat enim, si quis non cogitans de bello non futuro, sed moto iam, dubitat recipere socios, qui, & prodesse adiuncti plurimum possunt, & coniuncti cum hostibus nocere. Sita enim est Corcyra oportunè ad traiectum in Italiam & Siciliam,

Siciliam, vt transuectionem exercituum inde in Peloponne-
sum, aut eo ex Peloponneso impedire possit, & ad alias vtili-
IV. tates oportuna. Denique ex hac breui summa cognoscere
potestis, nos non deserendos esse. Classes in Græcia tres
sunt magnifaciendæ, vestra, nostra, & Corinthia. Iam si duas
coniungi sinetis, & Corinthij potientur nostra classe, diffici-
lius nobis certamen cum duobus erit: si verò nos receperi-
tis in societatem, vestra contra illos potentia maior erit.

ORATIO II. CORINTHIORVM LEGATORVM, SVPERIORI contraria.

Ex eodem Thucydidis lib. I.

RESOLVTIO.

RESponsoria & ἀνασκευαστική, refutatoria hæc est Oratio apud Athenienses à Corinthiis habita: in qua ad Corcyręorum respõdetur argumenta: istud ostenditur: non horum, sed illorum societatem, honestam, ęquam, vtilem, fructuosam esse. Et quidem de intermissæ societatis causis quod fuit allatum inficiatione refellitur: docetur hoc factum esse non verecundia & modestia aliqua: sed quod noluerint Corcyręi admoneri ab aliis, aut malefactorũ suorum multos testes atq; inspectores habere: idq; argumento à situ vrbis Corcyręensis sumpto probatur. Alterum de coloniarum conditione ac iure inuersione refutatur & negatione iniquos vnquam in Corcyręos Corinthios extitisse: & si extitissent, non tamen iccirco deficere statim illos armaq; sumere, sed, vt decet colonos, iracundię suę cedere. Tertium de causę cognitione ac disceptatione facta in iudicio reiicitur temporis distinctione: Corcyręos se quidem obtulisse ad causę cognitionẽ, verùm serò nimis, cum iam ante vi & armis rem egissent: post intellexissent: his obtinere nihil sese posse. Quartum de fœderibus, non scilicet ea violari, etsi in societatem Corcyręi admittantur improbatur commoda interpretatione verborum & conditionibus fœderis. Quintum de vtilitate societatis ac potentia Corcyręorum infringitur collatione vtilitatis & honestatis: ita vt planum fiat, huius maiorem, quã illius habendam rationem esse. Sextum de periculo, & bello, quod etiam Atheniensibus à Corcyręis metuendum, tollitur indicata incertitudine futuri belli: propter quam, vt etiam metum incertum, vel etiam suspiciones inanes arma non sumenda. His hunc in modum refutatis, suam Corinthij petitionem tribus probant argumẽtis: quod 1. Corinthij bene de Atheniensibus meriti, ideoq; his gratia referenda. 2. Fœdere Atheniensibus iuncti, ideòq; minimè lędendi. 3. Receptio ac defensio Corcyręorum vel exemplo aliquãdo obesse Atheniensibus

queat:

queat: eò quòd si defectores Corcyræi patrocinium inuenerint apud Athenienses, etiam qui ab Atheniensibus deficient, patronos sint alibi inuenturi: possit præterea Magistratus quilibet iure subditos suos punire: neq; res ea ad alios pertineat. Conciliationi verò beneuolentiæ illa inseruiunt: cum legati ostendunt, non temerè sese, sed necessariò aduersariorum accusationi respondere. Deinde modestè hoc ipsum & sine vlla amarulentiæ suspicione faciunt. Tum Athenienses à iustitiæ amore atq; studio commendant. Motus hic tres sunt. Odium quod excitatur in Corcyreos, cum horum consilia deteguntur: improba exponuntur facta. Metus, qui incutitur, cum ostenditur Atheniensibus ac cæteris magna metuenda pericula esse, si Corcyræis sese coniungant. Pudor, qui inflammatur: quando turpe esse docetur, in causa mala alijs adesse: arma & auxilia suppeditare contra legitimos Magistratus. Collocatio porro horum constat. 1. Exordio beneuolentiæ accommodato: quam sibi conciliant Corinthiorum legati causarum expositione, quibus adducti Corcyræis respondeant. 2. Refutatione, in qua aduersariorum argumentis illi respondent. 3. Confirmatione, quæ argumenta complectitur probantia, Corinthiorũ negligendam neutiquã societatem esse. 4. Conclusione, quæ breui præcipuorum argumentorum repetitione absoluitur. Loci hic communes sunt: de bellis causis: coloniarum iure: gratia referenda: honesto anteponendo ei, quod vtile esse videtur: superbia illorum, qui non sunt peregrinati. Vsus, cum nobis aut nostris societatem impetrare: aliorum impedire eadem in re, petitiones volumus.

CVm Corcyræi non hoc vnum egerint, vt à vobis reci- I.
perentur, sed nos etiam accusauerint, & questi sint, nos
iniustè bellum mouisse, & se iniuria affici: necesse est, nos de
hac accusatione primùm dicere, & deinde ad reliquam ora-
tionem accedere, vt & nostram petitionem rectius cogno-
scatis, & commoda, quæ illi ostendunt, non sine ratione re-
pudietis. Aiunt, modestiæ causa, se nullam societatem cum II.
aliis fecisse. Id verò seruarunt, vt impunè grassari possent, nõ
amore iustitiæ, cum nollent alios malefactorum testes ha-
bere, nec pudore affici, si vocatis sociis res cognoscerentur.
Ac vrbis situs addit eis animum, vt magis velint ipsi esse iu-
dices, quàm aliorum iudicia subire: quia ipsi non sæpè ad
alios nauigant, multos verò necessariò prænauigantes
excipiunt. Quod igitur speciosè dicunt, se à fœderibus alie-
nos fuisse, nõ eò factum est, ne alienæ iniustitiæ socij essent,
sed vt ipsi impunè peccarent, & vi ac fraude prædas aufer-
rent, & adepti nullos iudices metuerent. Nam, si esset boni
viri, vt prædicant, quò minus culpabiles essent, eò minus ab-
horruissent à fœderibus, vt iustitia ipsorum magis conspici

à cæteris posset. Sed neq; erga nos, neque erga alios tales sunt: cum coloni nostri sint, & antea defecerunt à nobis,& bellum nunc nobiscum gerunt, cum quidem dicant se non deductos esse, vt iniurias à nobis accipiant. Quibus viciſſim respondemus: nos non deduxiſſe colonos, vt superbè ab eis contumeliis afficiamur, sed vt simus Præsides, atq; ea, quæ decent, nobis officia præstentur. Ac cæteræ quidem coloniæ nos honore afficiunt,& beneuolentia ac fides earū erga nos egregia est. Iam, cum aliæ plures nos diligant, manifestum est, hanc, quæ sola nobis contumax est, iniustè nobis aduersari: nec arma gereremus aduersus eos, si non insigni iniuria affecti essemus. Nam & ipsos deceret, etiamsi quid peccaſſemus, iracundiæ nostræ cedere; & nobis turpe esset vim afferre ipsis, si essent modestiores; sed elati superbia & freti diuitiis, cùm alia multa contra nos fecerunt, tùm verò Epidamnū, quæ nostra est, cū ab aliis vexaretur, ipsi non vindicarunt: sed postea, cū nos veniremus ad sedandos motus ibi ortos, ipsi eam vi occuparunt. Iam dicunt voluiſſe se antea iudicio disceptare: quòd ita seruandū est, non vt antea re occupata alter executor prouocet ad iudicium, sed ex æquo res, vt verba in medium vocentur ante dimicationem. Isti verò non ante oppugnationem oppidi, sed postea, cum viderent nos hanc iniuriam nō neglecturos esse, tunc demum iuris speciē ostenderunt. Iamq; huc veniunt, cum domi scelerate fecerint, postulantes, non auxilium, sed societatē sceleris, & petētes se recipi, postquam nobis bellum intulerūt: cum, re integra, fuerit petenda societas, non postquam nos iniuria affecti sumus,& ipsi sunt in periculo: neq; tunc, quādo illos auxilio iuuabitis, nullo prius ab ipsis affecti beneficio. Et, cum antea à scelere eorum abfueritis, nunc in vos
,, transferre culpæ partē conantur. Decet autem eos qui prius
,, suas vires cum alijs coniunxerunt, postea communes euen-
,, tus expectare, nō cum à facto abfuerint, postea criminis so-
,, cietatem sustinere. Hactenus ostendimus, nos acceſſiſſe iustam causam afferentes, istos verò iniusta violentia vti: nunc cognoscite, cur vos nō sitis eos iustè recepturi. Quod enim in fœdere scriptū est, poſſe non adscriptas ciuitates accedere ad vtros velint, id nō ita intelligitur, licere ad aliorū confœderatorū pernitiem quærere societatem aliorū: sed si qua indiget defensione, quæ nō defecit à prioribus socijs,& quę recipientibus, nō affert bellum pro pace: id quod vobis accidet, si nos non audietis: quia non solū estis socij sed nobis etiā ꝓ fœderatis hostes eritis. Neceſſe est enim, si arma feretis inter istos, vos reprimi cum eis. Iustum autē esset vos ab

vtraq;

vtraq; parte abesse,aut, si fieri non posset,nobiscū arma fer-
rē contra istos. Quia cum Corinthiis vobis manifestum fœ- III
dus est: at cum illis, ne induciæ quidem vnquam vobis fue-
runt. Nec sitis noui exempli authores, vt recipiantur,qui ab
aliis defecerunt.Nam nec nos recepimus Samios,cum a vo-
bis defecissent, & palam contradiximus,cum diuersæ essent
sententiæ Peloponnesiorum,an ipsis opitulandū esset.Cen-
suimus vnumquemlibet iure posse punire eos, qui ab ipso
defecissent.Nam si receperitis iniustè deficientes,legem ad-
uersus vos ipsos feretis. Non pauciores enim à vobis ad nos
accedent. Ac de iure satis iam dictum est. Nunc petitionem
addemus; in qua vos de referenda gratia admonebimus.
Hanc petimus non vt hostes contra vos, neq; vt amici, vt ve-
stris auxiliis non debitis iuuemur: sed vt debitum beneficiū
nobis reddatis. Nam cum aduersus Aeginetas ante bellum
Medorum deessent vobis longæ naues, a Corinthiis viginti
accepistis.Hoc beneficium & alterum de Samo,cum impe-
diuimus ne Peloponnesij eos defenderent, ita profuerunt
vobis, vt & vinceretis Aeginetas, & Samios vestro arbitrio
coherceretis. Hæc fecimus tali vestro tempore, quo homi-
nes tantùm victoriam curant, cætera negligunt: & amicum
ducunt, qui iuuat, etiamsi antea fuit hostis, & inimicū, quis-
quis aduersatur,etiamsi antea fuit amicus,& pertinacia præ-
senti incitati etiam domestica commoda negligunt. Hæc co-
gitare nos decet & iuniores à senioribus audiant, vt istā no-
bis gratiam referatis. Nec ita cogitate,nos quidem iusta di-
cere:sed tempore belli alia esse vtilia. Nam vtilitas præcipua
est non iniustè facere. Et quanquā belli metu hortantur vos
Corcyræi,vt iniustè faciatis, tamen fieri potest, vt id bellum
non moueatur. Nec verò dignum est vobis manifestas ini-
micitias cōtra nos suscipere incerto metu concitatos. Nam,
quod suspicio est,nos propter Megarenses vobis irasci, hæc
potius extenuanda est. Nam postremum beneficium opor-
tunè collatum, etiamsi minus, tamen abolere priorē offen-
sionem potest.Nec moueamini his promissis,quod ipsorum
societas magnam accessionem in re nautica ad vires vestras
factura sit. Firmior est enim potentia,non iniuria afficere æ-
quales, quàm præsenti commodo motos attrahere pericu-
la,etiamsi vires augeantur. Non igitur iam in aduersa fortu-
na tantum hoc petimus, sicut vobis apud Lacedæmonios
suffragati sumus, vt liceat vnicuilibet sibi adiunctos per se
punire. Idem nobis iam concedi petimus,cumq; nostro suf- IV
fragio adiuti sitis, nunc vestro nos non lædatis, sed reddite
parem gratiam, memores hoc illud tempus esse, quo gratī-

ficans ducitur amicus & aduerſans ducitur hoſtis: & nobis inuitis non faciatis ſocietatem cum Corcyræis: neq; opem feratis iniuſtè agentibus. Hoc & honeſtum eſt, & vobis ſalutare erit.

ADHORTATIO AD AVXILIVM AMICIS OBSESſis ferendum.

Ex Liuij Libro V.

ORATIO CAMILLI AD Ardeates.

Resolvtio.

CVm Galli Romanum exercitum viciſſent, vrbem ingreſſi nobiliſſimos quoſq; ſenum interemiſſent: obſediſſent cum Manlio iuuenes in Capitolio, Camillus oblitus iniuriarum, quibus ab ingrata affectus patria fuerat, ferre opem obſeſſis conſtituit: eaq; de cauſa conuocata Ardea (quò ille damnatus à Trib. pl. conceſſerat) concione orationem hanc habuit: qua hortatur ciues, vt primo quoq; tempore auxilium Romanis ferant. Cum 1. Ducem illi ſeſe habeant ad pugnandum promptum & rei militaris peritum. 2. Romani ſint de Ardeatibus bene meriti. 3. Ex hoc contra Gallos bello laus poſſit ac decus ſingulare parari. 4. Hoſtes, quibus cum agendum, parum cauti ac fortes: habeant corpora magna magis, quàm firma: in certamen plus terroris, quàm virium ferant, obſidionis tædio facilè abſcedant: ſine ordine per agros palentur: cibo vinoq; repleti ſtationes ac vigilias negligant, ferarum ritu paſſim ſternantur: ſecundis deniq; rebus elati & incauti fiant. Conciliantibus argumentis maximè opus Camillus habebat, quia exul, ideoq; contra decorum videbatur concionem conuocare, eandem ad arma ſumenda gerendumq; bellum adhortari: idcirco cautè admodum hic agit: beneuolentiam ſibi conciliat primum προσφωνήσει, compellatione honorifica, cum amicos veteres, nouos ciues Ardeates appellat. Deinde excuſat, quòd exul verba faciat: cum aliàs, de Poëtæ ſententia, non exiguum iſtud exilij malum, loqui liberè non audere. Tertiò Ardeæ Reipub. in ſe promerita celebrat: poſtremò offenſionem vitat: cum populi Romani in Ardeates beneficia non recenſet: gratos ac benememores hos eſſe indicat. Metus καταφρόνησις, contemptio eſt, quæ oritur, cum Camillus Gallorum pugnandi morem, incuriam etiam ac negligentiam in vigilijs deſcribit. Metus præterea, qui excitatur, cum oſtenditur fore: vt, niſi auxilium Romanis feratur, totam Italiam Galli occupent, etiam Ardeæ mœnia inuadant. Tandem ſpes ac confidentia, quæ mouetur promiſſione victoriæ, & quidem ſine vllo periculo. Collocatio ac tractatio horum abſoluuntur:

tur: primùm Exordio ad beneuolentiam conciliandam accommodato. Deinde Confirmatione, quæ argumenta προτρεπτικὰ ad argumenta sumenda complectitur: postremò conclusione adhortatione & pollicitatione victoriæ constante. Loci hic obseruandi: de gratitudine erga bene meritos, tempore periculoso declaranda: fortuna secunda, quæ incautos plerunque homines in bello reddere solet: hostibus cōtemnendis, qui poculis et voluptatibus indulgent: vigilias & stationes negligunt: ordines minimè obseruant. Vsus erit, quando de auxilio obsessis, bene aliquando meritis ferendo, agendum est.

ARDEATES, veteres amici, noui etiam ciues mei: quan- I.
do & vestrum beneficium ita tulit, & fortuna hoc egit mea, nemo vestrûm conditionis meæ oblitum me huc processisse putet: sed res, ac periculum commune cogit, quod quisque possit in re trepida præsidij, in medium conferre. Et quando ego vobis pro tantis vestris in me meritis gratiam referam, si nunc cessauero? aut, vbi vsus erit mei vobis, si in bello non fuerit: hac arte in patria steti, & inuictus bello, in pace ab ingratis ciuibus pulsus sum. Vo- II.
bis autem Ardeates fortuna oblata est, & pro tantis pristinis populi Romani beneficiis, quanta ipsi meministis (nec enim exprobranda, apud memores sunt) gratiæ referendæ: & huic vrbi decus ingens, belli ex hoste communi pariendi. Quæ effuso agmine aduentat, gens est, cui natura corpora animosque magna magis, quam firma dederit: eò in certamen omne plus terroris, quàm virium ferunt. Argumento sit clades Romana. Patentem cœpere vrbem: ex arce Capitolioque his exigua resistitur manu. Iam obsidionis tædio victi abscedunt, vagique per agros palantur: cibo vinoque raptim hausto repleti, vbi nox appetit, propè riuos aquarum sine munimento, sine stationibus ac custodijs, passim, ferarum ritu sternuntur: nunc ab secundis rebus magis etiam solito incauti. Si vo- II.
bis in animo est tueri mœnia vestra, nec pati hæc omnia Galliam fieri, prima vigilia capite arma frequentes: me sequimini ad cædem, non ad pugnam. Nisi victos somno, velut pecudes trucidandos tradidero, non recuso eundem Ardeæ rerum mearum exitum, quem Romæ habui.

PETITIO AVXILII ADVERSVS HOSTES.

Ex Liuij Lib. VII. Ab vrbe condita.

ORATIO LEGATORVM CAMpanorum ad Senatum Romanum.

RESOLVTIO.

BEllum Samnites Campanis intulerunt propter societatem ac fœdus cum Sidicinis initum: horumq; vastarunt agros: colonos & rusticos trucidarunt: reliquos intra vrbis Capuę mœnia compulerunt. Itaque extrema compulsi necessitate Campani legatos Romam miserunt, qui contra Samnites auxilia peterent: quę primò quidem denegata, post tamen concessa fuerunt. Petitioni enim Campanorum obstabant quod 1. Fœdere ac societate cum Romanis Samnites iuncti. 2. Campani homines leues atq; inconstantes. 3. A contēptus ante Romanis necessitate tandem extrema cōpulsi auxilia petat. Verū esse auxilia mittenda cāpanis, horū legati his rationibus probāt: q 1. Recepti in amicitiā Campani potentiā & imperiū Romanorū possint: cum potentes ac diuites sint. 2. Memores acceptorum beneficiorum: omnia Romanorum futura, quicquid habuerint, aut ipsi quoque fuerint Campani. 3. In extrema hi pericula deuenerint, ideoque minimè deserendi: nisi saluus ducatur, in hostium eos manus atq; potestatem redigi. 4. Inciderint hasce in calamitates ac miserias quod à Samnitibus partim ab, partim vicinis ac socijs suis illatas propulsare iniurias voluerint: non temeritate quadam arma sumpserint. 5. Romani semper soliti fuerint in angustias redactis alijs opem & auxilium ferre. Rationes istæ probantes sunt: ferenda scilicet auxilia Campanis esse. Negantes duæ: quod in secundis rebus Campani neglexerint Romanos: Samnites priores amici & socij Romanorum extiterint: quarū illa comparatione refutatur amicitiæ in lætis & aduersis contractæ: hæc diluitur concessione: ita quidem, vt ostendatur Samnitum societatem & amicitiam non posse Campanorum auxilia impedire: quod fœdere cum Samnitibus facto cautum non fuerit, ne qua alia nouaque fœdera cum alijs iungerentur. Ethicā sunt & ad conciliandum valent: quando modestè, non magnificè atque elatè legati de se suaque Repub. loquuntur: dubitatione, non asseueratione vtuntur, cum indicant: Campanorum amicitiam non parum Romanis profuturam esse; deinde prudentes sperare sese bene ostendunt, adiectos tùm virtute, tùm fortuna Romanorum: tùm verecundè excusant neglectam Romanorum temporibus tranquillis ac pacatis amicitiam: hanc pollicitatione animi grati atque memoris compensant: postremò Romanorū consue-

consuetudinem in amicitijs iungendis ac ferendis auxilijs laudant. Motus varij hic dominantur.1. Spes quæ excitatur cum emolumenta illa exponuntur, quæ ex auxilijs Campanorum Romanis expectanda.2. Misericordia, quæ oritur quando Campanorum pericula & angustiæ, præter meritum ortos, commemorantur.3. Ira, quæ inflammatur, cum indicant legati, Samnites delectari & gaudere occasione nocendi alijs: satiari sanguine atque cæde non posse. 4 Clementia, quæ paratur, cum supplices Romanorum opem Campani implorant. Horũ collocatio & tractatio absoluitur: principio, quod partim petitionis propositionem, partim remotionem illorum continet, quæ obstare petitioni posse videbãtur: Confirmatione argumentis ante indicatis constante: Conclusione quæ adhortationem & præcisionem longioris orationis habet. Loci communes sunt de causis veris amicitiæ: ijs quæ in ferendis auxilijs spectanda: rationibus, quibus res bene geruntur, potentia paratur: iniurijs illatis bello & armis propulsandis: conditione fœderum: referendę gratię necessitate. Vsus cum legatione ad principem vel Rempub. aliquam missa, contra hostes petenda auxilia sit.

POPVLVS nos Campanus legatos ad vos, Patres conscripti, misit: amicitiã in perpetuum, auxilium præsens à vobis petitum. Quam si secũdis rebus nostris petiissemus, sicut cœpta celerius, ita in firmiore vinculo contracta esset. Tunc enim, vt qui ex æquo nos venisse in amicitiam meminissemus, amici forsitan pariter ac nunc, subiecti atq; obnoxij vobis minus essemus: nunc misericordia vestra cõciliati, auxilioq; in dubiis rebus defensi, beneficium quoque acceptum colamus oportet, ne ingrati, atq; omni ope diuina humanaq; indigni videamur. Neq; hercule quod Samnites priores amici sociique vobis facti sunt, ad id valere arbitror, ne nos in amicitiã suscipiamur: sed vt vetustate & gradu honoris nos præstent. Neque enim fœdere Samnitium ne qua noua iungeritis fœdera, cautum est. Fuit quidem apud vos semper satis iusta causa amicitiæ, velle eum vobis amicum esse qui vos appeteret. Campani, & si fortuna præsens „ magnificè loqui prohibet, non vrbis amplitudine, non a- „ gri vbertate vlli populo præterquam vobis cedentes, haud parua (vt arbitror) accessio bonis rebus vestris in amicitiam venimus vestram. Aequis Volscisque æternis hostibus huius vrbis, quandocunque se mouerint, ab tergo erimus: & quod vos pro salute nostra priores feceritis, id nos pro imperio vestro & gloria semper faciemus. Subactis iis gentibus, quę inter nos vosq; sunt, quod propediẽ futurũ spondet, & virtus & fortuna vestra, continens imperium vs-

quead nos habebitis. Acerbum & miserum est quod fateri nos fortuna nostra cogit. Eò ventū est Patres conscripti, vt aut amicorum, aut inimicorum Campani simus. Si defenditis, vestri: si deseritis, Samnitium erimus. Capuam ergo & Campaniam omnem, vestris an Samnitium viribus accedere malitis, deliberate. Omnibus quidem, Romani, vestram misericordiam, vestrumq; auxilium æquum est patere: iis tamen maximè, qui eam implorātibus aliis, auxilium dum supra vires suas præstant, omnes ipsi in hanc necessitatem venerunt. Quanquam pugnauimus verbo pro Sidicinis, re pro nobis: cum videremus finitimum populū nefario lattocinio Samnitium peti. & vbi conflagrassent Sidicini, ad nos traiecturū illud incendium esse. Nec enim nunc, quia dolent iniuriam acceptam Samnites, sed quia gaudent oblatam sibi esse causam, oppugnatum nos veniunt. An, si vltionæ hæc, & non occasio cupiditatis explendæ esset, parum fuit quod semel in Sidicino agro, iterum in Campania ipsa, legiones nostras cecidere? Quæ est ista tam infesta ira, quam per duas acies fusus sanguis explere non potuerit? Adde huc populationē agrorum, prædas hominum atq; pecudum actas, incendia villarum, ac ruinas omnia ferro igniq; vastata. Hiscine ira expleri non potuit? Sed cupiditas explenda est: ea ad oppugnādam Capuam rapit. Aut delere vrbē pulcherrimam, aut ipsi possidere volunt. Sed vos potius Romani beneficio vestro occupate eam, quam illos habere per maleficium sinatis. Non loquor apud recusantem iusta bella populum: sed tamen si ostenderitis auxilia vestra, ne bello quidem arbitror vobis opus fore. Vsque ad nos cōtemptus Samnitium peruenit: supra non ascendit. Itaque vmbra vestri auxilij, Romani, tegi possumus: quicquid deinde habuerimus, quicquid ipsi fuerimus, vestrum id omne existimaturi. Vobis arabitur ager Campanus, vobis Capua vrbs frequentabitur: conditorum, parentum, deorum immortalium numero nobis eritis: nulla colonia vestra erit, quæ nos obsequio erga vos, fidemque superet. Annuite patres conscripti, nutum numenque vestrum inuictum Campanis: & iubete sperare incolumem Capuam futuram. Qua frequentia omniū generum multitudinis prosequente creditis nos illinc profectos? quam omnia votorum lahrymarumque plena reliquisse: in qua nūc expectatione Senatum populumque Cāpanum, coniuges liberosque nostros esse: stare omnem multitudinem ad portas, viam hinc ferentem prospectantes, certum habeo, quid illi nos, Patres conscripti, solicitis ac pendentibus animis renūciare iubeatis. A ṭ:rum responsum sadentibus

lutem, victoriam, lucem ac libertatem: alterum ominari horreo, quæ ferat. Proinde vt aut de vestris futuris sociis atque amicis, aut nusquam vllis futuris nobis consulite.

ORATIO. II. SVPERIORI PROXIMAE RE- spondens.



Senatus Romæ Ad Campanos Legatos.

RESOLVTIO.

PEtitioni Campanorum hac in Oratione Senatus Romanus respõdet: & non se quidem indignos iudicare eos ostendit, quibus auxilia ac suppetiæ ferantur: sed neque Samnitibus, amicis & socijs veteribus bellum inferre aut velle aut posse: verùm legatos decreuisse ad eosdem mittere: ne qua deinceps Campanis iniuria aut vis à Samnitibus inferatur. Et huius suæ responsionis rationes tres afferunt: quod 1. Samnites amici ac socij veteres, ideoque propter Campanos amicos nouos non violandi. 2. Samnites fœdere Rom. iuncti: in fœderum verò clausulis hoc apertè poni soleat: vt eosdem amicos & inimicos habeamus. 3. Cum omnibus alijs in rebus, tùm verò armis sumendis belloque suscipiendo temeritas ac festinatio fugienda. Decorè hic obseruata breuitas est, quæ imperijs maximè conuenit: vt supplicantibus contra ac petentibus aliquid paulò longior accommodata est. Collocatio ita absoluitur, vt pars prima auxilij pollicitationem, sed conditione [illegible] factam habeat: altera argumenta complectatur, quibus Senatus ostendit: illicò bellum se inferre Samnitibus non posse: postrema dictorum repetitione absoluatur. Loci communes sunt obseruandi de amicitia noua veter. non anteponẽda: fœderibus seruandis, non violandis: quòd horum DEVS vindex & vltor: temeritate fugienda maximè in bello mouendo. Vsus, cum auxilia petentibus respondendum, ita vt neq; subitò illa promittantur, neq; etiam prorsus denegentur.

AVXILIO vos Campani dignos censet Senatus. Sed ita vobiscum amicitiã institui par est, ne qua vetustior ami- I.
citia ac societas violetur. Samnites nobiscum fœdere iuncti II.
sunt. Itaque arma Deos, prius quam homines violatura,
aduersus Samnites vobis negamus. Legatos, sicut III.
fas iusque est, ad socios atq; amicos
precatum mittemus, ne qua
vobis vis fiat.

ORATIO TERTIA LEGATORVM CAMpanorum.

RESOLVTIO.

Editio vt fit facienda Reipub. alicuius nomine Oratio hæc ostendit. Vbi enim intellexerunt legati Campanorum, illicò sese à Romanis aduersus Samnites auxilia impetrare non posse: dedere se his cœperunt: vt ita ad arma induenda illi mouerentur: cum non alienos amplius, sed suos esse defendendos animaduerterent. Rationes hic duæ latent ad mouendum cumprimis accommodatæ: quod 1. Honesta illa vis indicanda, quæ aduersus vim & iniuriam adhibeatur 2. Illi dedititij non negligendi, qui nostram augere potentiam posse videntur. Collocatio & tractatio ante dictorum repetitione: expositione caussarum impellentium ad deditionem ipsa denique deditione, enumeratione ac distributione facta. Vsus, cum in legatione, nos nostraque dedere principi aut Reipub. alicui volumus.

I. QVANDOQVIDEM, inquit nostra, tueri aduersus vim atque iniuriam iusta vi non vultis: vestra
II. certe defendetis. Itaque populum Campanum vrbemque Capuam, agros, delubra Deûm diuina humanaque omnia in vestram, Patres conscripti, populique Romani ditio-
III. nem dedimus. Quidquid deinde patiemur, dedititij vestri passuri,

PETITIO AVXILII.

Ex Liuij Lib. XXIII. Ab vrbe condita.

ORATIO VARRONIS CONsulis ad Campanos Legatos.

RESOLVTIO.

Quemadmodum Campani per legatos coacti fuerunt aliquando auxilia à Romanis petere: ita fortuna mutata rursus necesse habuerunt Romani ad Campanos confugere, eorumdemque contra Carthaginenses auxilia implorare. Cum enim ad Cannas victi illi essent: ibidem, vt fieri consueuit, cum fortuna etiam fides mutata multorum fuit: ad Hannibalem plurimi defecerunt: cœperunt quoque Campani, natura insolentes ac superbi Romanos contemnere & in periculis constitutos deserere. Fuerunt tamen nonnulli adhuc ex seniori-

bus Siciliæ in præsidijs, qui memores pristinæ Romanorum beneuolentiæ hoc impetrarunt: vt Campani legatos ad Varronem mitterent Consulem, & cum eo de rebus bellicis consilium tractarent. Vbi Varro consul hanc ad Campanorum legatos Orationem habuit, & petiit: vt non solùm Campani iuuare Romanos in bello: verum etiam viribus iam fractos agnoscere ita velint: vt bellum pro his contra Pœnos suscipiant. Argumenta hanc ad rem impetrandam sunt: quòd 1. *Romani de Campanis bene sint meriti: eos defenderint Samnites & Sidicinos hostes vauentes: iisdem fœdus concesserint: dederint leges: communicarint ciuitatem suam: & hæc omnia fecerint, rebus adhuc præclarè sese habentibus.* 2. *Contra Pœnos communes hostes, & hostes barbaros, expertes omnis iuris conditionis & linguæ propè humanæ auxilia ferenda.* 3. *Pulchrum ac honestum, clade aliqua prolapsum imperium retinere, aut recuperare. Ad conciliandum duo plurimum hic valent: cum primum præsentem Romanæ fortunæ statum ingenuè agnoscit ac profitetur Varro: se & vires suas extenuat: non tamen indignos interim Romanos esse ostendit: quibus auxilia ferantur. Deinde ita Romanorum in Campanos beneficia recenset, vt ostentationis, aut etiam exprobrationis omnem suspicionem declinet ac fugiat. Admotus quod attinet, maximè his opus Varro habuit: quia Campani homines elati & superbi extiterunt: despicere ac contemnere cœperunt Romanos propter Cannensem cladem. Excitatur ergo primò Misericordia, cum extrema populi Rom. inopia aduersaq; fortuna describitur: ostenditur nihil huic fortunam reliquisse: periisse legiones, equitatus, arma, signa, viros, pecuniam, commeatus. Secundò odium accenditur in Carthaginenses: cum illorum inhumanitas, crudelitas, barbaries describitur. Tertiò Spes mouetur, quando fore promittit Varro: vt si parem fortunæ fidem habeant Campani, non vicisse Hannibalem sentiant. Postremò pudor oritur, cum turpe atq; ignominiosum dicitur Campanis aliisq; futurum: si dominos, homines impares ac barbaros habeãt: auxiliũ petant ex Affrica aut Carthagine: Italia prouincia Numidarum fiat. Tractatio & collocatio quatuor maximè partibus constat: quarum prior Exordium finem habet beneuolentiam conciliatam cum de rebus Romanorum afflictis Varro agit, eorundem vires extenuat. Altera propositio directam petitionem continet. Tertia argumenta illa complectitur, quæ ad auxilia impetranda à Campanis adhibentur. Postrema Conclusio pollicitatione euentus & successus boni absoluitur. Loci hìc notandi ad impetranda ab amicis auxilia accommodati: de beneficiorum remuneratione & gratitudine: causis honestis armorum sumendorum: misera eorum conditione qui dominis tyrannis ac barbaris viuunt. Vsus erit quoties post damnum acceptum aliorum sunt auxilia imploranda: petendum, ne benemeritos extremas in angustias & difficultates redactos deserere velint.*

MOREM,

I. MOREM, inquit, magis loquendi cum sociis seruastis, Cãpani, iubentes quæ opus essent ad bellum, imperare, quàm conuenienter ad præsentem fortunæ nostræ statum locuti estis. Quid enim nobis ad Cannas relictũ est, vt quasi aliquid habeamus, id quod deest, expleri ab sociis velimus? pedites vobis imperemus, tanquam equites habeamus? pecuniam deesse dicamus, tanquam ea tantum desit? Nihil, ne quod suppleremus quidem, nobis reliquit fortuna: legiones, equitatus, arma, signa, equi viriq;, pecunia, commeatus, aut in acie, aut in ruinis postero die amissis castris periérũt.

II. Itaq; non iuuetis nos in bello oportet Campani, sed cum

III. Pœnis bellum pro nobis suscipiatis. Veniat in mentem, vt trepidos quondam maiores vestros intra mœnia compulsos, nec Samnitem modò hostem, sed etiam Sidicinum pauentes, receptos in fidem apud Satriculam defenderimus, cœptumq; propter vos cum Samnitibus bellum, per centũ propè annos, variante fortuna, euentum, tulerimus. Adiicite ad hæc, quòd fœdus æquum dedimus; quod leges nostras; quòd ad extremum, id quod ante Cannensem certè cladem maximum fuit, ciuitatem nostram magnæ parti vestrum dedimus, communicauimusq; vobiscum. Itaq; communem vos hanc cladem, quæ accepta est, credere Campani oportet, communem patriam tuendam arbitrari esse. Non cum Samnite aut Hetrusco res est, vt quod à nobis ablatum sit, in Italia tamen imperium maneat. Pœnus hostis, ne Africæ quidem indigena, ab vltimis terrarum oris freto Oceani, Herculisq; columnis, expertem omnis iuris & conditionis & linguæ propè humanæ militem trahit. Hunc natura & moribus immitem ferumq;, insuper dux ipse efferauit, pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciẽdis, & (quod proloqui etiam piget) vesci humanis corporibus docendo. Hos infandis pastos epulis, quos contingere etiam nefas sit, videre atq; habere dominos, & ex Africa & à Carthagine iura petere, & Italiam Numidarum ac Maurorum pati prouinciam esse, cui non genito modò in Italia, detestabile sit? Pulchrum erit Campani, prolapsum clade Romanum imperium, vestra fide, vestris viribus retentum ac recuperatum esse. Triginta millia peditum, quatuor equitum arbitror ex Campania vos scripsisse: iam pecuniæ affatim esse, frumentiq;.

IV. Qui, si parem fortunæ vestræ fidem habetis, nec Hannibal se vicisse sentiet, nec Romani se victos esse.

PETI-

PETITIO AVXILII ET SVBSIDII A REGNI PROCERIbus ac Ordinibus contra communem eiusdem hostem.

Ex Polydori Vergilij Anglicarum Historiarum Lib. XII.

ORATIO STEPHANI ANGLIAE Regis ad Principes & proceres.

RESOLVTIO.

Cum inter Stephanum Angliæ regem, & Mathildem Augustã, eiusdemq; sectatores, ob regnum dissidia primùm, post bellum exortum fuisset: Rex Londini celebrem Principum atq; Antistitum conuentum peregit: in eodem pecuniam aliaq; ad bellum cum hostibus gerendum necessaria, petiit: hisce rationibus vsus. Quod 1. Hostes sic fracti ac debilitati: vt facilè sint manus daturi. 2. Bellum susceptum, non priuata authoritate, sed publico consilio ac consensu. 3. Hoc si deseratur, futurum, vt, quo nihil turpius aut calamitosius, fœminæ seruire cogantur. ἠθικὸν est & conciliationi inseruiens: quod pecuniam, arma, militem impetraturus rex ab ordinibus ad bellum gerendum: non imperiosè, minaciter, insolenter agit: sed quod vult blanda oratione, compellatione amica petit. Motus, metus amissionis libertatis, & pudor indicata turpitudine, quæ oritur, cum fœminæ seruire turpe ac calamitosum, libere maximè loco natis esse ostenditur. Collocatio & tractatio habet 1. Exordium constans ἀξιώσει petitione, ne deseratur ab ordinibus, & significatione studij ac diligentiæ in officio præstando. 2. Pars Confirmatio argumenta continet: quibus, quod petit, impetrare rex conatur: 3. Conclusio renouatione repetitionis, sed ἀδινῶτ speciatim seiunctéq; institutæ absoluitur. Loci sunt obseruandi: de æqua pecuniæ auxiliorumq; ad bellum petitione: cum publico consilio ac consensu Reipub. nomine susceptum est & de fœminei imperij molestiis atq; turpitudine. Vsus, quoties, necessitate flagitante, ad bellum contra hostem gerendum, à regni alicuius principibus & ordinibus cæteris petendum, vt pecuniam, militẽ, alia mittant.

CVM, Principes fidelissimi, me hactenus vestræ libertatis defendendæ ducem secuti fueritis, quæso: vt ne in posterum deseratis. Mihi enim nunquam animus defuit: tempora defuerunt: per quæ non licuit officium præstare: quod ne nunc quidem præstare sine vestro auxilio possum. Sed, ne mediocerem rem factam arbitremini: hostes ita debilitati sunt: vt, nolint velint, manus breui sint daturi. Tantum restat, vt vestris opibus velitis pro parte vestra iuuare bellum: quod Reipub. nomine, vestro cum consilio, tùm consensu susce-
I.
II.

susceptum est. Nam á principio abhorruistis à fœminæ imperio. Nunc illud aliqui vestrûm experti, multò magis horrent. Quod, velut graue iugum tandem ab omnium ceruicibus perpetuò depelletur: si collibuerit, me vnum libertatis vindicem studio, consilio, patrocinio deniq; tueri, sequi, amplecti. Quis est enim, qui hoc non intelligat, nisi fortiter pugnauerimus, futurum esse: vt turpiter fœminæ seruiamus: quo homini, præsertim libero, nihil calamitosius
III. accidere potest. Igitur cum gratissimis animis arma sumite: &, ne populus tributo prematur, pro se quisq; depugnet: & quibus pugnare per ætatem aut leges non licet, dent pecuniam, dent vicarios, dent arma ad patriam tutandam.

PETITIO AVXILII.

Ex Pauli Iouij Hist: Lib. III.

ORATIO SYLVESTRIS POGII Patritij Pisani ad Ludouicum Sfortiam & Venetos Legatos.

RESOLVTIO.

Cum Pisani, Italico in bello planè sese desertos esse à Carolo VIII. Galliæ rege viderent, ad Ludouicum Sfortiam & Venetos legatos confugerunt, missoq; ad Nouariam in castra Syluestro Pogio, viro inter patritios spiritu atq; eloquentia maximè insigni, eorum contra Florentinos auxilium implorarunt. Argumenta ad hoc impetrandum adhibita sunt: Quòd 1. per esse iniquum ac indignum videatur Florentinis seruire, qui cum Pisanis neutiquam vel vetustate, vel nobilitate, vel aliis conferendi. 2. Ipsi Florentini Mediceos, licet benè ac moderatè imperantes ferre minimè potuerint. 3. Iniquè atque impudenter opem tulerint, & adhuc ferant Gallis in totius Italiæ perniciem. 4. Veneti semper cultores ac defensores fuerint libertatis. 5. Necessitudine magna, multis nominibus Pisanis sit iunctus L. Sfortia, huius illi clientes. 6. Cum Pisanorum salute & incolumitate, aut etiam pernicie & interitu vniuersa belli fortuna coniuncta. 7. Necessarium ac iustum illud bellum indicandum, quod contra totius Italiæ hostes, oppugnatores publicæ salutis & tranquillitatis suscipitur. 8. Florentini deniq; infesti omni tempore maioribus Sfortiæ fuerint, ideoq; occasio vlciscendi sese minimè negligenda. Conciliationi inseruit laus & commendatio Venetorum in colenda ac defendenda libertate: & indicatione causæ bonitatis. Motus dominantur: Misericordia, quæ excitatur descriptione miserabilis status Pisanorum: Ira accensa notatione institutorum & actorum Florentinorum.

ventinorum in Italiæ totius dedecus & damnum: Metus, qui oritur, cum ostenditur, idem, quod Pisanis, etiam aliis, Italiæ ciuitatibus ac Venetis metuendum periculum esse: nisi maturè auxilia ferantur. Tractatio absoluitur principio, quod causas breuitatis & laudem continet auditorum à libertatis studio ac defensione petitam: inseruientem beneuolentiæ captationi. 2. Narratione, in qua Florentinorum in Pisanos iniuria, & conditio horum miserabilis exponitur. 3. Confirmatione, quæ argumenta habet, quibus contra Florentinos auxilia à Sfortia & Venetis impetrare Pisani conantur. 4. Conclusione, argumentorum præcipuorum repetitione: petitione auxilij: & pollicitatione obsequiorum ac studiorum constante. Locus obseruandus, de iustis bellorum causis, & libertatis amore atq; studio. Vsus erit, cum vicinorum compulsi iniuriis ad aliorum opem & auxilium implorare cogimur.

NISI ad eos, qui se libertatis publicæ vindices, non ipso I. tantum specioso nomine, sed clarissimis etiam factis profitentur, pro tuenda libertate cõfugeremus: nobis profectò ad causam summæ æquitatis explicandam, commouendosq; animos vestros, longiore accuratioreq; oratione opus esset. Nemo enim quæ fortuna Pisani populi fuerit II. per septuaginta amplius annos, quibus Florentinis seruiuit, prorsus ignorat: cum demum, qui paulò antè vbertate agri, maris opportunitate, nauali gloria, ædificiorum pulchritudine, ciuium virtutem, opibus ac institutis, florenti quõdam vrbi Romæ exæquari posse videbamur, ad extremum deserti à sociis, & à sæuissimis hostibus subacti, à tanto rerum fastigio in eas luctuosæ seruitutis miserias cecidissemus. Nobis herclè, non vnius hominis, cuius auaritia, crudelitas atq; libido, aliquando vel Deorum respectu, vel metu hominũ, vel ipsa satietate finiuntur, dominatus erat ferendus: sed ab infinita propè multitudine, qua tyrannorum mores prorsus induerit, perpetua successione, omnis generis iniuriæ & calamitates patiendæ erant: & quod miserias accumulat, cõpresso animi dolore sustinendæ: sic vt nemo Pisanorum, aut priuatim, aut publicè lætitiam, pacem, requiem, vllo vnquã tempore sibi expectandam arbitraretur: cum Florentini vno consensu per manus tradito, malignè conspirantes, antiquitati & decori vrbis, ciuium fortunis, alienæq; demum industriæ plurimum inuiderent: nosq; paulatim omni honore ac omnibus pristinæ felicitatis instrumentis spoliarẽt: maritima negotiatione ante omnia fuit interdictum, mox ademptus ager, præscriptæ leges, vectigalia noua excogitata, arces ceruicibus impositæ, & cuncta demum veteris di-

gnitatis

gnitatis iura, commoda, ornamenta, impotenti rabie penitus ablata. His tantis ærumnis & cladibus deformata ciuitate, factum est, vt nobilissimi quiq; Pisanorum: qui neque seruire, neq; patriæ interitum oculis intueri poterant, paulatim in alias terras, natali solo, paternis domib⁹, maiorumq; sepulchris sponte relictis, emigrarint: adeoq; ciuitatis facies paucis annis immutata est, vt nemo Italus vel externus, si forte Pisas repeteret, reperiretur, qui antiquæ amplitudinis ac opulentiæ recordatione, miseriis nostris non illacrymaret: & similem quoq; cladem ipsis Florentinis, qui adeò inclementer ac crudeliter imperarent, imprecaretur. Itaque nobis in luctu ac mœrore vitam traducentibus, Gallorum aduentus occasionem præbuit repetendæ libertatis: Diisq; benè iuuantibus, fortiter iugum excussimus, ac publicè sacramenti adacti, fortunas, corpora, atq; animos pro libertate deuouimus. Neq; hactenus tot eorum minæ, tot insidiæ, totq; hoc internecino bello armorũ conatus nobis obfuerunt. Melioribus enim auspiciis libertas defenditur, quam eripitur. Viri herclè fortes emori potius liberi, quàm serui cum ignominia viuere didicerunt. Nam si per se indignum est, & miserum alienæ libidini seruire, etiã illud longè grauissimum Pisanis videtur, eorum ferre iugum, qui neque vetustate originis, neq; bellica virtute, neq; vlla in re sibi om-
III. nino conferendi esse videantur. Quid enim magis intollerandum est, quam vt Florentini libertatem illis inuideant, qui antea Florentiam conditam liberi florentesq; fuerunt? idq; in alio ferendum velint, quod ipsi penitus reformidant & excutiunt? Ipsi inquam Mediceos, qui nunquã nisi summa cum moderatione atq; modestia publicis rebus præfuerint, quiq; patriam egregiis omnium virtutum monumentis exornarint, & illustrarint, ferre non potuerunt: nos illos, qui ad vrbis nostræ ludum, miseriam, vastitatem, nati esse videntur, æquissimis animis feremus? Hinc quoq; eorum impudentiam insanamq; cupiditatem cognoscere potestis: cum sceleratis consiliis, &, vti sperandum est, funestis, nullo totius Italiæ vel salutis, vel dignitatis respectu, ipsi Itali contra Italos cum barbaro rege ad subigendam, vastandamq; Italiã fœdus percusserunt, & tot principum fœderatorum authoritate atq; potentia insolenter contempta, pecuniam ei ingentem numerarunt, auxilia, commeatus, & transitum redituris barbaris obtulerunt: scilicet vt vos his in castris oppressos, fugatos, & vrbibus vestris expulsos videant: aut certè hunc vestrum, parata iam victoria de exactis Gallis liberataq; Italia triumphum retardent ac interpellent. Quibus de

causis

causis æquissimum videtur, vos præcipuè Venetos, qui per octingentos annos augustum libertatis nomen religiosè coluistis, & fortissimè defendistis, eorum fortunæ misereri, qui à vobis opem implorant, vt libertatem, quam vi sibi ereptam, Deorum beneficio recuperarunt, liceat retinere. Te quoq; Ludouice Sfortia, qui & iure hospitij, cum exulares, & sanguinis affinitate quæ maiores tuos respicit, & veteris patrocinij Vicecomitum, in quorum clientela semper fuimus, haud obscura necessitudine Pisanæ ciuitati coniunctissimus existimaris, vehementer obsecramus, vt nos liberos & incolumes esse velis. Quod facilè præstabitur, si auxilia non modò de libertate, sed de vita retinenda dimicantibus, opportunè submiseris. Quæ etiã optimo iure tibi essent properè transmittenda, si nos neq, clientes tui essemus, neq; vllum libertas nostra, vel amissa, vel retenta, ad vniuersi belli fortunam inclinandam momentum haberet. Non modò enim aduersus communes totius Italiæ fœderis hostes, publicæq; salutis oppugnatores necessaria ac iustissima arma ferrentur: sed in eos etiã, qui ab omni hominum annaliumq; memoria infesti maioribus tuis fuerunt, quique Gallos & Germanos, infensissimas Italico nomini nationes, in Italiam euocarunt, vt Vicecomites domo regnoq; expellerent: & florentissimam Italiæ partem, externis ferisq; gentibus inuadendam possidendamq; præberent. Si vestra igitur interest, vtij, qui cum primum nos expugnarint & oppresserint, ad vos extemplò oppugnandos, perdendosq;, opes, consilia, arma sint cõuersuri, proprio bello distineantur, nostroq; periculo reprimantur, opem ferre maturetis oportet. Nam, si salutem clientium vestrorum neglexeritis, audacia profectò hostium in immensum successu crescet, nec facilè postea; cum adaucta mala ingruerint, communibus periculis occurretis. Porrò, si vestro beneficio erimus conseruati: non modò quas dederitis leges læti accipiemus, sed in ditionem potestatemq; vestram vltrò concedemus. Omnis enim reliqua vitæ conditio, modò Florentinis minimè seruiamus; summa nobis erit libertas. Eorum siquidem iugum nemo viuus vnquam subibit. Nam si à vobis deseremur, egregiè moriendo saltem aliquem à virtute constantiaq; animi perennis gloriæ fructum feremus, & memorabili interitu Pisanos minimè seruire voluisse testabimur.

DISSVASIO RECEPTIONIS EORVM, QVI BELLI NECESsitate ac periculis coacti nostro se subijcere imperio cupiunt.

Ex Historiæ Venetæ Bembi Libro III.

ORATIO MARCI BOLANI ad Venetum Senatum.

RESOLVTIO.

CVm Pisas bello Florentini reposcerent: nec per se oppidani contra opes tantas municipium sese tueri posse viderent: suum Venetum ad Senatum se recipiendi deprecatorem miserunt: qui ostenderet: velle Pisanos sub Reipub. imperio esse: peteret, vt reciperentur. Visum plerisq; est Patribus, non negligendum hoc esse: quod pulchrum videretur imperij fines augeri: magnum esset Venetum nomen, cui tam longinqua & nobilis sese ciuitas dederet: etiam alij recepti ita à Venetis essent. Dissuasit contra istud Marcus Bolanus Sexvir ac legislationem impediuit, his rationibus vsus: quòd metuendum, ne receptæ Pisæ breui magno cum & dedecore & damno Reipub. rursus amittantur: cùm 1. Periculosum & graue per alienos ac quidem hostiles fines, plurimorum dierum itinere his auxilia mittere. 2. Sint vicini Pisarum sic animati, vt malint Florentinos, quàm Venetos habere finitimos ob potentiæ metum. 3. Ita natura comparatum, vt obfutura fugiant: ijs sese adiungant, qui minus nocere possunt. 4. Constantes non semper fœderati maneant, fluxa sæpe fide vtantur: hostes ex amicis grauissimi fiant. 5. Longè alia Florentinorum & aliorum in fidem à Venetis receptorum, quàm Pisanorum conditio fuerit. 6. Si recipiendi Pisani, iniuria & calamitate indignâ afficiendi ij, qui damnum nunquam Venetis dederunt. 7. Hoc modo futurum, vt confirmetur suspicio de his concepta, quasi regnandi cupiditate nimia laborent: non pari cum reliquis iure viuere velint: supra cæteros efferantur. 8. Metuendi hostes Ferdinandus & Ludouicus reges potentissimi. 9. Incendium in Italia exortum extinguendum potius, quàm nouum aliquod suscitandum. Ad conciliandum valent: cùm diuersum ab alijs sentiens Bolanus, officio Consiliarij ac Senatoris boni sese excusat: nihil affirmat sibi esse antiquius, quàm vt Veneta Respub. non modò Pisis, sed & Italiæ ciuitatibus atq; oppidis omnibus potiatur: suam pro hac ipsa curam ac solicitudinem indicat. Motus metus est: quem excitat Bolanus, cùm mala atq; incommoda illa, quæ sint metuenda Venetæ Reipub. si Pisanos suam in fidem atq; tutelam receperit, commemorat. Absoluitur horum tractatio ac collocatio primùm beneuolentiæ captatione, quæ sententijs conciliantibus modò indicatis, paratur: deinde propositione ἀνασκευαστικῇ dissuasoria: tum huius confirmatione nouem notatis argumentis

mentis facta: postremò conclusione, quæ πάθος, motum terroris atq; formidinis habet. Loci communes hic obseruandi: de officio boni Senatoris & consiliarij in deliberationibus de dubijs rebus instituitus: fugienda libidine: affectibus repudiandis: receptione illorum, qui defendi aut non prorsus, aut difficulter possunt: suspecta & inuisa vicinorum potentia: amicitia ac coniunctione eorum, qui minus obesse valent: fluxa fœderatorum & amicorum fide atq; inconstantia: extinguendis non alendis ac fouendis bellorum incendijs. Vsus erit, cum eorum dissuadere receptionem volumus: qui in fidem ac patrocinium admissi, plus damni atq; incommodi, quàm emolumenti dare nobis possunt.

DEBENT qui de rebus dubijs agunt, non tam quid ve- I.
lint ipsi, aut cupiant, quàm quid sit vtile Reipub. constituere. Necesse enim est, si suam modò libidinem sequantur, vt sui eos consilij tum pœniteat, cùm ea, quæ prouisa ipsis non sunt, magna interdum & formidolosa rerum momenta atq; pericula existunt. An me quoq;, Patres idē, quod vos, & optare maximopere, & optato frui, cupere non existimatis? non Pisas modò, de quibus nunc consulimur, sed reliquas etiam Italiæ ciuitates, oppida, populos, iuris nostri esse, mareq; superum atq; inferum in Reip. imperio contineri? Ego verò ista percupio: meaq; morte cum fortuna pa-
cisear, vt tam prospera Reip. sit. Sed cùm hoc opto, tùm il- II.
lud timeo, ne, si Pisas receperimus, magno cum nostro dedecore, Reipub. incommodo eas ipsas breui tempore amit-
tamus. Nam quemadmodum quidem sitæ positæq; sunt Pi- III.
sæ, ad eas defendēdas auxilia mittere per alienos fines multorum dierum itinere oportebit: quorū populi nostris conatibus si aduersabuntur, aut erunt ipsi bello prius atq; armis subigendi, vt quicquid inter nostros ac Pisarum fines iacet, pacatum iteratq; tutū nostris exercitibus præbeat: aut nobis turpiter ab incœpto desistendum. Nam mari tanto circuitu, tam suspectis littoribus, tantum exercitum transmittere, quanto erit opus, vt cum vnis Florentinis bellum geramus, qui poterimus? Nullus vicinorum Pisis regū, nulla natio est, quæ non Florentinos malit, quàm nos, suæ ditioni finitimos habere: propterea, quòd nostram potentiam, nostrasque opes magis, quàm illorum verentur: magis nos, quàm illos, sibi metuendos esse intelligunt. Est autem à natura omnibus animantibus comparatum atque insitum, vt quæ eis plurimum obesse possunt, fugiant: ad ea se applicent, quibus ad nocendum minus est virium & facultatis attributum. Itaq; passerculi gallinas, anseresq; non vitant, cum columbis vero etiam nidificant: ab accipitre autem,

DISSVASIO RECEPTIONIS EORVM, QVI BELLI NECESsitate ac periculis coacti nostro se subijcere imperio cupiunt.

Ex Historiæ Venetæ Bembi Libro III.

ORATIO MARCI BOLANI ad Venetum Senatum.

RESOLVTIO.

Cum Pisas bello Florentini repeterent: nec per se oppidani contra opes tantas municipium sese tueri posse viderent: suum Venetum ad Senatum se rerò interpretem miserunt: qui ostenderet: velle Pisanos sub Reipub. imperio esse: peteret, vt reciperentur. Visum plerisq; est Patribus, non negligendum hoc esse: quod pulchrum videretur imperium sic augeri: magnum esset Venetum nomen, cui tam longinqua & nobilis sese ciuitas dederet: etiam alij recepti ita à Venetis essent. Dissuasit contra istud Marcus Bolanus Sexvir ac legislationem impediuit, his rationibus vsus: quòd metuendum, ne receptæ Pisæ breui magno cum & dedecore & damno Reipub. rursus amittantur: cùm 1. Periculosum & graue per alienos ac quidem hostiles fines, plurimorum dierum itinere his auxilia mittere. 2. Sint vicini Pisarum sic animati, vt malint Florentinos, quàm Venetos habere finitimos ob potentiæ metum. 3. Ita natura comparatum, vt obfutura fugiant: ijs sese adiungant, qui minus nocere possunt. 4. Constantes non semper foederati maneant, fluxa sæpe fide vtantur: hostes ex amicis grauissimi fiant. 5. Longè alia Florentinorum & aliorum in fidem à Venetis receptorum, quàm Pisanorum conditio fuerit. 6. Si recipiendi Pisani, iniuria & calamitate insigni afficiendi ij, qui damnum nunquam Venetis dederunt. 7. Hoc modo futurum, vt confirmetur suspicio de his concepta, quasi regnandi cupiditate nimia laborent: non pari cum reliquis iure viuere velint: supra cæteros efferantur. 8. Metuendi hostes Ferdinandus & Ludouicus reges potentissimi. 9. Incendium in Italia exortum extinguendum potius, quàm nouum aliquod suscitandum. Ad conciliandum valent: cùm diuersum ab alijs sentiens Bolanus, officio Consiliarij ac Senatoris boni sese excusat: nihil affirmat sibi esse antiquius, quàm vt Veneta Respub. non modò Pisis, sed & Italiæ ciuitatibus atq; oppidis omnibus potiatur: suam pro hac ipsa curam ac solicitudinem indicat. Motus metus est: quem excitat Bolanus, cum mala atq; incommoda illa, quæ sint metuenda Venetæ Reipub. si Pisanos suam in fidem atq; tutelam receperit, commemorat. Absoluitur horum tractatio ac collocatio primùm beneuolentiæ captatione, quæ sententiis conciliantibus modò indicatis, paratur: deinde propositione ἀποφαντικῇ dissuasoria: tum huius confirmatione nouem notatis argumentis

mentis facta: postremò conclusione, quæ πάθ☉, motum terroris atq; formidinis habet. Loci communes hic obseruand.: de officio boni Senatoris & consiliarij in deliberationibus de dubijs rebus institutis: fugienda libidine: affectibus repudiandis: receptione illorum, qui defendi aut non prorsus, aut difficulter possunt: suspecta & inuisa vicinorum potentia: amicitia ac coniunctione eorum, qui minus obesse valent: fluxa fœderatorum & amicorum fide atq; inconstantia: extinguendis non alendis ac fouendis bellorum incendijs. Vsus erit, cum eorum dissuadere receptionem volumus: qui in fidem ac patrocinium admissi, plus damni atq; incommodi, quàm emolumenti dare nobis possunt.

DEBENT qui de rebus dubijs agunt, non tam quid ve- I.
lint ipsi, aut cupiant, quàm quid sit vtile Reipub. con-
stituere. Necesse enim est, si suam modò libidinem sequan-
tur, vt sui eos consilij tum pœniteat, cùm ea, quæ prouisa i-
psis non sunt, magna interdum & formidolosa rerum mo-
menta atq; pericula existunt. An me quoq;, Patres idē, quod
vos, & optare maximopere, & optato frui, cupere non exi-
stimatis? non Pisas modō, de quibus nūnc consulimur, sed
reliquas etiam Italiæ ciuitates, oppida, populos, iuris nostri
esse, mareq; superum atq; inferum in Reip. imperio conti-
neri? Ego verò ista percupio: meaq; morte cum fortuna pa-
ciscar, vt tam prospera Reip. sit. Sed cùm hoc opto, tùm il- II.
lud timeo, ne, si Pisas receperimus, magno cum nostro de-
decore, Reipub. incommodo eas ipsas breui tempore amit-
tamus. Nam quemadmodum quidem sitæ positæq; sunt Pi- III.
sæ, ad eas defendēdas auxilia mittere per alienos fines mul-
torum dierum itinere oportebit: quorū populi nostris co-
natibus si aduersabuntur, aut erunt ipsi bello prius atq; ar-
mis subigendi, vt quicquid inter nostros ac Pisarum fines ia-
cet, pacatum iter atq; tutū nostris exercitibus præbeat: aut
nobis turpiter ab incœpto desistendum. Nam mari tanto
circuitu, tam suspectis littoribus, tantum exercitum trans-
mittere, quanto erit opus, vt cum vnis Florentinis bellum
geramus; qui poterimus? Nullus vicinorum Pisis regū, nulla
natio est, quæ non Florentinos malit, quàm nos, suæ ditioni
finitimos habere: propterea, quòd nostram potentiam, no-
strasque opes magis, quàm illorum verentur: magis nos,
quàm illos, sibi metuendos esse intelligunt. Est autem à na-
tura omnibus animantibus comparatum atque insitum, vt
quæ eis plurimum obesse possunt, fugiant: ad ea se appli-
cent, quibus ad nocendum minus est virium & facultatis
attributum. Itaq; passerculi gallinas anseresq; non vitant,
cum columbis verò etiam nidificant: ab accipitre autem,

,, & ab ijs quæ raptu viuunt auibus, maximè quidem semper
,, volatu latebrisq; sese auferunt. Quamobrem cogitare debemus etiam Ligures (quæ vna quondam nario quàm infesta Reip. fuerit, annales nostri testes sunt: quantas à nobis clades acceperit, omnis eius posteritas memoria retinebit) si suæ spontis sint, nos Pisarum dominos fieri nullis conditionibus concessuros, sed sua cum Florentinis arma, suas classes atque opes communicaturos, vt nos potiùs Pisis ne permittant. Quanquam, vt horum temporum mores sunt, vt fides in plerisque fluxa, vereor, ne ij etiam, qui fœdera nobiscum pepigerunt, qui nobis sua regna se debere profitentur, vbi nos eo vsq; velle fines nostros proferre intelligent, nos celeriter deserant, neque deserant modò, sed arma etiam contra nos capiant, eumque hostibus nostris coniuncti, communi nos bello, atque consilio esse arcendos & repellendos putent. Maiores nostros Vicetinos, cùm à rege Patauino premerentur, sese illis dedere missis ad eos legatis cupientes atque orantes, in fidem receperunt. Quid in illa huic simile deditioni fuit? oppidū vicinitate propinquum, ac propè coniunctum, vt iter impediri, atque accessio non potuerit: ipsum liberum, quodque Patauini reges antea non obtinuissent. Itaque remissis cum auxilio legatis, facilè defensum atque retentum est. Hostis autem eam ob rem nouus nullus factus, sed cum eo, qui semper hostis Reipub. fuerat, bellum acrius renouatum, maiores ijdem nostri prosperè atque feliciter gesserunt. Quod si tam facilem rerum statum, paresque conditiones in Pisis recipiendis esse vobis propositas hoc tempore videtis: si non amico populo & Reipub. à qua lacessiti nulla re sumus, vt id quod volumus assequamur, insignis est iniuria atque calamitas inferenda: si non, quæ in animis hominum iam pridem insedit opinio, nos regnandi cupiditate supra cæteros efferri, eam hoc exemplo sic confirmaturi sumus, vt non sit posthac inficiandi locus: si non etiam Ferdinandi regnum adhuc quidem multò maxima ex parte, Ludouici haud ex minima Gallorum, quos hostes nostros fecimus, præsidiis & exercitibus tenentur: neque, quem finem eæ res sint habituræ, satis consequi coniectura possumus. Vt nō tam de nouo bello capessendo, quàm de institutis conficiendis, flammaque illa, quæ optimas atque pulcherrimas Italiæ regiones incendio corripuit, extinguenda, cogitare nos oporteat, legem Patres, quam rogamini, decernite: ego ipse meum suffragium ad eam sanciendam volens ac libens af-
IV. fero. Sin verò longè aliter omnibus à partibus se res habet,

antequam

antequam Pisas esse recipiendas statuatis, ea quæ ad bellum cum positis inter nos atq; Pisas nationibus, cumq; ei ciuitati populis agitandum erunt visui, comparate.

DELIBERATIO DE RATIONE BELLI GERENDI.

Ex Liuij libro XXIIX.

ORATIO Q. FABII Maximi.

RESOLVTIO.

Quæstio Orationis huius est de ratione belli gerendi, & an satius sit, hostili in agro bellum gerere aut retrahere hostem ad sua defendenda, aut contraria atq; diuersa ratione vti. Cui occasionem præbuit: primò consultatio instituta in Senatu de Repub. prouincijs, exercitu scribendo. Deinde rumor sparsus de Affrica, extra sortem Scipioni tradenda: tum consilium & institutum Scipionis qui contendebat, aliter finem bello imponi Punico non posse: nisi in Affricam exercitus transportetur, atq; eò Annibal pertrahatur. Q. Fabius non transportandum in Affricam exercitum, sed retinendum in Italia, & opponendum Annibali probat his argumentis: quòd. 1. Annibal, hostis minimè contemnendus & obscurus in Italia: ac propterea non necesse alibi gloriæ materiam ac segetem quærere. 2. Quemadmodum C. Luctatius consul superiori bello Punico honorificum titulum fuerit consecutus: ita P. Corn. Scipioni laudabile futurum, superato Annibale in Italia finem bello Punico imponere. 3. Annibal fortis, strenuus potens formidabilis: ideoq;, qui aut aliud bellum quærat, aut per circuitus, non rectò eum aggredi conatur, non eum contemnere, sed metuere potius videatur. 4. Natura hoc prius, vt nostra defendamus, deinde aliena oppugnemus. 5. Maior laus & gloria expectanda è victoria ab Annibale in Italia reportata, quàm Carthaginensibus reliquis in Affrica deuictis. 6. Ad bellum gerendum & duos diuersos exercitus alendos ærarium bene instructum requiratur, requirantur copiæ magnæ, requirantur commeatus quibus omnibus Romana Respubl. destituatur. 7. Metuendum ne si victor Annibal ad vrbem ire pergeret, tum demum illi aut necesse sit ex Affrica consulem magno cum periculo vocare, quemadmodum a Capua Fuluius fuerit reuocatus. 8. Pater & patruus ipsius Scipionis rebus multis, præclarè fortiterq; in Hispania gestis, intra 30. dies cum exercitu sunt cæsi: ac propterea non nimium fortunæ fidendum: neq; temerè hostium in agrum copiæ transportandæ. 9. Athenienses iuuene acri ac suasore Alcibiade sine causa Siciliam aggressi, & classem instructissimam amiserunt, & florentem afflixerunt Rempub. idem quoq; Scipioni metuendum. 10. M. Atilius

Regulus re præclarè contra Carthaginenses gesta tandem circumuentus à Xantippo Spartano triginta Rom. millibus amissis, vigilijs necatus perpetuis fuerit. 11. *Facile fuerit in Hispania bellum gerere propter mare pacatum, expositos milites, socios & amicos populi Romani patris ac patrui exercitum ferociorem iam calamitate factum, ducem L. Martium, virum fortem & strenuum, Carthaginem nouam à socijs Pœnis desertam: in Affrica verò omnia hæc cõtraria sint: non portus apertus, non ager pacatus, non socia ciuitas, non rex amicus, hostilia & infesta cuncta.* 12. *Nulla spes ponenda in Syphace ac Masinissa regibus, & alijs: cum hominum fraudulentorum ea natura: vt sæpe in paruis fidem præstent, quò in magnis post cum mercede fallant: pater & patruus Scipionis Celtiberorum sociorum fraude circumuenti desertiq; fuerint: ipse quoq; P. Corn. Scipio magnum in discrimen ac periculum venerit, propter Indibilis ac Mandonis, principum Hispaniæ dolos: & militum defectionem atq; seditionem in castris excitatam: causæ quæ ad societatem cum Romanis ineundam Syphacem & Masinissam impulerint, non bonæ: ea deniq; conditio illorum, qui communi malo premuntur, atq; eò sæpe adiguntur, vt posthabitis priuatis simultatibus, ac dissidijs commune bellum contra communem hostem gerant.* 13. *Dissimilitudo magna bellorum quæ in patria & locis peregrinis geruntur: maiori studio Carthaginenses vrbem & Affricam totam, quàm Hispaniam defensuri: siquidem vehementer moueant homines, & ad strenuè pugnandum excitent ac impellant: deorum templa, fortunæ & facultates priuatæ, patriæ mœnia, coniugum atq; liberorum conspectus.* 14. *Metuendum ne, exercitu in Affricam transportato, expeditio noua in Italiam ex Affrica instituatur.* 15. *Non victus Asdrubal impediri à Scipione potuerit, quò minus in Italiam cum exercitu transcenderet.* 16. *Omnis spes in fortitudine ac virtute Scipionis posita: ideoq; non committendum: vt in periculum ille aliquod incidat.* 17. *Melius in nostro, quàm alieno agro bellum gerere: facilius superare hostem iam fessum diuturna grauiq; militia à duobus exercitibus quàm vno: Claudius & Liuius Coss. tia copijs coniunctis Asdrubalem superarint.* 18. *Parens Scipionis vt Annibali descendenti ab Alpibus in Italiam occurreret ex prouincia redierit: eaq; de causa turpe sit P. Corn. Scipioni, cũ Annibalem habeat in Italia, eadem relicta, in Affricam ducere exercitum velle.* 19. *Expeditio deniq; hæc in Affricam, non propter Reipub. commodum instituatur, sed quia ampla ac gloriosa esse Scipioni videatur. Hæc probantia sunt: ad cõciliandum valent: cum tribus suspicionibus occurrit Fabius, quæ causæ obstare videbantur, de imprudentia, cunctatione ac timiditate, & inuidia, & à sese eas remouet. Motus sunt.* 1. *Inuidia, quæ excitatur, cum ostendit Fabius, exercitum Scipionẽ conscriptũ habere nõ ad custodiã vrbis et Italiæ: sed vt cũ regio more, quò velit, ducat.* 2. *Odiũ, quod oritur, quando affirmat Fabius*

quærere

quærere Scipionem, non quod Reipub. conducat, verum quod sibi amplum ac gloriosum iudicet. 3. Pudor, qui aspergitur, cum subindicat Fabius, propterea in Affricam traijcere Scipionem cupere, quod metuat Annibalem. 4. Metus, qui inijcitur, cum exempla proferuntur eorum Imperatorum, qui propter eiuscemodi consilia magnum in periculum inciderint: potentia exaggeratur Carthaginensium & Africanorum coniunctorum. Collocatio tribus constat partibus. Primò Exordio ἐξ ἰσχυόντων hominum opinionibus ac iudicijs desumpto. Deinde confirmatione, in qua pluribus argumentis probat Fabius in Affricam transportandum exercitum Rom. non esse. Postremò conclusione, quæ sententiæ dictionem continet, sed munitam ratione petita à consulis & imperatoris boni officio. Loci sunt obseruandi: de officio boni senatoris ac Magistratus. Ratione belli gerendi cura ac solicitudine in belli socijs & amicis adiungendis. Ubi cum de bello consultatio instituitur: quæritur melius ne sit in agro hostili, aut nostro illud gerere.

SCIO multis vestrûm videri, Patres conscripti, rem actam I.
hodierno die agi, & frustra habiturum orationem: qui tandem de integra re, de Affrica prouincia sententiam dixerit. Ego autem primum illud ignoro, quemadmodum iam certa prouincia Africa Cõsulis, viri fortis ac strenui sit, quã nec Senatus censuit in hunc annum prouinciã esse, nec populus iussit. Deinde, si est, consulem peccare arbitror, qui de re transacta simulando se referre, Senatum ludibrio habet: non senatorem, qui de quo consulitur, suo loco dicit sententiam. Atque ego certum habeo, dissentienti mihi ab ista festinatione in Affricam traijciendi, duarum rerũ subeundã opinionem esse: vnius, insitæ ingenio meo cunctationis, quem metum pigritiamque homines adolescentes sanè appellent, dum me non pœniteat, adhuc aliorũ speciosiora primo aspecta consilia semper visa, mea vsu meliora. Alterius, " obtrectationis atque inuidiæ aduersus crescentem in dies " gloriam fortissimi consulis: à qua suspicione, si me, neque vita acta & mores mei, neque dictatura cum quinque consulatibus, tantumque gloriæ belli domique partæ vindicat, vt propiùs fastidium eius sim, quam desiderium: ætas saltem liberat. Quæ enim mihi æmulatio cum eo esse potest, qui ne filio quidem meo æqualis sit? Me Dictatorem, cum vigerem adhuc viribus & in cursu maximarum rerum essem, recusantem nemo aut in Senatu, aut ad populum audiuit, quo minus insectanti me Magistro equitum, quod fando nunquam antè auditum erat, imperium meum æquaretur. Rebus, quàm verbis assequi malui, vt qui aliorum iudicio "

mihi comparatus erat, sua mox confessione me sibi præferret. Nedum ego, perfunctus honoribus, certamina mihi atq; æmulationes cum adolescente florentissimo proponam: videlicet vt mihi iam viuendo, non solum rebus gerendis fesso, si huic negata fuerit, Africa prouincia decernatur. Cum ea gloria quæ parta est, viuendum atque moriendum est. Vincere ego prohibui Annibalem, vt à nobis, quorum vigent nunc vires, etiam vinci posset. Illud te mihi ignoscere P. Corneli æquum erit, si cum in me ipso nunquam pluris famam hominum, quàm Remp. fecerim: ne tuam quidem
II. gloriam bono publico proponam. Quanquam, si aut bellū nullū in Italia, aut is hostis esset, ex quo victo nihil gloriæ q̄reretur: qui te in Italia retineret, etsi id bono publico faceret, simul cum bello materiam gloriæ tuæ ire ereptum videri posset. Cum verò Annibal hostis incolumi exercitu quartumdecimū annū Italiam obsideat, pœnitebit te P. Corneli gloriæ tuæ, si hostem eum, qui tot funerum, tot cladium nobis causa fuit, tu Consul Italiā expuleris? & sicut penes C. Luctatium prioris Punici perpetrati belli titulus fuit, ita penes te huius fuerit? Nisi Amilcar Annibali dux est præferendus; aut illud bellum huic; aut victoria illa maior clariorq;, quā hæc (modò cōtingat vt te Cōsule vincamus) futura est. Ab Drepano atque Eryce detraxisse Amilcarem, quàm Italia expulisse Pœnos atque Annibalem malis? Ne tu quidem, etsi magis partam, quàm speratam gloriam amplecteris, Hispania potiùs, quàm Italia bello liberata gloriatus fueris. Nondum is est Annibal, quem non magis timuisse videatur, quàm contempsisse; qui aliud bellum maluerit. Quin igitur ad hoc accingeris nec per istos circuitus; vt cum in Africam, traieceris, secuturum te illuc Annibalem speres, potius quàm recto hinc itinere, vbi Annibal est, eo bellum intendis? Egregiam istam palmā belli Punici patrati petis? Hoc & natura prius est, tua cum defenderis, aliena ire oppugnatum. Pax antè in Italia, quàm bellum in Africa sit, & nobis prius decedat timor quàm vltrò alijs inferatur: si vtrumque tuo ductu auspicioque fieri potest: Annibale hic victo, illic Carthaginem expugna. Si alterutra victoria nouis Consulibus relinquenda est, prior cùm maior clariorque, tùm causa etiam insequentis fuerit. Nam nunc quidem, præterquam quod & in Italia, & in Africa duos diuersos exercitus alere ærarium non potest: præterquam, quod vnde classes tueamur, vnde commeatibus præbendis sufficiamus, nihil reliqui est, periculi tandem quantum adeatur, quem fallit? P. Licinius in Italia, P. Scipio bellum in Affrica geret. Quod si
(quod

(quod omnes Dij omen auertant, & dicere etiam reformidat animus, sed, quæ acciderunt, accidere possunt) victor Annibal ire ad vrbem pergat: tùm demum te consulem ex Africa, sicut Q. Fuluium à Capua accersemus. Quid, quod in Africa quoque, Mars communis belli erit? Domus tibi tua, pater patruusque tuus intra triginta dies cum exercitibus cæsi, documento sint, vbi per aliquot annos maximis rebus terra marique gerendis amplissimum nomen apud exteras gentes populi Romani vestræq; familiæ fecerant. Dies me deficiat, si Reges Imperatoresq; temerè in hostium terras transgressos cum maximis cladibus suis exercituumque suorum enumerare velim. Athenienses, prudentissima ciuitas, bello domi relicto, authore æquè impigro ac nobili iuuene, magna classe in Siciliam transmissa, vna pugna nauali florentem Rěpub. suam in perpetuum afflixerunt. Externa & minus antiqua repeto: Africa eadem ista, & M. Attilius, insigne vtriusque fortunæ exemplum, nobis documẽto sint. Næ tibi P. Corneli, cum ex alto Africam conspexeris, ludus & iocus fuisse Hispaniæ tuæ videbuntur. Quid enim simile? Pacato mari præter oram Italiæ Gallięq; vectus, Emporias, in vrbem sociorum, classem appulisti: expositos milites ad tutissima omnia ad socios & amicos populi Romani, Tarraconem duxisti. Ab Tarracone deindę iter per præsidia Romana circa Iberum exercitus patris patruique tui post amissos Imperatores ferociores calamitate ipsa facti: & dux tumultuarius quidem ille L. Martius, & militari suffragio ad tempus electus. Cæterum si nobilitas ac iusti honores adornarẽt, claris Imperatoribus qualibet arte belli par: oppugnata per summum ocium Carthago, nullo triũ Punicorum exercituum socios defendente. Cætera, neque ea eleuo, nullo tamen modo Africo bello comparanda: vbi non portus vllus classi nostræ apertus, non ager pacatus, non ciuitas socia, non rex amicus, non consistendi vsquam locus, non procedendi, quacunque circunspexeris, hostilia omnia atque infesta. An Syphaci Numidisque, credis? ›› Satis sit semel creditum: non semper temeritas est fœlix. ›› Et fraus fidem in paruis sibi præstruit, vt cum operæ pre- ›› cium sit, cum mercede magna fallat. Non hostes patrem patruumque tuum armis prius quam Celtiberi socij fraude circumuenerunt. Nec tibi ipsi à Magone & Asdrubale hostium ducibus, quantum ab Indibili & Mandonio in fidem acceptis, periculi fuit. Numidis tu credere potes, defectionem militum tuorum expertus? Et Syphax & Masanissa se, quam Carthaginenses malunt potentissimos in Africa

esse: Carthaginenses quàm quenquā aliū. Nunc illos æmulatio inter sese, & omnes causæ certaminum acuunt, quia procul externus metus est. Ostende Romana arma, & exercitum alienigenam, iam velut ad commune restinguendum incendium concurrent. Aliter iidem illi Carthaginenses Hispaniam defenderunt, aliter mœnia patriæ, templa Deûm, aras & focos defendent: cum euntes in prælium pauida prosequetur coniunx, & parui liberi occursabunt. Quid porrò si satis confisi Carthaginenses consensu Africæ, fide sociorum regum, mœnibus suis, cum tuo exercitusque tui præsidio nudatam Italiam viderint: ipsi vltro nouum exercitum in Italiam, aut ex Africa miserint? aut Magonem quem a Balearibus classe transmissa iam præter oram Ligurum alpinorum vectari constat, Annibali se coniungere iusserint? Nempè in eodem terrore erimus, in quo nuper fuimus, cum Asdrubal in Italiam transcendit: quem tu, qui nō solùm Carthaginem, sed omnem Africam exercitu tuo es clausurus, è manibus tuis in Italiam emisisti. Victum à te dices, eò quidem minus vellem, & id tua, non Reipublicę solum causa, iter datum victo in Italiam esse. Patere nos omnia, quæ prospera tibi ac Reipublicę in imperio euenêre, tuo consilio assignare: aduersa casibus incertis belli & fortunæ legare. Quò melior fortiorque es, eò magis talem præsidem sibi patria atq; vniuersa Italia retinet. Non potes ne ipse quidē dissimulare vbi Annibal sit, ibi caput atque arcem huius belli esse: quippe, qui præ te feras, eam tibi causam traiiciendi in Africam esse, vt Annibalem eò trahas. Siue igitur hic, siue illic, cum Annibale est tibi futura res: vtrum ergo tandem firmior eris in Africa solus, an hîc tuo Collegæque exercitu coniuncto? Ne Claudius quidem & Liuius Coss. tam recenti exemplo, quantum id intersit, documento sunt? Quid? Annibalem vtrum tandem extremus angulus agri Brutij frustra iam diu poscentem ab domo auxilia, an propinqua Carthago & tota socia Africa potentiorem armis virisque faciet? Quod istue consilium est, ibi malle decernere, vbi tuæ dimidio minores copiæ sint, hostium multò maiores, quam vbi duobus exercitibus aduersus vnum tot præliis, & tam diuturna ac graui militia fessum, pugnandum sit? Quàm compar consilium tuum parentis tui consilio sit, reputa. Ille Consul profectus in Hispaniam, vt Annibali ab Alpibus descendenti occurreret, in Italiam ex prouincia rediit: tu cum Annibal in Italia sit, relinquere Italiam paras; non quia Reipublicæ id vtile, sed quia tibi amplum

& gloriosum censes esse. Sicut cum pecunia & exercitu relicto, sine lege, sine Senatuconsulto duabus nauibus populi Romani Imperatori fortunam publicam & maiestatem imperij, quæ tum in tuo capite periclitabantur commisisti. Ego P. Cornelium, P. C. Reipublicæ nobisque, non sibi ipsi priuatim creatum Consulem existimo: exercitusque ad custodiam vrbis atque Italię scriptos esse, non quos, regio more per superbiam, Consules quò terrarum veliut, traiiciant. III.

ORATIO SVPERIORI PROXIMAE RESPONDENS P. Scipionis Consulis.

Ex eodem Liuij Lib. XXIIX.

RESOLVTIO.

CVM Oratione sua Q. Fabius Seniores maximè in Senatu suam in sententiam pertraxisse videretur, animaduertens hoc P. Scipio Oratione contraria habita, primū quæ erant allata, refellere: deinde allatis rationibus & argumētis egregijs, vrgendū non intermittendū hoc esse: transportandi in Affricam exercitus institutū ostendere cæpit. Et quidem ad refutationem quod attinet, quod erat obiectum 1. Scipionem fortem quidem, sed iuuenem adhuc esse, ideoque in discrimen ac periculum non conijciendum, diluitur: quod si ætatis, magnitudinis belli, hostilis potentiæ, aliorum ratio habenda, tum fuerit habenda, cum Hispaniarum delatum imperium fuit: quod cum primis periculosum. 2. Quod allatum de rerum Hispanicarum extenuatione fuisse scilicet facile in Hispania bellum gerere, difficiliorem longè in Affrica rationem futuram, refellitur modestè enumeratione eorum, quæ in Hispania gesta, & ostenditur: Fabium inuidiosè, quæ laudanda eleuare atque extenuare. 3. De Reguli exemplo refutatur indicata exempli dissimilitudine loci, personę temporis: deinde facti: quod Scipionibus occisis P. Corn. in Hispaniam traiecerit, ideoque etiam occiso Regulo in Affrica eò traducere exercitum possit: tum ἀντιλήψει, qualitate absoluta: quod honestum eò deducere exercitum: cum non sibi sed patrię sit natus: postremò βιαίῳ: quod si Xantippus Spartanus sua virtute potuerit Carthaginenses defendere, ipse quoque Romanos virtute tueri sua queat, & hoc ipso exemplo excitetur magis, quam terreatur. 4. Atheniensium exemplum, quòd temerè hi, omisso domi bello & transgressi in Siciliam se & suos perdiderint, dissoluitur ἀντεχούσα & exemplis contrarijs eorum, qui res pręclarè alijs in locis gesserunt: vt Agathoclis Syracusan. regis & Annibalis: quorum ille in Affricam: hic Italiam feliciter exercitum duxerat. 5. De Carthaginensium potentia, & periculo illorum

qui

ac mores hic sunt expressi iuueniles: quando Scipioni tribuitur credulitas, & spes ac confidentia insignis, & asseueratio, & ambitio atque honoris cupiditas. πάθη motus sunt: 1. Odium, quod Fabio Scipio conciliat, cum ostendit, eum impedimentum aliquod quærere: consiliorum suorum inuidere laudi ac surgenti gloriæ, angi bonis alienis. 2. Inuidia quæ excitatur, cum insolens rerum gestarum commemoratio in Fabio notatur. 3. Spes & confidentia, quæ paratur, vbi auxilia tam diuina, quàm humana Romanorum recensentur. 4. καταφρόνησις, contemptio orta, cum indicatur, non magna, imò omnino nulla esse hostibus, quæ excitare alias metum ac terrorem solent. 5. Pudor, qui incutitur dum obiicitur timiditas quædam: exempla tum maiorum, tum hostium proferuntur. Sed & inuidia declinandæ in confessione φιλοτιμίας, ambitionis, modi obseruandi, vt est: declaratio studii, voluntatis, conatus & ἀξίωσις, veniæ deprecatio, & dubitatio, & ὑπόθεσις, conditio, & κοίνωσις communicatio, & θέσις, locus communis. Collocatio ac tractatio absoluitur quatuor partibus; quarum prima Exordium beneuolentiæ captationem habet ab aduersarij Fabij persona ductam, quem verè inuidum esse Scipio ostendit. Altera Refutatio est, in qua ad præcipua Fabij argumenta respondetur. Tertia Confirmatio argumenta neruosa complectitur: quibus probatur, expeditionem in Affricam, honestam, vtilem, facilem esse. Postrema Conclusio repetitione dictorum ac reiectione ἀποδιώξεως constat. Loci communes sunt notandi: de obtrectatione & calumniis vitandis in sententia dicenda, obseruanda modestia & linguæ temperamento: gloriæ ac honoris cupiditate: inuidia fugienda: fortuna oblata non negligenda: conuitiis maleuolorum contemnendis. Vsus, cum respondendũ modestè senioribus adolescenti est: sunt horum rationes refellendæ: propositi causæ firmæ honestæq; in medium afferendæ.

ET ipse Q. Fabius principio orationis P.C. commemora- I.
uit in sententia sua posse obtrectationem suspectã esse. Cuius ego rei non tam ipse ausim tantum virum insimulare, quàm ea suspicio, vitio, orationis an rei, haud sanè purgata est. Sic enim honores suos & famam rerum gestarum extulit verbis ad extinguendum inuidiæ crimen, tanquam mihi ab infimo quoq; periculum sit ne mecum æmuletur: & nõ ab eo qui, quia super cæteros excellat (quò me quoque niti non dissimulo) me sibi æquari nolit: sic senem se perfunctũ, & me infra ætatem filij sui posuit, tanquam non longius quàm quantum vitæ humanæ spacium est, cupiditas gloriæ extendatur, maximaq; pars eius in memoriam ac posteritatem promineat. Maximo id cuiq; accidere animo certum habeo, vt se nõ cum præsentibus modò, sed cum omnis æui claris viris comparet. Equidem haud dissimulo, me tuas Q. Fabi

Fabi laudes non assequi solùm velle, sed (bona venia tua dixerim) si possim, etiam exuperare. Illud nec tibi in me, nec mihi in minores natu animi sit, vt nolimus quenquam nostri similem euadere ciuem. Id enim non eorum modò, quibus inuiderimus, sed Reipub. & penè omnis generis huma-
II. ni detrimentum sit. Commemorauit quantum essem periculi aditurus, si in Affricam traiicerem: vt meam quoque, non solum Reipub. & exercitus vicem videretur solicitus. Vnde hæc repentè de me cura exorta? cum pater patruusq; meus interfecti: cum duo exercitus eorum propè occidione occisi essent: cum amissæ Hispaniæ: cum quatuor exercitus Pœnorum, quatuorq; duces omnia metu armisq; tenerent: cum quæsitus ad id bellum imperator nemo se ostenderet præter me, nemo profiteri nomen ausus esset: cum mihi quatuor & viginti annos nato detulisset imperium populus Romanus: quid ita tum nemo ætatem meam, vim hostium, difficultatem belli, patris patruique recentem cladem commemorabat? Vtrum maior aliqua nunc in Affrica calamitas accepta est, quàm tunc in Hispania erat? An maiores nunc sunt exercitus in Affrica, duces plures melioresq; quàm tunc in Hispania fuerunt? An ætas mea tunc maturior bello gerendo fuit, quàm nunc est? An cum Carthaginēsi hoste in Hispania, quàm in Africa bellum geri aptius est? Facile est post fusos fugatosq; quatuor exercitus Punicos, post tot vrbes vi captas, aut metu subactas in ditionem, post perdomita omnia vsque ad Oceanum, tot regulas, tot sæuas gentes, post receptam totam Hispaniam, ita vt vestigium nullum belli reliquum sit, eleuare meas res gestas: tam hercule quam si victor ex Affrica redierim, ea ipsa eleuare, quæ nunc retinendi mei causa, vt terribilia eadem videantur, verbis extolluntur. Negat aditum esse in Affricam: negat vllos patêre portus: M. Attilium captum in Affrica commemorat, tanquam M. Attilius primò accessu ad Affricam offenderit: neq; recordatur, illi ipsi tam infelici imperatori potuisse tamen portus Affricæ, & res egregias primo anno gessisse, &, quantum ad Carthaginenses duces attinet, inuictum ad vltimū permansisse. Nihil igitur me isto exemplo terrueris. Si hoc bello, non priore: si nuper, non annis antè quadraginta ista clades accepta foret: qui ego minus in Affricam regulo capto, quàm Scipionibus occisis in Hispaniam traiicerem: nec felicius Xanthippum Lacedæmonium Carthagini, quam me patriæ meæ sinerem natum esse: cresceretq; mihi ex eo ipso fiducia, quòd possit in hominis vnius virtute tantum momenti esse. At enim Athenienses audiendi

audiendi sunt, temerè in Siciliam omisso domi bello transgressi. Cur ergo, quoniam Græcas fabulas narrare vacat, non Agathoclem potius Syracusanum regem, cum diu Sicilia Punico bello vteretur, transgressum in hanc eandem Affricam, auertisse eò bellum vnde venerat, refers? Sed quid vltro metum inferre hosti, & ab se remoto periculo alium in discrimen adducere, quale sit veteribus externisq; exemplis admonere opus est? maius præsentiúsve vllum exemplum esse quam Annibal potest? Multum interest, alienos populere fines, an tuos vri excindiq; videas. Plus animi est inferēti periculum, quàm propulsanti. Ad hoc maior ignotarum rerum est terror, bona malaq; hostiū ex propinquo ingressus fines aspicias. Non sperauerat Annibal fore, vt tot in Italia populi ad se deficerent, quot defecerunt post Cannensem cladem: Quanto minus quicquam in Affrica Carthaginensibus firmum ac stabile est, infidis sociis, grauibus ac superbis dominis? Ad hęc nos etiam deserti ab sociis, viribus nostris, milite Romano stetimus. Carthagine nihil ciuilis roboris est, mercede paratos milites habent, Affros Numidasq;, leuissima fidei mutandæ ingenia. Hic modò nihil moræ sit, vnà & traiecisse me audietis, & ardere bello Affricā, & molientem hinc Annibalem, & obsideri Carthaginem: lætiores & frequentiores ex Affrica expectare nuncios, quàm ex Hispania accipiebatis. Has mihi spes subiicit fortuna populi III.
Romani: dij fœderis ab hoste violati testes: Syphax & Masanissa reges: quorū ego fidei ita innitor, vt veriturus perfidiam sim: multa quæ nunc ex interuallo non apparent, bellum aperiet. Et id est viri & ducis, non deesse fortunæ præbenti se, & oblata casu, flectere ad cōsilium. Habebo Q. Fabi, parem quidem Annibalem: sed illum potius ego traham, q̃ ille me retineat. In sua terra cogam pugnare eum; & Carthago potius pręmium victorię erit, quàm semiruta Brutiorum castella. Ne quid interim, dum traiicio, dum expono exercitum in Affricā, dum castra ad Carthaginem promoueo, Respub. hîc detrimenti capiat. Quod tu Q. Fabi, cum victor tota Italia volitaret Annibal, potuisti præstare: hoc vide ne contumeliosum sit, concusso iā & penè fracto Annibale, negare posse P. Licinium Consulem, virū fortissimū pręstare: qui, ne a sacris absit pontifex maximus, ideo in sortem tam longinquæ prouinciæ non venit. Si herculè nihilo maturius hoc, quo ego cēseo, modò perficeretur bellū: tamē ad dignitatē populi Rom. famamq; apud reges gentesq; externas pertinebat, non ad defendendam modò Italiam, sed ad inferenda etiam Affricæ arma, videri nobis animū esse: nec hoc credi

vulgariq;

vulgariq́;,quod Annibal ausus sit, neminẽ ducem Romanorum audere: & priore Punico bello,tùm,cum de Sicilia certaretur,toties Affricam nostris exercitibus & classibus oppugnatam: nunc,cum de Italia certatur, Affricam pacatam esse.Requiescat aliquando vexata diu Italia, vratur populeturq́; inuicem Affrica: castra Romana potius Carthaginis portis immineant,quàm nos iterum vallum hostiũ ex mœnibus nostris videamus. Affrica sit reliqui belli sedes: illuc terror fugaq́;,populatio agrorum, defectio sociorum,cæteræ belli clades,quæ in nos per quatuordecim annos ingruerunt,vertantur.
IV. Quæ ad Rempub.pertinent,& bellum quod instat,& prouincias de quibus agitur,dixisse satis est.Illa lõga oratio nec ad vos pertinens sit, si, quemadmodum Q. Fabius meas res gestas Hispania eleuauit, sic & ego gloriam eius eludere,& meam verbis extollere velim. Neutrum faciam P.C.&,si nulla alia re, modestia certè & temperamento linguæ adolescens senem vicero. Ita & vici & res gessi,vt tacitus ea opinione,quam vestra sponte conceptam animis haberetis,facilè contentus essem.

SVASIO BELLI HOSTIVM IN AGRIS GERENDI.

Ex Herodoti l b. I.

ORATIO CROESI AD CYRVM &Persarum Proceres.

RESOLVTIO.

CVM optio data à Massagetarum regina Tomyri Cyro esset: vt,si continuare expeditionem omninò videretur, vel in Massagetarũ regnum copias suas duceret, vel in suo illos expectaret: posterior hæc conditio alijs proceribus omnibus, solo Crœso excepto placuit, qui hac in oratione diuersum planè suasit: & quod voluit, obtinuit: vt transmisso scilicet Arare, Cyrus hostilem in agrum exercitum duceret, ibiq́; cum hoste pugnaret. Quæstio, an satius in sua, quàm hostili regione dimicare. Posteriorem Crœsus sententiam probat & aliquot argumentis ostendit,melius esse in Massagetarum, quàm Persarum hoc solo facere: quod hoc primò damnum atq; incommodum sit metuendum, si Massagetas hostes suam Cyrus in ditionem admittat, vt aut ditio tota,aut eiusdem pars maxima in hostium manus atq; potestatem perueniat: cum hæc præsertim illorum, qui vicerunt, esse natura ac conditio soleat: vt superiores facti non retrocedant, sed vlterius pergant: nec ante quiescant, quàm hostium potiti tota ditione fuerint Deinde quod turpe Tomyrin fœminam & duce capiteq́; carentem ad prælium atque pugnam sese offerre: Cyrum verò regem Cambysis

Cambysis filium eidem occurrere non audere: sed tam expectare diu, donec cum exercitu illa Persas adoriatur. Postremò à facili, & conditione atq; moribus Massagetarum: quòd hi vino generoso aliisq; delitiis minus assueti superari facilè possint: si fuga simulata, in castris vina pretiosa: ibi lautiores: id genus alia relinquantur. Probationi hæc inseruiunt: conciliationi accommodata illa sunt: cum offensionis et periculi vitandi ergo Croesus, vt sua in sententia singularis, fidem in regem suam testatam facit: indicat prudentiam experientia, & ærumnis atq; miseriis partam. Motus duo hic dominantur: metus ac pudor: quorum ille expositione malorum, quæ à Massagetis reformidanda, excitatur: hic verò oritur: cum turpe esse ostenditur, mulieri Cyrum cedere, & pugnam detrectare. Collocatio & tractatio horum tribus partibus constat. Exordio beneuolentiæ causa instituto: quæ fidei in regē declaratione dicendiq; libertatis excusatione paratur. Deinde propositione ἐνδείξει τῆς γνώμης, sententiæ dictione facta. Postremò Confirmatione, quæ argumentis ante ostensis absoluitur. Loci obseruandi hic sunt: de consiliarii & ministri fidi officio: de experiētia: de humanæ vitæ incertitudine atq; inconstantia. Vsus cū deliberatio ac quæstio instituitur: vtrum nostris in finibus hostem expectare: aut eidem ante occurrere debeamus: quàm nostrum ille agrum attigerit.

EQVIDEM tibi, rex, etiam antea dixi, quandoquidem Iupiter tibi me tradidit, quicquid animaduertero errati in tua domo, id omne me pro viribus auersurum. Nam mei casus, etsi ingrati, mihi tamen extitêre disciplinæ. Si tibi esse videris immortalis, & eiusmodi exercitui præesse, nihil est opus vt meam tibi dicam sententiam. Sin verò te quoq; agnoscis hominem esse, & aliis talibus præesse, illud in primis discito, humanarum rerum circulum esse, qui rotatus, semper eosdem fortunatos esse finit. Ideoq; de hac quam propofuisti re, secus ego atq; isti sentio. Si enim hostes in hanc terram volemus excipere, id tibi ex hoc periculū erit, ne fugatus omne amittas imperium: quia haud dubiè victores Massagetæ, non se retrò fuga recipient, sed tuas prouincias adorientur. Victor autem tu non adeo multum vincis, quàm multum, si traiiciēs in terram illorum, victis Massagetis instabis fugientibus. Hoc enim pro illo substituito consilium, vt victo hoste, rectà pergas ad subigendū Tomyridis regnum, & quidem sine duce. Turpe est enim atq; intolerabile, Cyrum, Cambysis filium, mulieri cedentem detrectare pugnā. Itaq; mihi placet, traiectis copiis procedere eo vsq; dum illi in occursum prodeant: atq; de hinc ita faciendos dare operam vt illos superemus. Namq;, vt ego audio, Massagetæ bonorū sunt Persicorum insueti, & magnorū com-

I. (margin, beside line 1 of the speech); II. (margin, beside "propofuisti re"); III. (margin, beside "hanc terram")

ADMONITIO DE RATIONE PVGNANDI CVM HOSTIBVS.

Ex Liuij Lib. XXII. Ab vrbe condita.

ORATIO Q. FABII AD L. PAVLVM Aemilium consulem.

RESOLVTIO.

CVm cõtra Hannibalem bellũ mandatum C. Terentio Varroni & L. Paulo Aemilio Coss. esset: gloriaretur ille, se non, vt alij, cunctando rem acturum, sed celeritate vsurum ea, qua illicò hostis superetur: Fabius Aemilio ad se accersito, suasit, ne temeritatem Collegæ sui secutus subitò hostem aggrediatur, sed suo more, cunctando eum vincere studeat. Rationes, quæ afferuntur istæ: quòd 1. Ipse ratione hac sit vsus contra Hannibalem feliciter. 2. Hannibal in aliena hostili procul à patria remota terra bellum gerat. 3. Magnam exercitus partem iam amiserit. 4. Commeatuum penuria laboret. 5. Pecunia destituatur. 6. Senescat indies, ideoq; sedendo ac cunctando superari facilè possit. 7. Hanc secuti viam consules proximi Seruilius & Atilius Hannibalem sint ludificati. 8. Festinatio nimis improuida ac perniciosa. 9. Infamia falsa, gloria vana contemnenda. Ad conciliandum sunt accommodata: cùm quare hanc apud Aemilium instituat admonitionem Fabius ostendit: quòd scilicet infestiorem aduersarium Collegam; quàm ipsos hostes ille sit in bello habiturus: propter temeritatem, audaciam, imprudẽtiam huius: ita de suis rebus gestis loquitur: vt euentu ac rationibus, id quod affirmat, probet. Motus duo contrarij sunt: metus & spes seu confidentia. Ille excitatur, cum quid Flaminio acciderit, sit reformidandum Aemilio ostenditur: hæc mouetur cum quo pacto & quàm facilè superari Hannibal negotio queat, indicatur. Collocatio ac tractatio horum absoluitur: principio ad beneuolentiam captãdam instituto, quam sibi conciliat Fabius, cùm facti sui rationem reddit: suam in Aemilium beneuolentiam, in Rempub. curam atq; solicitudinem testatam facit. Confirmatio rationes consilij ante indicatas complectitur. Refutatio dissolutionem continet eorum, quæ de querelis militum, fama aduersa, rumoribus parum commodis, iudicijs sinistris, obijci, deterrere à Fabij instituto Aemilium poterant. Conclusio προτροπῇ adhortatione cõstat ad industriã, diligentiam, vigilantiã, & fugã præproperæ festinationis. Loci cõmunes hic obseruandi egregij: de ratione belli aduersus eos administrandi, qui in aliena & hostili terra, procul à domo ac patria illud gerũnt: difficultatibus, quibus in castris laboratur: falsa infamia & rumoribus hominum in bello contemnendis: vi veritatis: occasionibus rei gerendæ non negligendis: festinatione fugienda. Pluris cum ad bellum euntibus Ducibus consi-

amnem traiecit: plures fames quã ferrum absumpsit:nec his paucis iam victũ suppeditat. Dubitas ergo,quin cum sedendo superaturi simus,qui senescat in dies?non cõmeatus,non supplementum,non pecuniã habeat? Quamdiu pro Geronis,castelli Apuliæ inopis,tanquam pro Carthaginis mœnibus pugnatũ est: Sed ne aduersus te quidem ego gloriabor. Cn.Seruilius, atq; Attilius,proximi consules, vide quemadmodum cum ludificati sint. Hæc vna salutis est via,L.Paule, " quã difficilem infestamq; ciues sibi magis, quàm hostes facient. Idem enim tui,quod hostiũ milites,volent: idẽ Varro cõsul Romanus, quod Annibal Pœnus imperator, cupiet: duobus ducibus vnus resistat oportet.Resistes aũt,aduersus III. famam rumoresq; hominum,si satis firmus steteris:si te neq; " collegæ vana gloria,neq; tua falsa infamia mouerit. A` veritate laborare nimis ius sæpè aiunt,extingui nunquã. Gloriã " qui spreuerit,verã habebit. Sine timidũ pro cauto,tardũ pro " considerato, imbellẽ pro perito belli vocent, male te sapiẽs " hostis metuat,quam stulti ciues laudent. Omnia audentem " cõtemnet Annibal:nil temerè agentem metuet. Nec ego,vt " nihil agatur,sed vt agẽtẽ te ratio ducat,nõ fortuna. Tuæ potestatis semper, tuaq; omnia sint: armatus intẽtusq; sis,neq; IV. occasioni tuę desis, neq; suã occasionẽ hosti des. Omnia nõ " ꝑperãti clara certaq; erũt: festinatio improuida est & cæca. "

SVASIO DEDITIONIS.

Ex Liuij Lib. XXI Ab vrbe condita.

ORATIO ALORCHI HISPANI ad Saguntinos ab Annibale obsessos.

RESOLVTIO.

CVm ab Hannibale Saguntini obsessi ad extremam necessitatem, propè desperationem venissent, Alorchus Hispanus, sub Hannibale militans, veteris amicitiæ & hospitij Saguntinorum memor, Saguntum venit: conditiones pacis ab Hannibale oblatas exposuit: suasit vt has licet duras & acerbas acciperent, his rationibus & argumentis vsus: quòd 1. *Saguntini Romanorum amplius auxilia sperare nequeant.* 2. *Neque suis vel armis, vel mœnibus satis sese defendere contra Carthaginenses valeant.* 3. *Quasi victi iam, pro munere cogantur habere, quicquid relinquatur ab hoste: cum omnia victoris sint.* 4. *Vrbs magna ex parte sit diruta & propè capta.* 5. *Fortuna aduersa, etiam aduersa & grauia ferat.* 6. *Satius sit hæc pati ac ferre, quàm corpora trucidari, rapi ac trahi coniuges & liberos. Ad conciliandum sunt accommodata: cum causas*

sui ad Saguntinos aduentus indicat, hospitij ius vetus: studium salutis & commoditatis Saguntinorum: quod in pacis cōditionibus graue atque acerbum videri poterat, ratione hostis victoris, & fortunæ aduersæ mitigat. Motus metus est excitatus eorum significatione, quæ reformidanda, nisi pacis conditionibus admissis sese dedant. Principiis προλήψει constat qua tacitis cogitationibus & suspicionibus Saguntinorum occurrit. Alorchus. aduentus sui ad Saguntinos causas indicat Propositio ἔνδειξιν habet pacis. sed necessariæ magis, quàm æquæ. Confirmatio expositionem continet conditionum pacis & ad has recipiendas suasionem. Conclusio προτρεπτικῇ cohortatione ac denuntiatione malorum absoluitur, quæ repudiatis conditionibus, metuenda. Loci communes sunt de conditione eorum qui victi, aut extremas redacti in angustias pro munere habere coguntur, quicquid relinquitur: fortunæ aduersæ iniquitate: iure belli quo omnia victorum sunt. Vsus erit, cum pacis conditiones ad victos sunt referendæ: his ipsis suadendum, ne eas aspernentur ac repudient.

I. SI ciuis noster Alcon, sicuti ad pacem petendam ad Annibalem venit, ita pacis conditiones ab Annibale ad vos retulisset, superuacaneum hoc mihi fuisset iter, quo nec orator Annibalis, nec transfuga ad vos venissem. Cum verò ille aut vestra, aut sua culpa mansérit apud hostem: (si metū simulauit sua vestra: si periculum est apud vos vera referentibus) ego, ne ignoretis esse aliquas & salutis & pacis vobis conditiones, pro vetusto hospitio, quod mihi vobiscum est, ad vos veni. Vestra autē causa me, nec vllius alterius loqui, quæ loquor apud vos, vel ea fides sit, quod neque dum vestris iuribus restitistis, neque dum auxilia ab Romanis sperastis, pacis vnquam apud vos mentionem feci. Postquam nec Romanis vobis vlla spes est, nec vestra iam aut arma vos
II. aut mœnia satis defendunt, pacem affero ad vos magis ne-
III. cessariā quàm æquā. Cuius ita aliqua spes est, si eam quēadmodum, vt victor fert Annibal, sic vos vt victi audiatis, si nō
" id quod amittitur, in damno, cum omnia victoris sint: sed
" quicquid relinquitur, pro munere habituri estis Vrbem vo-
" bis, quam ex magna iam parte dirutam, captam ferè totam habet, adimit: agros relinquit, locum assignaturus, in quo nouum oppidum ædificetis: aurum argentumq; omne publicum priuatumque ad se iubet deferri: coniugum vestraque corpora, ac liberorum vestrorum seruat inuiolata: si inermes cum binis vestimentis velitis à Sagunto exire. Hæc victor hostis imperat: hęc quanquam sint grauia atque acerba fortuna vestra vobis suadet. Equidem haud despero, cum omnium potestas ei à vobis facta sit, aliquid ex his re-

bus

bus remissurum. Sed hæc patienda cēseo potius, quàm trucidari corpora vestra, rapi trahique ante ora vestra coniuges ac liberos belli iure finatis. IV.

DISSVASIO DEDITIONIS.

Ex Liuij XXVI. Lib. Ab vrbe condita.

ORATIO VIBII VIRII CAMpani ad Campanos.

RESOLVTIO.

OBsidione diuturna fracti Campani dedere vrbem obsidētibus Romanis constituerunt, eaque de re in Senatu deliberarunt. Non ergo tam Capuæ, quàm sibi metuens Vibius Virius, vt qui effecerat, vt a Romanis Campani deficerēt, deditionē argumentis dissuasit: quod 1. hactenus variè Romanos offenderint Campani: defectione, contumelia & cæde præsidij Romani: eruptionibus crebris in obsidentes, castrorum oppugnatione: accersito Hannibale & ad Romam oppugnādam misso. 2. Romani ira infestissima od o capitali atque execrabili Campanos prosequantur: cuius signa & indicia: quod relicto Hannibale, omissis omnibus alijs ad Capuam oppugnandā exercitus suos miserint: alterum iam annum in obsidione consumant: neque vlla vel sua, vel sociorum suorum clade ab hac auocari sese patiantur: imò etiam Romæ ipsius obsidionem ab Hannibale factam negligant: cum etiam feræ bestiæ, periculo ostenso, ad cubilia & catulos suos properent. 3. Deditionem omnis sint generis mala atque incommoda secutura: vt vincti per vrbem in triumpho trahantur: afficiantur supplicio: diruatur & incendatur patria: ad stupra matronæ, virgines, pueri rapiantur. 4. Romani Albæ non pepercerint, à qua tamen oriundi ipsi erant: sed à fundamentis eam euerterint. Decorum hic obseruatum hominis ad extremam redacti rerum desperationem & quiduis tentantis modò hostium in manus ne venire necesse habeat. Motus metus est, qui excitatur, cum recensentur mala & incommoda, quæ expectanda Campanis, si se atque vrbem suam dedere Romanis voluerint. Principium ex abrupto factum & dissimilitudinem præteritæ ac futuræ deditionis continet. Confirmatio argumenta modò notata complectitur, quibus deditionem Virius dissuadet. Conclusio consilij indicationem habet: quo mala & incommoda declinare cuncta possint Campani: vt veneno hausto se ipsos necent: post magno rogo accenso vnà cremenentur, atque ita honestè libereque moriantur: sui post se insignem memoriam relinquant. Loci his communes: de conditione eorum, qui semel defecerunt: socijs & fœderatis damna dederunt plurimā: obsidionibus arctis & continuis mi-

ſeriùs deditione hoſtium in poteſtatem redactorum: victoriæ inſolentiæ. Vſus cum dehortari noſtros volumus, ne obſeſſi ijs ſeſe dedant: quos offendiſſe ſeſe, & hoſtes habere infenſiſſimos norunt.

I. QVID vos,eam deditionem fore cenſetis,qua quondã
vt aduerſus Samnites auxiliũ impetraremus,nos no-
II. ſtraque,omnia Romanis dedimus? Iam e memoria exceſſit,
quo tempore & in qua fortuna à P. R. defecerimus? iam
quemadmodum in defectione præſidium, quod poterat e-
mitti,per cruciatum,& ad contumeliam necauerimus?quo-
ties in obſidenteis quàm inimici eruperimus?caſtra oppu-
gnauerimus?Annibalem vocauerimus ad opprimẽdos eos?
hoc quod recentiſſimum eſt:ad oppugnandam Romã hinc
cum miſerimus? Age contrà quæ illi infeſtè in nos fecerint,
repetite vt ex eo quid ſperetis habeatis. Cum hoſtis alieni-
gena in Italia eſſet: & Annibal hoſtis,& cuncta bello arderẽt:
omiſſis omnibus: omiſſo ipſo Annibale, ambos Coſs. &
duos cõſulares exercitus ad Capuam oppugnandã miſerũt.
Alterum annum circumuallatos incluſoſq; nos fame mace-
rant,& ipſi nobiſcum vltima pericula, grauiſſimos labores
perpeſſi,circa vallum ac foſſas ſæpe trucidati,& propè ad ex
,, tremũ caſtris exuti. Sed omitto hæc,vetus atque vſitata res
,, eſt,in oppugnanda hoſtium vrbe labores ac pericula pati:il-
,, lud iræ atque odij execrabilis iudicium eſt. Annibal ingen-
,, tibus copiis peditũ equitumq; caſtra oppugnauit: & ex par-
te cœpit tanto periculo nihil moti ſunt ab obſidione. Profe
ctus trãs Vulturnũ percuſſit Calenum agrum: nihil tãta ſo-
ciorum clade auocati ſint. Ad ipſam vrbem Romam infeſta
ſigna ferri iuſſit: eam quoq; tempeſtatẽ imminentẽ ſpreue-
runt. Tranſgreſſus Anienem,tria millia paſſuum ab vrbe ca-
ſtra poſuit: poſtremò ad mœnia ipſa & ad portas acceſſit:
Romã ſe ademptuorum eis,niſi omitterẽt Capuam,oſtendit:
,, & non omiſerunt. Feras beſtias cæco impetu ac rabie conci-
,, tatas,ſi ad cubilia & catulos earum ire pergas,ad opem ſuis
,, ferendam auertas: Romanos Roma circumſeſſa, coniuges,
liberi,quorũ ploratus hic quoq; propè exaudiebantur: aræ,
foci,deûm delubra, ſepulchra maiorũ temerata ac violata,à
Capua nõ auerterũt: tanta auiditas ſupplicij expetendi,tãta
ſanguinis noſtri hauriendi eſt ſitis. Nec iniuria forſitan: nos
quoque idem feciſſemus,ſi data fortuna eſſet. Itaque quan-
do aliter Diis immortalibus viſum eſt, cum mortem ne re-
cuſare quidem debeam: cruciatus cõtumeliaſque quas ſpe-
rat hoſtis,dum liber,dum mei potens ſum, effugere morte
prætcrquam honeſta, etiam leni poſſum. Non videbo Ap.
Clau-

Claudium & Q. Fuluium victoria insolenri subnixos: neque vinctus per vrbem Romam triumphi spectaculum trahar: vt deinde in carcere, aut ad palum deligatus, lacerato virgis tergo, ceruicem securi Romani subiiciā: nec dirui incendique patriam videbo: nec rapi ad stuprum matres Campanas, virginesque & ingenuos pueros. Albam, vnde ipsi oriundi erant, à fundamentis proruerunt, ne stirpis, ne memoria originum suarum extaret: nedum eos Capuæ parsuros credam, cui infestiores quàm Carthagini sunt. Itaque quibus vestrûm ante fato cedere, quàm hæc tot & tam acerba videant, in animo est: iis apud me hodie epulæ instructæ paratæq; te sunt. Satiatis vino ciboque, poculum idem quod mihi datum fuerit, circumferetur: ea potio corpus à cruciatu, animum à contumeliis, oculos, aures, à videndis audiendisq; omnibus acerbis indignisq;, quę manent victos, vindicabit. Parati erunt, qui magno rogo in propatulo ædium accenso corpora exanima iniiciant. Hæc vna via & honesta, & libera ad mortem & ipsi virtutem mirabuntur hostes, & Annibal fortes socios sciet ab se desertos ac proditos esse. III.

PETITIO HONORATI IN BELLO loci.

Ex Herodoti Lib. IX.

ORATIO I. TEGEAtarum.

RESOLVTIO.

Contentio inter Tegeatas & Athenienses orta de loco in bello fuit: vtrum hi aut illi cornu tenere alterum in acie deberent. Honorem hunc sibi deberi Tegeatæ contenderunt: tribus potissimum rationibus vsi: quòd 1. Honos is semper in peregrinationibus atque expeditionibus habitus Tegeatis fuerit. 2. Habitus fuerit meritò propter virtutes ac merita præclara. 3. Comparatione facta, ob res gestas, Atheniensibus præferendi sint. Conciliationi & ἤθει istud acómodat 4. quod non stulta arrogantia, sed iure alterum sese cornu petere Tegeatæ affirmant: optionem cedunt Lacedæmonijs. Motus ζῆλος æmulatio. Collocatio commemoratione virtutum ac rerum gestarum: deinde petitione constat, vt alterum sibi tenere cornu liceat. Vjus erit, cum in societate belli, de loco in acie lis atq; contentio oritur: sartam tectam, nostram nostrorumq; tueri dignitatem cupimus.

HOc nos ſemper digni honore è ſociis omnibus habiti ſumus, quotieſcunq; à Peloponnenſibus cõmuniter in externas peregrinationes itum eſt, & proximè, & quondam iam inde ex quo Heraclidę poſt mortẽ Euryſthei ſunt conati in Pelopõneſum redire. Quo tempore hanc dignitatẽ aſſequuti ſumus ob hanc rem geſtã: Poſteaquam cum Acheis & Ionibus, qui tunc Peloponneſum incolebant, nos auxiliarij in Iſthmum profecti cõſedimus aduerſus eos, qui redire co„ nabantur, tunc Hyllus orationẽ habuit, nõ expedire vt vterq; „ exercitus confligendo periclitaretur: ſed vt aliis acquieſcentibus, ſecum ſingulari certamine dimicaretis, quẽ Peloponnenſes iudicarent è ſuo exercitu præſtantiſſimum. Accepta conditione Peloponnenſes fœdus in hęc verba percuſſerũt, ſi vinceret Hyllus Peloponneſium ducem, vt Heraclidæ in paterna reuerterẽtur: ſin victus eſſet, retrò Heraclidæ cederent, & exercitum abducerent, neúe per annos centũ de redeundo in Peloponnenſum agitarẽt. Ab omnibus ſocijs ad eam rem volũtarius electus eſt dux atq; idẽ rex noſter Echemus Aëropi filius, Phegei nepos, qui ſingulari congreſſus certamine Hyllum interemit. Ex quo facto nos cum alia decora inter Peloponnenſes aſſequuti ſumus, quæ adhuc obtinemus, túm hoc, vt alteri cornu præeſſemus quoties communiter itur in expeditionem. Et vobis quidem Lacedæmonij non aduerſamur, ſed optionem cedimus vtri cornu præeſſe malitis: alteri verò cornu vt præſimus nobis vẽdicamus, quemadmodum vſq; fecimus ad hoc tempus. Etiam verò citra hoc factum quod narrauimus, Athenienſibus ſumus digniores, qui hanc dignitatem obtineamus: quippe qui proſperè & multa vobiſcum viri Spartiatæ certamina decertauimus, & multa cum aliis. Quo fit, vt æquius ſit nos alterum cornu tenere, quàm Athenienſes: à quibus non tales geſtæ res ſunt, quales nobis, neque recentes, neque vetuſtæ.

ORATIO II. ATHENIENSIVM SVPESIORI PROXIMAE reſpondens.

RESOLVTIO.

TEgeatis hac Oratione Athenienſes reſpondent: & commemoratis rebus à ſe & maioribus ſuis præclarè fortiterque in bellis geſtis, oſtendunt, ſibi eum meritò in acie locum deberi: non tamen hac de re contendere ſed officium ſuum facere velle, quo tandem cunque in loco collocati in acie fuerint. Petitionis igitur inſtitutæ rationes ſumptæ ſunt

sunt à pristina gloria ac rebus gestis Atheniensium, & recentibus meritis atque victoria reportata à sex & quadraginta nationibus Persico in bello. Ad ἦθ@ acconciliandum valet, cum modestè Athenienses causas exponunt, cur ad honoris contentionẽ deueniant: pauca, non omnia præclara facinora atq; promerita recensent, de suo iure libẽter sese cedere ac pugnare strenuè velle profitẽtur: quò ducti fuerint. Motus amor, q excitatur, cũ contẽtiosos minimè esse se Atheniẽses neq; suis delectari laudibus indicant. Collocatio & tractatio tribus absoluitur partibus. Principio προλήψει, occupatione facta & indicatione causæ contrariæ petitionis. Narratione quæ expositionem rerum ab Atheniensibus gestarum continet. Conclusione, præcisione & pollicitatione obedientiæ & officij, vbicunque stare iussi fuerint. Locus hic communis de contentione intempestiua dignitatis loci sùm, cum contra hostem pugnandum: & officio boni viri, qui quẽcunque tandem locum obtinet, vsui emolumentoque Reipub. esse conatur. Vsus, quando ijs respondendum, qui de loci nobiscum dignitate & honore contendunt.

ETSI scimus has copias pugnandi cum barbaro non al- I.
tercandi gratia esse contractas, tamen quoniam Tegeatæ
referre constituit præclara facinora tum vetusta nõ noua,
quæ per omne tempus vtriq; fecerunt, necesse habemus, &
nos exponere apud vos, vnde nobis patrium sit, qui semper II.
egregij fuimus, esse primos potius quàm Arcadibus. Heraclidas, quorum ducem isti apud Isthmũ se prædicant interfecisse, nos soli excepimus, eiectos prius ab omnibus Græcis, quos illi Mycenæorum seruitutem fugientes adibant: & Eurysthei iniuriam vnà cum eisdem pugnando propulsauimus, victoriaq; potiti sumus de iis, qui tum Peloponnesum tenebant. Præterea Argiuos, qui aduersus Thebas cum Polynice militauerant, vita defunctos & insepultos, ducta in Cadmeos expeditione à nobis receptos & in nostra terra apud Eleusinem humatos fuisse dicimus. Iam verò nostrum præclarum facinus extat etiam in Amazonidas, quæ à flumine Thermodonte, aliquando in nostram excurrẽre. Ac, ne in heroum quidem laboribus qui ad Troiã bellauerunt, fuimus in postremis. Sed nihil admodum pertinet horum facere mentionem. Etenim siue qui tunc egregij fuère, nunc instrenui sunt, siue tunc instrenui, nunc egregij sunt, satis sit de rebus priscis ista dixisse. Vt nullæ autem res aliæ nobis gestæ sint, (quæ multæ & præclarissimæ sunt, præ vt quorũcunq; aliorum Græcorũ) certè ob rem in Marathone à nobis gestam digni sumus qui hoc decus, & alia insuper obtineamus; qui soli Græcorum per nos cum Persa dimicauimus, & rem tantam aggressi, victores

euasimus

euasimus, sex & quadraginta nationibus superatis: quo solo nomine digni sumus vt hunc loci honorē consequamur.

III. Verùm non decet in hac rerū conditione de loci dignitate contendere: vbicunq; & iuxta quoscunq; vobis Lacedæmonij videbitur appositissimum nos stare, illuc euntes obtemperabimus. Vbicunq; enim loci nos collocati fuerimus, conabimur strenui existere. Itaq; ducite nos, tanquam vobis parituros.

ADHORTATIO AD REM IN BELLO, NON FORTITER solum, verùm etiam cautè bonoq; ordine gerendam.

Ex lib. II. Thucydidis.

ORATIO ARCHIDAMI SPARtanorum Regis.

RESOLVTIO.

CVm contra Athenienses bellum gesturi essent Spartani & horū socij, Archidamus rex Spartanorum hac oratione Duces est hortatus: diligentem cautionem animiq; magnitudinem vt adhiberent: non nimium fiderent viribus ac multitudini suorum militum, aut etiā hostes Athenienses contemnerent. Rationes istæ: quod 1. Athenienses copias probè instructas & fortiter pugnantes habeant. 2. Tum à maioribus relicta, tùm parta gloria bellica conseruanda. 3. Græcia tota erecta ad hoc bellum, idem votis omnibusq; secūdis prosequatur. 4. Periculum & discrimen omnibus atq; singulis metuēdum. 5. Belli conditio ac fortuna dubia: contemptu hostis sæpè paruis à copiis maximę profligentur. 6. Hostili in terra bellum gerentibus necessaria cum metu facta præparatio. 7. Athenienses hostes tales, vt eorum belli gerendi ratio meritò reformidanda. ἤθικὰ hic & concilianția sunt: cum ita de suis ac suorum rebus gestis atq; laudibus Archidamus agit: vt non hisce Athenienses hostes spoliet· prudēter de belli conditione disserit. Motus ζῆλ@, ęmulatio est mota maiorum & parentum ob oculos gloria constituta: & Metus, qui vtiliter tum excitatur: cum nimium nostri audaces ac confidentes sunt propter ingentes copias, eoq; nomine hostes contemnunt & negligenter rem procurant: huic, allatis iis, quæ terrent homines, occurrendum malo est. Exordium προλήψει factum est: in quo id, quod de ingenti multitudine exercitus Peloponnesiaci dici poterat, diluitur. Pars altera confirmatio argumenta continet: quibus ostendit Archidamus, non solum fortiter, verùm etiam cautè ac prouidè contra Athenienses bellū gerendum esse. Conclusio præcipuorum argumentorum repetitione, & παρόρμησει adhortatione absoluitur. Loci hic obseruandi de hostium cōtemptu

temptu vitando: fugienda negligentia & securitate, quæ è copiarum magnitudine oritur: ancipiti bellorum conditione ac fortuna: insolitis casibus, qui iracundiam & furorem mouent: ordine denique & φυλακῆς custodia atq; mandatorum executione celeri obseruanda. Vsus cum in bello ad cautionem ac diligentiam nostros hortari: iisdem hostium adimere contemptum volumus.

VIRI Peloponnesij sociique, & nostri maiores fecerunt multas expeditiones intra & extra Peloponnesum: & inter nos illi, qui seniores sunt, non sunt imperiti bellorum: nunquam tamen cum tanto apparatu exiuimus, sicut nunc. I.
Sed nunc aduersus vrbem procedimus potentissimam, & antecellimus reliquis Græcis multitudine & opinione rei militaris. Iustum est igitur, nos non videri, aut deteriores maioribus nostris, aut inferiores gloria nostra. Tota Græcia hoc nostro conatu erecta nos intuetur, & optimè cupit nobis propter odium erga Athenienses, optatq; vt perficiamus quæ cogitamus. Non igitur aliquid negligentius agamus, etiamsi videmur plures esse & instructi, nec securitatē nobis polliceamur ex eo, quòd propter hæc hostes nobiscū non sint pugnaturi: sed ducum & militum, vnusquisq; vt qui sese cogitet in discrimen esse venturum, sit paratus ad dimicandum. Omnia enim in bellis obscura sunt, & ex paruo multa existunt. Sæpè ex iracundia fiunt conflictus, sæpè minor multitudo, quæ propter metum cauta est, fortius depulit plures, qui contemptu hostium fuerunt imparati. Ac in terra hostili ita rem geri oportet, vt apparemus nos tanquam metuentes, & pugnemus tanquam audaces. Ita affecti, & ad inuadendos hostes promptissimi erimus, & ad conflictum munitissimi. Neq; verò ad vrbem bello inualidā sed rebus omnibus optimè instructam accedimus, idcirco omninò nobis id persuadeam⁹, quod sit dimicatura, etiamsi nondum sese commouet; quia nondum sumus in conspectu. Fiet id autem, vbi viderint à nobis terram hostiliter vastari, & res suas corrumpi. Omnes enim ex conspectu subiti atque insueti damni in iram exardescunt: & qui minimùm vtuntur ratiocinatione, ij maximè ira ad agendum aliquid permouentur. Athenienses autem multò magis quàm alios consentaneum est hoc facturos esse: qui imperare aliis volunt, & aliena incendere malunt in vicinis regionibus, quàm pati vt sua ab aliis incendantur. Ergo vt aduersus tantam III.
ciuitatem bellum gesturi, & maximam gloriam reportaturi maioribus nostris, & nobis, sequimini animis ad euentum vtrumq; paratis, eò quò ducemini. Sed ordinem seruate ante omnia,

» te omnia, & circumspectionem adhibete, celeriter mandata
» ducum excipientes. Pulcherrimum enim hoc est & tutissi-
» mum, cum simus multi, omnes vno ordine vtentes cōspici.

ADHORTATIO AD FORTITER DEPELLENDOS HOSTES, agrorum populatores.

Ex Liuij lib. III. ab Vrbe condita.

ORATIO T. Q. CAPITOLINI Consulis, ad populum Rom.

RESOLVTIO.

Hortatur hac in Oratione Quirites T. Q. Capitolinus Consul, vt contra Aequos & Volscos arma sumant: qui discordiis Romanorum moti, agros ad ipsa vsq; vrbis mœnia vastabant ac depopulabantur: argumentis hisce vsus: quòd 1. Hostes vastationibus suis non Consules tantum, sed ipsos quoq; Quirites contemnat. 2. Facilè possint superari, vt qui sæpe iam fusi, fugatiq; & mulctati. 3. Mali huius causæ nullæ, nisi discordiæ: quæ remouendæ, cum nihil non benignè Quiritibus concessum. 4. Incommoda, mala, damna omnis generis tàm publicè quàm priuatim metuenda, nisi depellantur hostes, qui iam ante portas vrbi immineant. 5. Muliercularum altercari inter se & otiosè domi desidere. ἠθικὰ conciliantia sunt: cum dolere sese Capitolinus ostendit ob pericula vrbi imminentia & rei indignitatem. nihil mali, tantum pœnitentiam actorum Quiritibus precatur: optare sese indicat: vt placere illis possit: sed malle hos saluos esse indicat: quo tandemcunq; modo animati in sese futuri sint: taxat eorundem grauiter sed sine conuitio vitia. Motus aliquot hic reperiuntur 1. Pudor, qui excitatur, notatione eorum, quę timidè & ignauè fiunt, dedecoris atq; infamię labem aspergunt. 2. καταφρόνησις, contemptio, mota cōditione hostium descripta. 3. Metus, quem suscitat Capitolinus, cum mala, & quidem propinqua ac vicina exponit, quæ non solùm publicè, verùm etiam priuatim ciuibus singulis metuenda. 4. Odium, quod in plebicolas & assentatores inflammatur, cum ostenditur non ciuium, sed suum commodum hos quærere. 5. Aemulatio, quę oritur ad imitandum patriis moribus propositis. 6. Spes deniq; rei contra hostes bene feliciterq; gerendę, si modo intestina mala, ac discordię sublatę fuerint. Collocatio & tractatio horum absoluitur: principio ἀνεπιφθόνῳ, ad beneuolentiam conciliandam accommodato: quando summo cum pudore verba sese facere Capit. ostendit. Deinde Confirmatione, in qua aliquot argumentis idem Quirites hortatur, vt, depositis discordiis, hostes populabundos depellant. Postremò Conclusione motu æmulationis & spei facta. Loci hic aliquot egregij, de discordia ordinum, & malis ex his ipsis ortis a nimio libertatis studio:

ingeniis

ingeniis assentatorum ac plebicolarum: officio bonorum virorum: qui vera & salutaria, quam grata dicere malunt. Vsus, cum ob intestina bella, atq; ordinum in Repub. discordias, damnum dant agris hostes foris: arma sumunt: & adhortatio instituenda, vt depositis simultatibus ac discordiis, illi propulsentur.

ETsi mihi nullius noxæ conscius, Quirites, sum: tamen I.
cum pudore summo in cõcionem vestram processi, hoc vos scire, hoc posteris memoriæ traditũ iri: Aequos & Volscos vix Hernicis modò pares T. Quintio quartum consule ad mœnia vrbis Romæ impunè armatos venisse. Hanc ego ignominiã (quanquã iamdiu ita viuitur, is status rerum est, vt nihil boni diuinet animus) si huic potissimum imminere anno scissem, vel exilio, vel morte, si alia fuga honoris non esset, vitassem. Ergo si viri arma illa habuissent, quę in portis fuére nostris, capi Roma me consule potuit: satis honorũ, satis superq; vitæ erat: mori Consulem tertium oportuit.
Quem tandem ignauissimi hostiũ contempsêre? nos con- II.
sules? an vos Quirites? Si culpa in nobis est, auferte imperiũ indignis: & si id parũ est, insuper pœnas expetite. Si in vobis, nemo deorũ nec hominũ sit, qui vestra puniat peccata, Quirites, vosmet tantum eorum pœniteat. Non illi vestram ignauiam contempsêre, nec suæ virtuti confisi sunt: quippe toties fusi fugatiq; castris exuti, agro multati, sub iugũ missi, & se & vos nouêre. Discordia ordinum est venenũ vrbis huius: patrũ ac plebis certamina: dum nec nobis imperij, nec vobis libertatis est modus: dum tædet vos patriciorum, nos plebeiorem magistratuum, sustulere illi animos. Prò Deum fidem, quid vobis vultis? tribunos plebis cõcupistis, cõcordiæ causa concessimus: decẽuiros desiderastis, creari passi sumus: decemuirorũ vos pertæsum est, coëgimus abire magistratu: manente in eosdem priuatos ira vestra, mori atque exulare nobilissimos viros honoratissimosq; passi sumus: tribunos plebis creare iterum voluistis, creastis: cõsules facere vestrarum partium, etsi patribus videbamus iniquum, patricium quoq; magistratum plebi donum fieri vidimus: auxilium tribunitium, prouocationem ad populum: scita plebis iniuncta patribus, sub titulo æquandarum legum nostra iura oppressa tulimus & ferimus. Qui finis erit discordiarũ? ecquando vnam vrbem habere, ecquando communem hãc esse patriam licebit? victi nos æquiore animo quiescimus, quàm nos victores. Satísne est, nobis vos metuendos esse? Aduersus nos Auentinum capitur: aduersus nos sacer occupatur mons. Esquilias quidem ab hoste propè captas, & scandentem in aggerem Volscum hostem nemo submouit:

in neq

in nos viri, in nos annati estis. Agite dum, vbi hic curiam circumsederitis, & forum infestum feceritis, & carcerem impleueritis principibus: iisdem istis ferocibus animis egredimini extra portam Esquilinam: aut, si ne hoc quidem audetis, ex muris visite agros vestros ferro igniq; vastatos: prędam abigi: fumare incensa passim tecta. At enim communis res per hæc loco est peiore: ager vritur: vrbs obsidetur: belli gloria penes hostes est. Quid tandem? priuatæ res vestræ quo in statu sunt? Iam vnicuiq; ex agris sua damna nunciabuntur. Quid est tandem domi, vnde ea expleatis? tribuni
,, vobis amissa reddent ac restituent? vobis verborumq; quā-
,, tum voletis, ingerent, & criminum in principes, & legum aliarum super alias & concionum: sed ex illis concionibus nunquam vestrûm quisquam re fortunaq; domum auctior rediit. Ecquis retulit aliquid ad coniugem & liberos, præter odia, offensiones, simultates publicas priuatasq;? A quibus semper non vestra virtute innocentiaq; sed auxilio alieno tuti sitis. At hercules, cum stipendia nobis consulibus, nō tribunis ducibus, & in castris, nō in foro faciebatis, & in acie vestrum clamorem hostes, non in concione patres Romani horrebant: præda parta, agro ex hoste capto, pleni fortunarum gloriæq; simul publicæ, simul priuatæ, triumphantes domum ad penates redibatis: nunc oneratum vestris fortunis hostem abire finitis. Hærete affixi concionibus, & in foro viuite: sequitur vos necessitas militandi, quam fugitis. Graue erat in Aequos & Volscos proficisci? ante portas est bellum: si inde non pellitur, iam intra mœnia erit, & arcem & Capitolium scandet: & in domos vestras vos persequetur. Biennio antè Senatus delectum haberi, & educi exercitum in Algidum iussit: sedemus desides domi, mulierum
,, ritu inter nos altercantes, præsenti pace læsi: nec cernentes
,, ex ocio illo breui multiplex bellum rediturum. His ego gra-
,, tiora dictu alia esse scio: sed me vera pro gratis loqui, etsi
,, meum ingeniū non moneret, necessitas cogit. Vellem equi-
,, dem vobis placere Quirites, sed multò malo vos saluos esse,
,, qualicunq; erga me animo futuri estis. Natura hoc ita com-
,, paratum est, vt qui apud multitudinem sua causa loquitur,
,, gratior eo sit, cuius mens nihil præter publicum commodū
,, videt. Nisi fortè assentatores publicos, plebicolas istos, qui
,, vos nec in armis, nec in ocio esse sinunt, vestra vos causa in-
,, citare & stimulare putatis: concitati, aut honori aut quęstui
,, illis estis: & quia in concordia ordinum nullos se vsquam
,, esse vident, malæ rei se, quàm nullius, turbarum ac seditionū
III. duces esse volunt. Quarum rerum si vos tædium tandem capere

capere poteſt, & patrum veſtroſq; antiquos mores vultis pro his nouis ſumere: nulla ſupplicia recuſo, niſi paucis diebus hos populatores agrorum noſtrorum fuſos fugatoſq; caſtris exuero: & à portis noſtris mœnibuſq; ad illorum vrbes hunc belli terrorem, quo nunc vos attoniti eſtis, tranſtulero.

ADHORTATIO AD STRENVE FORTITERQVE PVGNANDVM.

Ex Liuij Lib. V. Ab vrbe condita.

ORATIO M. FVRII CAMILLI Dictatoris ad milites.

RESOLVTIO.

COnſternatos milites ſuos ob hoſtium copias magnas hac in oratione Camillus Dictator erigit ac hortatur, vt animis erectis & infractis, cum his pugnent, his rationibus: quod 1. Ducem ſe habeant. 2. Ipſi fortes ac felices in prælijs: res præclarè in his geſſerunt. 3. Hoſtes ſuperati ſæpe perpetuam virtutis & gloriæ materiam Romanis ſuppeditent. ἠθικὸν, & ad conciliandũ accommodatũ: quòd modeſtè, nõ elatè de ſe Camillus ſentit ac loquitur: res à ſe geſtas non amplificat, ſed præteritione tractat: in ſe nihil niſi ſeipſum vult ſpectari. Motus ſpes & fiducia excitata rebus ante ex animi geſtis atq; adminiſtratiẽ ſententia, reportatis victorijs, hoſtium extenuatione. Principium obiurgatione cõſtat triſtitiæ ac cunctationis militum. Confirmatio argumenta continet erigentia & excitantia milites ad fortiter atq; animosè pugnandũ. Concluſio adhortatione & pollicitatione certæ victoriæ abſoluitur. Loci communes de conditione hoſtium, qui materiam ſæpe virtutis atq; gloriæ nobis ſuppeditant: ijs quæ in Duce ſpectãda: euentus ſimili ijſdem ex actionibus expectandi. Vſus, cum metus eximendus ijs, qui magnas hoſtium copias reformidant: adhortatio ad fortiter cum his pugnandum inſtituenda.

QVAE triſtitiá milites hæc, quæ inſolita cunctatio eſt? I.
Hoſtem, an me, an vos ignoratis? Hoſtis quid aliud II.
eſt, quam perpetua materia virtutis glorięq; veſtræ? Vos cõ- „
trà, me duce (vt Falerios Veioſq; captos, & in capta patria „
Gallorum legiones cæſas taceam) modò tergeminæ victoriæ triplicem triumphum ex his ipſis Volſcis & Aequis, & ex Hetruria egiſtis. An me, quòd non Dictator vobis, ſed tribunus ſignum dedi, non agnoſcitis ducem? Neq; ego „
maxima imperia in vos deſidero: & vos in me nihil præter „
meipſum intueri decet. Neq; enim dictatura mihi vnquàm „

III. animos fecit, vt ne exilium quidem aderint. Iidem igitur omnes sumus: & cum eadem omnia in hoc bellum afferamus, quæ in priora attulimus, eundem euentum belli expectemus. Simul concurreritis, quod quisq; didicit ac consueuit, faciet: vos vincetis, illi fugient.

ADHORTATIO AD STRENVE FORTITERQVE PVGNANDVM.

Ex Liuij Lib. VII. Ab vrbe condita.

ORATIO M. VALERII CORVINI Cons. ad milites.

Resolvtio.

CVm auxilia Campanis ferenda, bellum indicendum Samnitibus Senatui Romano placuisset: hanc eò ob causam missi Coss. Valerius & Cornelius fuissent: Valerius ad fortiter contra Samnites hostes pugnandum hac est oratione milites hortatus. Rationes sunt: quòd ducem habeant, qui virtute & rebus præclarè gestis tres consulatus summamq; laudem sibi compararit. 2. Magna sint militibus spectanda: cum ampla ipsis præmia proposita: Consulatus non amplius patribus solùm, verùm etiam plebeijs patent. 3. Ipse dux & coluerit, & adhuc colat plebem Romanam. Ad conciliandum istud valet: quòd non dicta, sed acta sua sequi vult milites: in hos suam testatam beneuolentiam facit: elatè atq; arroganter de se minimè sentire, aut efferri generis splendore ac vetustate indicat. Motus Amor, qui oritur, cum virtute, non factionibus, aut titulis alijs non bonis, ad honores quis ac dignitates peruenit. Collocatio & tractatio primò cohortationem habet ad imitationem cùm factorum atq; exemplorum ducis: altera rationes continet ad fortiter pugnandum incitantes: postrema conclusio repetitione cohortationis absoluitur. Loci sunt, de ducis boni officio, qui mores rationesq; instituere suas debet: vt huius facta & exemplum imitari milites possint: de ratione emergendi atq; inclarescendi bona ac legitima: de beneuolentia eodem semper tenore retinenda. Vsus, cum blandè milites compellandi, excitandiq; sunt, vt Ducis sui exemplùm imitati, strenuè contra hostes pugnent.

I. FACTA mea, non dicta vos milites, inquit, sequi volo: nec disciplinam modó sed exemplum etiam à me petere. ,, Non factionibus modò nec per coitiones vsitatas nobilibus, sed hac dextra mihi tres consulatus, summamque lau-
II. dem peperi. Fuit, cum hoc dici poterat Patricius enim eras, ,, & à liberatoribus patriæ ortus: & eodem anno familia ista ,, consulatum, quo vrbs hæc consulem, habuit. Nunc iam, nobis patribus vobisq; plebeijs promiscuus consulatus patet: nec

nec generis, vt antè, sed virtutis est præmium. Proinde summum quodq; spectare milites decus. Non si mihi nouum hoc Coruini cognomen diis autoribus homines dedistis, Publicolarum vetustum familiæ nostræ cognomen memoria excessit. Semper ego plebem Romanam militiæ domiq; priuatus, in magistratibus paruis magnisq; æquè tribunus ac consul, eodem tenore per omnes deinceps consulatus colo atq; colui. Nunc quod instat, diis bene iuuantibus, nouum III
atq; integrum de Samnitibus triumphum mecum petite.

ADHORTATIO AD STRENVE FORTITERQVE PVGNANDVM.

Ex Alberti Krantzii Historiarum Sueciæ Libro IV.

ORATIO PAVLI, EQVITVM EX Sicilia præfecti: cum suis Adriani in mole Romæ obsessi.

RESOLVTIO.

CVm Tatilas rebus secundis, & ad voluntatem fluente fortuna vsus, post Belisarii discessum tertiò Romam obsid[ione cinxi]sset, & cepisset quoq;: Paulus quidam Equitum præfectus ex Sicilia, vir fortissimus, in extremas redactus angustias, suis author equitibus fuit: vt strenuè fortiterq; pugnando honestè glorioseq; mori, quàm vel turpiter sese dedere, vel fame perire mallent. Rationes, in medium allatæ sunt. 1. Hostibus vndiq; circumfusis, fugere non liceat. 2. Deditio, non modò turpis, verum etiam periculosa, propter barbarorum crudelitatem ac sæuitiam. 3. Auxiliorum spe sublata, diu obsidionem ferre fameq; premi stultum & imbelle. 4. Honestum ac laudabile non multos mori. 5. Alio tēpore ac breui fortè omnibus hæc cum morte vita cōmutanda. πάθη motus sunt αἰσχύνης καὶ φόβου, pudoris & metus: quorū ille dedecoris ac turpitudinis excitatur notatione: hic mouetur, cu, quid reformidandū vel deditione, vel obsidione cōtinuata, ostenditur. ἠθικὸν ad conciliandum accommodatum est: quòd militaris hominis vereq; fortis hic ingenium describitur. Collocatio constat horum: Principio ex abrupto facto: Confirmatione rationes continente, quibus ostenditur, satius esse fortiter pugnādo cadere, quam miserè turpiterq; vitam traducere: Conclusione προτροπῆ, cohortatione absoluta ad mortem gloriosam oppetendam. Loci hic obseruandi: de deditionis conditione: fame cæterisq; ferendis, quæ secum obsidiones ferunt: morte honesta & gloriosa vitæ, aut seruituti turpi anteponenda. Vsus, cum extremas in angustias atq; difficultates redactos milites adhortari volumus: vt fortiter dimicando, aut salutis sibimet viā aperiant aut occumbant:

I. QVOCVNQVE nos vertamus, commilitones, extrema
II. nos circumstant. Nam fugę nulla facultas est: circumfusis hostium copiis, ac nos impigrè obseruantibus. Deditio autē supra turpitudinem vilitatemq; consilij, cruciatus insuper & excarnificationes portēdit. Barbarorum enim sæuitia simplici mortis genere contenta esse non solet. Durare verò in obsidione, ac cibo equorū pasci, eorū esset, qui auxilia sibi ventura expectarent. Nobis autē carentibus ea spe, " nulla ratio suadere hanc tolerantiā potest, nisi vilissima de-" trectatio mortis: ceu pueri formidolosi, dolore confici ma-" lunt, quàm ferro secari. Ego verò dedi hostibus, & tabescere " inedia, eorum puto, qui cor & sanguinem nō habent. At nobis strenuis & præliorum non insuetis, gloriosa mors complectenda est. Sic enim moriamur, vt sanguine hostium madentes, nō inulti cadamus. ne rideat hostis nostros interitus, sed fleat: nec iugulum nostrū præbeamus, sed iugulū suum ferro nostro perfringamus. Quid enim paucorum annorum accessio nobis prodesset, quum, etsi nunc seruati, paulo pòst simus obituri? Gloria extēdere vitam hominibus potest, na-" tura non poterit. Ite igitur mecum ad gloriosam mortem,
III. quam ciues simul & hostes admirabuntur.

ADHORTATIO AD STRENVE FORTITERQVE PVGNANDVM.

Ex Vngaricarum Hist. Appendice.

ORATIO D. ALBERTI A' LASKO, Palatini Syradiensis ad milites.

RESOLVTIO.

Moldauica expeditione suscepta Iacobum Basilicum Despotā in regnum introducere, & Alexandrum principem loci illius crudelē eijcere volens Albertus à Lasko, hanc ad milites orationem habuit, in qua ad strenuè fortiterq; pugnādum eos est hortatus his argumentis. Quòd 1. laudabile ac gloriosum semper sit habi.ū bello tyrannos prosequi ac punire: commendatū hoc in Hercule. 2. Ipse, cōtra quem arma sumpta, homo impius sacrilegus, omnibus vitijs ac flagitijs pollutus. 3. Fraude & dolo regionē, quā possidet, occuparit: nō titulo bono obtineat, ideoq; immaniter eā depopuletur. 4. Sit contrà Iacobus Basilicus genere nobilissimus, regionis legitimus successor ac hæres: iniquè armis petatur ab Alexādro. 5 Superari hic nō magno negotio queat, cuius milites metu potius, quàm amore agās, qua agunt, inuiti militent. 6. Causa bona & iusta, in qua hostilis exercitus numerosus minimè metuen-

metuendus. Ad conciliandum valet: cum ὑπολήψεσι, cogitationibus ac suspicionibus sinistris occurritur: expeditionis causæ falsæ remouentur, veræ ponuntur: iustas ac honestas eas esse ostenditur: studium honestatis, iustitiæ amor, odium crudelitatis, tyrannidis, impietatis declaratur. Motus sunt: odium, quod in Alexandrum concitatur expositione eorum, quæ impiè, sceleratè, crudeliter ab hoc perpetrata: & spes seu confidentia mota illorum commemoratione, quæ animosos in bello homines, etiam in paucitate, reddere solent: cuiusmodi sunt: causæ conditio, aliorum exempla, qui parua manu magnos exercitus superarunt, laus ac gloria immortalis proposita, emolumenta & commoda haud vulgaria, quæ expectanda: ducum animi promptitudo & alacritas. Collocatio ac tractatio horum absoluitur. 1. Exordio accommodato ad beneuolentiam conciliandam, quæ paratur significatione causarum expeditionis institutæ. 2. Confirmatione facta argumentis ijs, quæ ad fortiter prælium ineundum ac pugnandum excitare milites consueuerunt. 3. Conclusione, quæ præcisionem longioris præmiorum enumerationis, & repetitionem præcipuorum argumentorum habet. Loci sunt obseruandi de bellorum causis iustis ac iniustis: famæ atq; immortalitatis studio: tyrannorum odio & persecutione: metu, non bono rerum gerendarum custode. Vsus erit, cum in hæredis ac successoris legitimi in Dinarchiam introductione armis facta, ad animi magnitudinem & fortitudinem milites cohortari volumus.

NON tam elatum animum, neq; tam superbam mentem I.
Dij immortales dedêre mihi, Milites, vt auiditate dominandi, in dubium Martis discrimen vos huc, in alienam, & nobis omnibus prorsus incognitam terram, ex patrijs sedibus educere consilium haberem: neq; tam diuitiarum cupidam, vt earum studio & vitam meam, & sanguinem etiam vestrûm periculo obiicere vellem. Si enim nullum vnquam triste imperium, in eos quos mihi natura subiugauit, exercui: & si tot ditiones, iure hæreditario ad me delapsas, parui apud me semper feci: quis quæso erit, qui me superbè affectantem imperia, vel auarè ambientem diuitias, aut esse existimet, aut me huc venisse propterea putet? FAMA, Milites, "
fama atq; immortalitatis studium eô me pertraxit, vt, obli- "
tus quietis domesticæ atq; vitæ priuatæ (quam hi tantum fe- "
licem putant, qui sub diuo somno se dare inhonestum exi- "
stimant: & iniurias ventorum, niuis, frigoris, algoris, inediæ "
ac vigiliæ subterfugiunt) vobiscum vna huc memet contu- "
lerim: iniquissimi ac crudelissimi tyranni vitam salutemque persequuturus. Antiqua secula Herculem modò laudibus II.
& gloria prosequuta sunt, sed etiam in numerum Deorum

immortalium retulerunt: propterea quòd is contra Diomedem Thracum Regem (qui carnibus hospitum, & sanguine ipsorum equos suos pascebat) bellum instituisset, deuictum [illegible] & in ira ista dissectum, in pabulum præbuisset, Philant[illegible] quoque, Dryopum regem, Apollinis Delphici tem[illegible] ausum (Deûm hæc iniuria fuit) regno spoliauit illadq[illegible] Meliensibus incolendum dedit. Quod ab eo factum esse, multi autores sunt, non vt regnũ affectaret; sed, v[illegible] Diuorum, ho[illegible] num denique, vltum iret, & famam virtutis suæ æternitati relinqueret. Is animus mihi est, Milites. Bellum enim suscepi, gloriæ magis quam diuitiarum aut imperij cupiditate ductus: & suscepi contra eũ, qui nec Diis, nec mortalibus vnquam pepercisse videtur: & qui præter inferendas iniurias, & exercendam crudelitatẽ nihil pensi vsquam est. Non veretur homo omnium quos terra sustinet, sceleratissimus, in dona Deûm auaras, in sanguinem autem mortalium cruentas manus iniicere. Quod enim fanum ab illius auaritia intactum mansit? Taceo homines ab illo contra ius fasque violenter trucidatos: quorum sanguine hic fluuius sæpe inundauit: cadaueribus autem hæ syluæ, hæc prata repleta, & volucres in aëre volitantes pastæ sunt. Hæc sua voluptas est: in conspectu vxorum maritos, ante oculos liberûm, parentes vita spoliare. In hunc modum iuncti principis officio sese perfungi existimat, vbi fana & delubra Deorum spoliauerit, liberos in præsentia parentum trucidauerit, in iustum æquè ac iniquum sæuierit; neminem, nisi fraudis & cædis alicuius reum in suis reposuerit. Ad quem vindicandum hæ arbores, quas cernitis, Milites, hi lapides, qui pedibus vestris teruntur, hic fluuius, qui equos vestros vosquemetipsos potat, hic locus denique, quem occupastis, hi etiam montes quos cernitis eminere, si sensus illis inesset, consurrexissent: ostensuri, tam atrocem, & crudelem tyrannum nequaquam ferri debere. Qui cum alienam patriam fraude astuque occupasset, in deliciis is vnum habere videtur vt eam sanguine humano conspergat: ostendens nimirùm, se hic aduenticium & peregrinum, non hæredem, tyrannum non iustè dominantem esse. Nam si patria esset hæc sua, num necesse haberet, vt patrium solum ita immaniter depopularetur? vtique verus hæres veræ hæreditati pepercisset. Si legitimus [illegible]nceps lege ageret: non vi bona subditorum occuparet. Si iustus gubernator, iustè ad supplicia condemnaret. Sed non est ita, Milites, facta quenque sua, qualis quisque sit, declarant, & orbi demon-

strant

ſtrant, vt & hunc iam ſatis liquidò demonſtrauerunt, eſſe illum omnium mortalium iniquiſſimum. Videtis, qui mihi aſtat, Deſpotam nobiliſſimum, nobiliſſimę & antiquiſſimæ familiæ verum: virum huius prouinciæ ſucceſſorem & hæredem: cuius ille ſedem & patriam à longo iam ſatis tempore, malis artibus occupauit: & contra quem exercitum nunc parauit, milites coëgit, vt patria prius ſpoliatum, vita nunc etiam ipſa priuet. At ego, qui certò ſcio, apud tyrannum imperatorem, milites metu magis, quam amore Imperatoris rem agere: ita apud me conſtituo, etiam numeroſiſſimam phalangem, exiguam, vbi ad rem ventum fuerit, & ſatis imbellem fore. Qui enim præſentem metuit, abſentem odit: id quod de militibus ſuis certò ſibi perſuadere poteſtis. Oderunt eum, & non niſi inuiti militiam ſuſceperunt. Non eſt itaque, quod paucitatem veſtram reſpiciatis, Milites, in robore militum, & bonitate cauſæ, victoria, non in numero hominum conſiſtit. Et Macedonum regem parua manu magnas copias fudiſſe ſcimus. Cogitate autem in primis, periculo ingenti, maximum præmium propoſitum eſſe. Totus orbis virtutem veſtram, ſi eum vicerimus, admirabitur, & in cœlum feret. Hi autem quos è tyrannide, veluti è faucibus inferorum, in libertatem eduxeritis, non modò gratias acturi ſunt: ſed etiam omnia ſua vobiſcum eſſe communia exiſtimabunt. Nihil erit ita eorum, quod non æquè idem ſit veſtrum. Sed quid ego de præmio dico & apud vos diſſero? qui nunquam hic pedem intuliſſetis, ſi me non ſinuglari quodam amore proſequuti eſſetis. Itaque vos oro & obſecro, ſi vobis mea ſalus (quæ in eodem cardine, in quo & veſtra, vbi ad prælium ventum eſt, verſabitur) ſi fama & gloria (cuius ſtudio & vos eduxi in hanc prouinciam, & me ipſum omnibus penè diſcriminibus obieci) curę eſt, oſtendatis vos eos eſſe: quibus nihil æquè diſplicet, quàm vitam ſine gloria & bellicę artis fama tranſegiſſe: & enitamini, vt ego veſtra virtute vincam Nam vt vos meo conſilio ſalui ſitis, ipſe operam dabo. III.

DEHORTATIO A PRAEDA.

Ex Pauli Diaconi Iustiniano.

ORATIO BELISARII ad milites.

RESOLVTIO.

CVM in expeditione Affricana ad prædā Iustiniani Imp. exercitus prorupisset, dux huius Belisarius dehortari eum hoc ab instituto cœpit his argumentis: quod 1. Iniquum ac iniustum vim alijs inferre: alienis velle pasci. 2. Propterea in Affricam exercitus Romanus missus, vt à tyrrannis christianos liberet, & ad se trahat Affros. 3. Intemperantia hęc sit adactura Affros, vt Vandalis opem atque auxilium ferant. 4. DEVS non placetur, sed irritetur aliena rapiendo. 5. Hoc ipsum cum periculoso admodum lucro coniunctū. ἦθος hic & decorum in ducis persona obseruatum, qui breuiter, sed grauiter interim suo cum milite agit. Motus timor est excitatus indicatione eorum, quæ metuenda, si Affros exercitus spoliare ac deprædari perrexerit. Collocatio & tractatio absoluitur: Propositione primùm: deinde huius Confirmatione: tùm Conclusione facta mādato & metus πάθει. Loci sunt obseruandi de vitanda violentia & deprædatione declināda DEI offensione: non in inimicitiā conuertenda amicitia subditorum. Vsus quoties dehortari milites suos Duces volunt, ne iniuria afficiant subditos, aut spolient.

I. VIOLENTIAM quidem inferre, alienisque pasci, iniustitia est in omni tempore, maximeque nobis in periculis constitutis. Ego enim in hoc fisus, vos in hanc terram transuexi, vt iustitia & opere bonó tam DEVM placemus, quam
II. Affros ad nosmet ipsos attrahere procuremus. Hæc autem vestra intemperantia in cōtrarium nobis proueniet & aget, vt Affri Vandalis auxilientur. Sed acquiescentes verbo meo,
III. ementes escas apportate, & neque iniusti esse videamini, neque amicitiam Affrorum in inimicitiam conuertatis, sed DEVM potius studete placare: cessate insilire in aliena, & lucrum excutere periculis plenum.

PETI-

PETITIO STIPENDII.

Ex Xenophontis Lib. VII. Exped. Cyri.

ORATIO XENOPHONTIS ad Seuthen.

RESOLVTIO.

VT in bello stipendiorum sit solutio vrgenda Oratio ostendit: cui occasionem præbuit Seuthes quidam regulus, qui Xenophontem & Græcos alios mercede ad sua recuperanda conduxerat: verum promissa non soluerat stipendia. Quo factũ: vt cum militibus omnia Lacedæmonij promitterent, inque sua hos castra pertrahere conarentur, seditione excitata, conqueri inciperent, à Xenophonte sese deceptos: numeratam à Seuthe pecuniam, sed retentam à Xenophonte esse: grassarentur passim: obuios quosque caperent, & aut interficerent, aut ad dura ac inqua λύτρα compellerent. Itaque missus legatus Xenophõ est qui Oratione hac à Seuthe postulauit, vt datam fidem liberaret & militibus numeraret stipendium, his argumentis. Quod 1. bene de nobis meriti non sint inhumaniter dimittendi, aut tractandi duriter, sed præmijs afficiendi: maximè à Principibus & illustribus viris qui in excelso quasi cõspicuoq; loco positi, vt nullum horum obscurum esse factum queat: studere debeant laudi ac gloriæ. 2. Stipendia militibus semel, & quidem large promissa: cum verò omnium a[illegible]*oriũ, tum regum maximè & principum promissis stare: ex fide seruata commoda plurima, damna contra ex leuitate proficiscantur. 3. Græci fidem tantùm Principis, nihil præterea aliud fuerint secuti, ideoque turpe hos decipi, qui ante victoriam reportatam ne obulum quidem acceperãt: in principis authoritate omnem repositam spem habuerant. 4. Etiamsi parta non essent, quæ militum iam industria ac fortitudine parta, tamen, quod debetur stipendium, numerandum fuisset: ac propterea multo magis nunc illud dandum: siquidem maius dedecus semel acquisita & parta amittere quàm ea non comparare: grauius è diuite pauperem, rege priuatum fieri, quam regem aut diuitem nunquam extitisse. 5. Opus maximè milite Seuthes habeat, cum subditis parum fidis ac fauentibus & ijs vtatur, qui quicquid faciunt, non amore, sed vi & necessitate coacti faciunt, non nisi Seuthe eiecto libertatem sese suam obtinere posse opinantur. 6. Plurima incommoda sequantur stipendiorum aut recusationem, aut dilationem: populationibus & vastationibus vexentur agri à milite: necesse sit nouum & quidem maiorem exercitum parare. 7. Xenophon amicus syncerus ac candidus concitatæ multitudinis inuidiæ aut pœnis non obijciendus: quandoquidem diuinis quoque beneficijs indigni iudicantur, qui gratiam non referunt & benè de se meritis amicos ne-*

gliguntur. Argumēta hæc probantia sunt. Refutantur duo, quæ Xenophontis postulatis obstabant, & obijciebantur ab amicis Seuthæ: quasi pecuniæ illa summa nimis esset magna, nec sine magno numerari damno posset: satius deinde videretur, existimationis & famę, quā argenti iacturā facere: quòd lōgè minor pecunia militi numeranda, quam sint ea, quæ eiusdem opera & auxilio comparata: opes pulcherrimæ, honestissimæ, maximè conuenientes principibus iudicandę: virtutes, iustitia, animi magnitudo, generositas. illunà sunt & ad conciliandum apta: cum falsæ causæ institutæ postulationis remouentur, ponuntur veræ: militum instituitur modesta cōmendatio & cōmemoratio beneficiorū: turpe iudicatur militum suorū causam negligere: concepta denuq; de Seuthe spes præclara ostēditur. Motus pudor & metus sunt: quorum ille oritur, quando turpe dicitur esse principem maximè fidem fallere, promissa non seruare: hic excitatur expositione & denunciatione malorum, quæ sint euentura, si stipendia impedita protractaque fuerint. Collocatio ac tractatio constat 1. Exordio beneuolentię accommodato, quæ captatur, petitionis institutæ causis indicatis. 2. Propositione, quæ caput κεφάλαιον orationis præcipuum τὸ χρήσιμον, vtile continet personarum collatione tractatum. 3. Confirmatione facta aliqua argumentis, quibus stipendiorum solutionem impetrare Xenophon conatur. 4. Refutatione in qua duabus Heraclidæ rationibus respondetur, & maiorem à principe honestatis, quàm vtilitatis esse curam habendam ostenditur. 5. Conclusione ἐπιδιορθώσεως mitigatione absoluta eius, quod paulò dictum asperius offendere posse principis animum videbatur: facta partim spé & fiducia præclara de Seuthe concepta, partim petitione. Loci notandi: de fide ac constantia in dictis & promissis: gratitudine principum, conditione, liberalitate, difficultate retinendi bona semel parta, subditorum perfidia & inconstantia. Vsus, cum stipendiorum solutio vrgenda.

I. ADSVM, Seuthe, non petiturus abs te quicquam: sed de-
" mōstraturus pro mea virili, non iure te mihi succensu-
isse, quod abs te militum nomine peterem, quæ tu eis ala-
II. criter pollicitus fueras. Nam ego non minus existimabam è
re tua fore, si promissis stares: quam illis expediret accipere.
III. Primum hos scio post Deos te illustri loco collocasse, quip-
pe qui te regionis amplæ, multorumque hominum regem
fecerint. Quo fit, vt occultum esse nequeat, siue quod hone
»» stum, siue turpe facinus admittis. Magnum autem quiddam
»» ego in eiusmodi viro esse statuo, non videri bene promeri-
»» tos homines nulla relata gratia ablegasse: magnum etiam, ab
Iↄↄ cIↄ hominum prædicari: maximum omnium nequa-
quam committere, vt in iis quæ dixeris, parum fidei merea-
re. Video enim orationem hominum promissa non ser-

uantium vanam & imbellem esse, ac sine honore hinc inde vagari: atqui palàm se veritatis studiosos declarant, eorum verba petentium aliquid, non minus possunt, quàm vis aliorum. Si quem frugi reddere velint, non minus hos nimis efficere animaduerto, quàm alios puniendo. Si cui quid polliceantur, nihilo minus aliquid impetrant, quàm alij statim largiendo. Tu ipse tibi in mentem reuocato, quid prius nobis dederis, quàm societatem tecum coiremus. Nihil profectò, sed creditus fore verax in iis quæ dicebas, tot homines excitasti ad militandum tecum, & ad occupandum regnum, quod non solum L. talentis, quæ hi sibi deberi abs te putant: sed multò pluris est æstimandum. Ergo primum hominis fide digni existimatio, quæ quidem etiam regnum tibi peperit, abs te hac pecunia venditur. Iam verò memoria velim repetas, quanti æstimaris, vt iis potirere, quæ iam tuam in potestatem redacta possides. Noui ego te optaturum potius fuisse, vt ea consequereris, quæ nos effecta tibi dedimus: quàm vt pecunias multò maiores iis, quas nobis debes, comparares. Arbitror autem tanto maius damnum, atq; etiam turpius esse, non iam illa possidere, quàm tum nõ occupasse: quanto è diuite pauperẽ fieri grauius est, quàm ab initio diuitias nullas habuisse: quantoq; de rege ad priuati hominis fortunam redigi acerbius est, quàm ab initio non regnasse. Tu verò non ignoras, eos qui se nunc imperio tuo subiecère, non adductos amicitia fuisse, vt tibi parerent, sed necessitate: eosdem libenter in libertatem se vindicaturos, nisi quis eos metus contineret. Vtrum igitur magis eos arbitraris in metu futuros, teq; non deserturos, si milites erga te sic adfectos viderint, vt & iam te iubente maneant, & quamprimum (si sit opus) reuertantur, atq; etiam alij præclara de te multa ex his audientes, celeriter ad te pro lubitu tuo confluant: an verò si suspicati fuerint ex iis quæ modò fiunt, neq; venturos ad te alios ob perfidiam tuam, & hos amiciore in ipsos esse animo, quàm in te? Enimuerò nõ illi quod numero superarentur, idcirco tibi cessère: sed ducum inopia. Quapropter hac etiam in parte periculum est, ne vel sibi præficiant eos, qui se per iniuriam fraudatos abs te putant, vel etiam Lacedæmonios longè his potẽtiores: nimirũ si milites alacrius secum illis expeditionẽ suscepturos pollicerentur extortis abs te per ipsos stipendiis: Lacedæmonij verò conditionẽ acciperẽt, cum exercitus opera indigeant. Obscurum quidem certè nõ est, eos Thraces, quos imperio tuo subiecisti, multò alacrius aduersus te, quàm tecum militaturos. Etenim quamdiu tu cum potestate es, seruitutem

seruiunt:

seruiunt: te superato, libertate fruuntur. Quod si etiam regioni consulendum est, quippe quæ iam tua sit, vtro modo minus eam detrimenti accepturam existimas, si milites hi receptis iis, de quibus queruntur, pace post se relicta discedant: an verò si & ipsi maneant, tanquam hostili in solo, & tu des operam vt eum maioribus, quàm illorum sint, copiis aduersus eos arma sumas, quæ tamen & ipsæ commeatu carere non possint? Vtro itidem modo plus expendetur pecuniæ, si his debitum stipendium persoluatur, an verò si & illud debeatur, & maioribus copiis stipendium numerandum sit? At enim Heraclidæ, sicut ipse mihi narrabat, hæc pecunia per esse magna videbatur. Profectò multò facilius est iam tibi pecuniam hanc alicunde sumere atq; expendere: quàm partem eius decimam id temporis, cum nec dum ad te venissemus. Non enim numero multum ac parum definiuntur, sed illius potestate, qui vel dat, vel accipit. Tibi verò iam maior est in annos singulos prouentus, quàm prius id totum esset, quod possideas. In his ego, mi Seuthe, tuis tanquam amici rebus prospiciebam, vt & tu dignus iis bonis viderere, quæ Dij tibi largiti sunt, & ego in exercitu non opprimerer. Nam scire te volo, me iam harum copiarum ope, si ita velim, neq; hostem afficere damno posse, neq; tibi auxilio esse: eo scilicet erga me animo est exercitus. Atqui teipso, præter Deos, qui omnia norunt, teste vtar: me neq; huius exercitus causa quidquam abs te habere, neq; vnquã ad vsum priuatum ea petiisse, quæ ipsis debebantur: deniq; ne illa quidem postulasse, quæ mihi es pollicitus. Imò sacramento tibi confirmo, me non accepturum ea fuisse, nisi etiã milites simul acciperent stipendium ipsis debitum. Nam turpe mihi fuisset, rem meam confectam esse, ipsorum causa neglecta, præsertim cum ab illis magno fuerim honore adfectus. At enim nugas esse putabat Heraclides omnia præ studio cogendi argenti quauis ratione. Ego verò, mi Seuthe, nullam arbitror esse homini, ac præsertim ei qui cum imperio sit, possessionem vel pulchriorem vel splendidiorẽ virtute, iustitia, generositate: quæ cui adsunt, non potest nõ diues esse, cum multos amicos habeat, atq; etiam alij se ad ipsius amicitiam adiungere cupiant. Quòd si fortuna prospera vtitur, habet qui vnà gaudeant: sin offendat, non desunt qui opitulentur. Enimuerò, si neq; de factis meis perspexisti, me amicum tibi ex animo fuisse, neq; idem ex oratione mea cognoscere potes: saltem militum verba considerato. Etenim aderas, & quæ illi dicerent, qui vituperare me volebant, audiebas. Nam ita me coram Lacedæmoniis accusa-

accusabant, quasi te pluris, quàm Lacedæmonios facerent. Reprehendebant quòd tuis consultum mallem, quàm ipsorum rebus. Etiam munera me aiebant abs te cepisse. Num igitur existimas eos animaduersa in me quadam erga te maleuolentia captorum munerum me insimulasse: an verò quod admodũ beneuolo me in te animo esse perspicerent? ,, Equidem statuo, neminem non animi sui beneuolentiam ,, erga illum declarare, à quo munera accipit. Tu verò me ,, prius, quàm vlla in te officia mea extarent, perhumaniter & vultu, & voce, & donis hospitalibus excepisti: cum quidem promittendi finem nullum faceres. Postea quàm perfecisti quæ volebas, & opera mea (quantum quidem in me fuit) maximus euasisti: esse me copiis nostris cõtemptui pateris. At enim confido tempus ipsum te docturum: vt statuas pecuniam hanc numerandam esse: neq; teipsum laturum amplius, vt vltrò de te bene meritos queri de te videas. Te quidem oro, vt numerata pecunia in eum me apud milites locum, in quem accepisti, restituere studeas.

PETITIO PRÆMII PRO LABORIBVS ET IMPENsis bellicis.

Ex Liuij lib. 37. Ab vrbe condita.

ORATIO EVMENIS REGIS ad Senatum Romanum.

RESOLVTIO.

CVm Antiochus rex Asiæ bellum Romanis intulisset, iisdem operã tulisset Eumenes rex Pergamæ, feliciter eodem confecto, à Rom. petiit, vt pro impensis ac laboribus suis in bello aliquod sibi præmium, & quidem Græciæ nonnullæ ciuitates darentur, his argumentis: quòd 1. Eumenis parens Attalus bene de Romano imperio fuerit meritus: inter omnes Asiaticos & Græcos primus Romanorum amicus factus: in amicitia illa & fide constans semper permanserit: multis in bellis hanc fecerit testatam: mortuus quoq; sit in non suis, sed Romanorum negotiis. 2. Ipse Eumenes parentis sui vestigia secutus, beneficia in Romanos plurima contulerit: propter hos affinitatem neglexerit potentissimi regis Asiæ Antiochi: nulla in re vnquam offenderit Romanos: bella ipsis gerentibus commeatus terra marique suppeditarit: non milites solùm Romanos ad exercitus miserit, verùm etiam præliis multis ipse interfuerit: propter Rom. amicitiam magna cum periculo vitæ ac regni sui obsidionem sit passus: relicto regno suo Scipioni consuli adfuerit, cum in Asiam exercitum transportaret: in bellicis tandẽ laboribus & periculis nulli vel militi, vel duci cesse-

rit. 3. Senatus Romanus Masinissam regem bene meritum, non modò in regnum reduxerit, sed & opulentissima parte regni Syphacis donarit: qui tamen non semper amicus populi Romani fuit, aut hunc in bello iuuit. 4. Ciuitates denique illæ, quæ præmij loco petuntur. Antiochi sint partes secutę, ideóque non libertate donandę, verùm, penę veluti loco Eumenis imperio subiiciendę. Conciliantia sunt & morata cum in petitione sua Eumenes modestè ac cautè agit, non directò petitionem proponit: sed primò populi Romani in se beneficia commemorat: eidem de victoria gratulatur: ostendit se velle promerita sua à Romanis legatis & Imperatoribus exponi: cum verba facere iubetur, modestè istud agit: & quid præstiterit ipse, fecerint etiam parentes ac maiores recenset. Admodum denique decorè & ad inuidiam declinandam, superbiæ vitandam suspicionem aptè, cum sua ac parentum maiorumque suorum comparat beneficia, se superari indicat suos non voluntate & studio, sed rebus ipsis & factis, quibus occasionem fortuna, ac bellum Asiaticum præbuerit. πάθη motus sunt: Gratia, quæ excitatur beneficiorum commemoratione: Ira, quæ mouetur, cum docetur, Grecię ciuitates semper hostili in Romanos animo fuisse: Odium, quando consilia Rhodiorum deteguntur: illud indicatur magnas opes eos & Græcię ciuitatum gratiam aucupari: interim verò dissimulare id, quo de agitur ad se minimè pertinere: Metus denique suscitatur, cum ea recensentur, quę Romanis reformidanda, si voti competitores sui Rhodij facti compotes fuerint. Collocatio & tractatio horum absoluitur Exordio ad beneuolentiam accommodato: quam sibi conciliat Eumenes petitionis excusatione, & expositione modesta causarum huius institutę. 2. Propositione, quæ ipsam petitionem habet. 3. Confirmatione argumenta petitionis continente. 4. Conclusione facta repetitione petitionis, & refutatione eius, quod pro ciuitatibus, quas petebat Eumenes, afferri poterat. Loci hic obseruandi: de præmiis & honoribus bene meritorum: pertinacia vitanda in nostro iure vrgendo: amicitia constans ac firma declarata in periculis bellicis. Vsus erit: cum pro laboribus, periculis, molestiis, sumptibus quoque & impensis factis præmia & remunerationes à principibus aut Magistratibus aliis petendæ.

1. PERSEVERASSEM tacere, P. C. nisi Rhodiorum legationem mox vocaturos vos scirem: & illis auditis, mihi necessitatem fore dicendi. Quæ quidem difficilior oratio erit, quòd ea postulata eorum futura sunt: vt non solùm nihil, quod contra me sit, sed ne quod ad ipsos quidem propriè pertineat, petere videantur. Agent enim causam ciuitatum Græcarum, & liberari eas dicent debere. Quo impetrato, cui dubium est quin & à vobis auersuri sint, non eas modò ciuitates quæ liberabuntur, sed etiam vete-

res stipendiarias nostras? Ipsi autem tanto obligatos beneficio, verbo socios, re vera subiectos imperio & obnoxios habituri sint? & (si diis placet) cùm has tantas opes affectabunt, dissimulabunt vlla parte id ad se pertinere: vos non modo id dicere, & conueniens esse antefactis dicent. Hæc vos ne decipiat oratio, prouidendum vobis erit, néve nonsolum inæqualiter alios nimis deprimatis ex sociis vestris, alios præter modum extollatis: sed etiam ne qui aduersus vos arma tulerint, in meliore statu sint quàm socij & amici vestri. Quod ad me attinet, in aliis rebus cessisse intra finem iuris mei cuilibet videri malim, quàm nimis pertinaciter in obtinendo eo tetendisse: in certamine autem amicitiæ vestræ, beneuolentiæ erga vos, honoris qui à vobis habebitur, minimè æquo animo vinci possum. Hanc ego maximam hæreditatem à patre accepi, qui primus omnium Asiam Græciamque incolentium in amicitiam vestram venit, eamq; perpetua & constanti fide ad extremum finem vitæ perduxit: nec animum duntaxat vobis bonum ac fidelem præstitit, sed omnibus interfuit bellis, quæ in Græcia gessistis, terrestribus naualibusque: omni genere commeatuum ita, vt nemo sociorum vestrorum æquari vlla parte posset, vos adiuuit. Postremò cùm Bæotos ad societatem vestram hortaretur, in ipsa concione intermortuus haud multò post expirauit. Huius ego vestigia ingressus, voluntati quidem & studio in colendis vobis adiicere (etenim inexuperabilia hæc erant) nihil potui; rebus ipsis meritisq; & impensis officiorum vt superare possem, fortuna, tempora, Antiochus, & bellum in Asia gestum præbuerunt materiam. Rex Asiæ, & partis Europæ Antiochus filiam suam in matrimonium mihi dabat, restituebat extemplò ciuitates quæ defecerant à nobis, spem magnam in posterum amplificandi regni faciebat, si secum aduersus vos bellum gessissem. Non gloriabor eo, quòd nihil in vos deliquerim: illa potius, quæ vetustissima domus vestræ vobiscum amicitia digna sunt, referam. Terrestribus naualibusq; copiis, vt nemo vestrorum sociorum me æquiparare pòsset, imperatores vestros adiuui: commeatus terra mariq; suppeditaui: naualibus præliis, quæ multis locis facta sunt, omnibus affui: nec labori meo, nec periculo vsquàm peperci. Quod miserrimum est in bello, obsidionem passus sum, Pergami inclusus cū discrimine vltimo simul vitæ regniq;. Liberatus deinde obsidione, cū alia parte Antiochus, alia Seleucus circa arcem regni mei castra haberent, relictis rebus meis, tota classe ad Hellespontum L. Scipioni

Cos.

Cof.vestro occurri:vt eum in traiiciendo exercitū adiuuarē. Postquàm in Asiam exercitus vester est trāsgressus, nunquā à Consule abscessi:nemo miles Romanus magis assiduus in castris vestris fuit,quàm ego,fratresq; mei: nulla expeditio, nullum equestre prælium sine me factū est: in acie ibi steti, eam partem sum tutatus,in qua me consul esse voluit. Non sum hoc dicturus P.C.quis hoc bello meritis erga vos mecū cōparari potest? Ego nulli omnium neq; populorum, neq; regum,quos in magno honore habetis,non ausim me comparare.Masinissa hostis vobis antequàm socius fuit: nec incolumi regno cum auxiliis suis,sed extorris, expulsus, amissis omnibus copiis,cum turma equitum in castra confugit vestra: tamē eum,qui in Africa aduersus Syphacem & Carthaginienses fideliter atq; impigrè vobiscum stetit, non in patrium solum regnū restituistis: sed adiecta opulentissima parte Syphacis regni, præpotentem inter Africæ reges fecistis. Quo tandem igitur nos prœmio atq; honore digni apud vos sumus,qui nunquā hostes,semper socij fuimus? Pater, ego,fratresq; mei nō in Asia tantum,sed etiam procul à domo in Pelopōneso,in Bæotia,in Aetolia,Philippi,Antiochi, Aetolico bello,terra mariq; pro vobis arma tulimus. Quid ergo postulas dicat aliquis? Ego P.C.quoniam dicere vtiq; volentibus vobis parendum est: si vos ea mente vltra Tauri iuga Antiochū emouistis,vt ipsi teneretis eas terras, nullos accolas nec finitimos habere quàm vos malo: nec vlla alia re tutius stabiliusq; regnum meum futurum spero. Sed si vobis decedere inde,atq; exercitus deducere in animo est: neminem digniorem esse ex sociis vestris, qui bello à vobis parta possideat,quàm me, dicere ausim. At enim magnificum est liberare ciuitates seruas Ita,opinor, si nihil hostile aduersus vos fecerunt. Sin autem Antiochi partis fuerunt, quantò est vestra prudentia & æquitate dignius, sociis benemeritis,quàm hostibus vos consulere?

IV.

PETITIO REDEMTIONIS AC LIBERATIONIS CAPTIuorum ab hostibùs.

Ex Liuij lib.22. Ab vrbe condita.

ORATIO CAPTIVORVM ROM. Cannensi in pugna ad Senatum Rom.

RESOLVTIO.

CVm magno numero casi Cannensi in prælio Romani fuissent, qui erant adhuc reliqui pauci inter se deliberarunt: an hosti Hannibali

bali sese dedere, an verò noctu huius erumpere per castra vellent. Posterior sententia ducibus & alijs maioribus in castris placebant: illam probabant, qui minoribus in castris versabantur, & vincebant. Capti ergo omnes inq; Hannibalis potestatem redacti, decem Romam mittere iussi sunt: vt in redemptionem suam pecuniam Romano à Senatu impetrarent. Horum ergo vnus hanc in Senatu orationem habuit atq; λύτρον, redemptionis pretium est impetrare cònatus hisce rationibus: quòd 1. Milites captiui non timiditate quadam, aut ignauia, sed extrema necessitate compulsi redemptionis sint pretium pacti: cum ante propè ad noctem prælium extraxissent: non libero in campo, sed super cæsa corpora Romanorum stantes pugnassent: & fessi labore ac vulneribus pugnassent: tutati essent vallum: fuissent circumsessi ab exercitu victore: aqua & armorum vsu prohibiti. 2. Redemptiones captiuorum etiam minoribus rebus olim à Romanis vsurpatæ: vt in bellis cum Gallis & Pyrrho gestis. 3. Captiui liberati prompti paratiq; semper futuri ad patriam defendendam. 4. Commiseratione ac liberatione digni iudicandi, qui sub Hannibale, hoste durissimo atq; crudelissimo captiui tenentur. 5. Relinquere deniq; in captiuitate, non redimere ciues his sit labem atq; maculã aspersurum: eò quod necesse sit admodum viles eos iudicari, pro quibus λύτρον exiguum numerare Senatus recuset: cum veri minimè simile videatur, Senatum nummis & pretio parcere velle. Ad conciliandum illa sunt apta, & ἤθικὰ: cum modestè seipsos captiui commendant, neq; negligendos esse statuunt: mitigationem interim istam adhibent: nisi nobis plus iusto causa nostra placeat: deinde cum ijs se conferunt, qui fuga elapsi Cannensi è prælio, deq; fortitudine sua mirè gloriati fuerant: sed & hoc verecundè faciunt, cùm, non inquiunt, vllius commilitonis fortunæ inuidemus: non premendis alijs efferre nos volumus: ne illis quidem inuidemus, qui inermes ex acie fugerunt, indeoq; præmijs digni non sunt, nisi pedum pernicitatis & cursus aliquod præmium sit. πάθη, motus duo sunt: pudor & misericordia. Excitatur pudor, cum ostenditur: meliori ferè loco seruos, quàm captiuos apud Romanos esse, pertinere ad dedecus atq; ignominiam ciuiũ, si non trecentis nummis à Senatu æstimentur. Misericordia verò oritur: cum captiuorum describitur conditio: enumerantur ea, quæ commiserationem mouent: catenæ, squalores, deformitates ciuium: producuntur etiam cognati, qui in vestibulo curiæ stabant, & multis cum lachrymis Senatus responsum expectabant. Collocatio & tractatio tribus partibus absoluitur: Exordio, quod beneuolentiæ captationem habet, occupatione partim, partim commendatione captiuorum factam: Confirmatione, quæ petitionis rationes & argumenta complectitur: Conclusione quæ animorum motu, ac turpitudinis significatione constat. Loci communes sunt notandi: de famæ & existimationis cura: clade æquo animo ferenda: necessitate extrema, quæ

quiduis facere iubet. Vsus erit: cum vel fuga, vel deditio turpis excusanda: causa huius honestæ afferendæ: à Magistratu, aut alijs petendum λύτρον, redemptionis atque liberationis à captiuitate pretium est.

I. PATRES Cõscripti, nemo vestrûm ignorat, nulli vnquã ciuitati viliores fuisse captiuos, quam nostræ: cæterum nisi nobis plus iusto nostra placet causa, non alij vnquam minus negligendi vobis, quàm nos, in hostium potestatem
II. venerunt. Non enim in acie per timorem arma tradidimus, sed cùm propè ad noctem superstantes cumulis cæsorum corporum prælium extraxissemus, in castra recepimus nos: diei reliquum, ac noctem insequentem fessi labore ac vulneribus vallum sumus tutati. Postero die circunsessi ab exercitu victore aqua arceremur, nec vlla alia iam per confertos hostes erumpendi spes esset, nec esse nefas duceremus, quinquaginta millibus hominum ex acie nostra trucidatis, aliquem ex Cannensi pugna Romanum militem restare, tum demum pacti sumus pretium quo redempti dimitteremur: arma, in quibus nihil iam auxilij erat, hosti tradidimus. Maiores nostros quoq; acceperamus, se à Gallis auro redemisse: & patres nostros asperrimos illos ad conditionem pacis, legatos tamen captiuorum redimendorum gratia Tarentum misisse. Atqui in Italia cum Gallis, & ad Heracleam cum Pyrrho, vtraq; non tam clade infamis, quàm pauore & fuga, pugna fuit. Cannenses campos aceruí Romanorum corporum tegunt: nec superfumus pugnæ, nisi in quibus trucidandis, & ferrum, & vires hostes defecerunt. Sunt etiam de nostris quidam, qui nec in acie quidem refugerunt: sed præsidio castris relicti, cum castra traderentur, in potestatem hostium venerunt. Haud equidem vllius ciuis aut commilitonis fortunæ aut conditioni inuideo, nec premendo alium, me extulisse velim videri: ne illi quidem (nisi pernicitatis pedum, & cursus aliquod præmium est) qui plerique inermes ex acie fugientes, non prius quàm Venusiæ aut Cannusij constiterunt, se nobis meritò prætulerint: gloriatique sint, in se plus quàm in nobis præsidij Reipub. esse. Sed illis vt bonis ac fortibus viris militibusq; vtemini: & nobis iam promptioribus pro patria, quòd beneficio vestro redempti, atq; in patriam restituti fuerimus. Delectum ex omni ætate & fortuna habetis: octo millia seruorum audio armari: non minor numerus noster est: nec maiori pretio redimi possumus, quàm hi emuntur. Nam si conferam nos cum illis, iniuriam nomini Romano faciam.

Illud

Illud etiam in tali consilio animaduertendum vobis censeam P. C. si tam duri oris esse velitis, quod nullo nostro merito faciatis: cui nos hosti relicturi sitis. Pyrrho videlicet? qui nos hospitum numero habuit captiuos, an barbaro ac Pœno? qui vtrum auarior, an crudelior sit, vix existimari potest. Si videatis catenas, squalorem, deformitatemque ciuium nostrorum, non minus profectò vos ea species moueat, quam si ex altera parte cernatis stratas Cannensibus campis legiones vestras. Intueri potestis solicitudinem & lacrymas in vestibulo curiæ stantium cognatorum nostrorum, expectantiumque responsum vestrûm: cum hi pro nobis, proq; ijs qui absunt, ita suspensi ac solciti sint, quem censetis animum ipsorum esse, quorum in discrimine vita libertasque est? Si medius fidius, ipse in nos mitis Annibal contra naturam suam esse velit: nihil tamen nobis vita opus esse censeamus, cum indigni, vt à vobis redimeremur, visi sumus. Rediêre Romam quondam remissi à Pyrrho sine pretio capti: sed rediêre cum legatis primoribus ciuitatis ad redimendos sese missis. Redeam ego in patriam trecentis nummis non æstimatus ciuis? Suum quisque habet animum P. C. scio in discrimine esse vitam corpusque meum: magis me famæ periculum mouet, ne à vobis damnati ac re- " pulsi habeamur. Neque enim vos pretio pepercisse homi- " nes credent. III.

ORATIO SVPERIORI PROXIMAE CONTRARIA T. Manlij Torquati.

Resolvtio.

Qvemadmodum superior proxima oratio exemplum suppeditauit redemptionis ac liberationis à captiuitate petendæ: ita præsens hæc rationem & viam indicat, qua vtendum, cum instituta petitioni locus relinqui non potest. Quod sanè molestum ac graue est: quòd alienum à pietate ac humanitate videtur, captiuos, & quidem eos negligere, qui crudeli sub tyranno duriter admodum tractantur. Fuit quoq; Torquato hæc dissuasio longè grauissima: quia in uestibulo Curiæ stabant captiuorum propinqui & amici, qui flebili clamore sublato suorum liberationem vrgebant. Erant in Senatu præterea non pauci, qui redimendos esse censebant: illud maximè erat controuersum, an de publico redimendi essent, an priuatis captiuorum bonis. Verùm non esse redimendos captiuos his argumentis probat: quod 1. Milites potuerint hostium castra perrumpere, & euadere: sed neq; per se ipsi hoc facere, neq; etiam ducem sequi voluerint, va-

rùm vltrò sese hosti tradiderint: cum hostes tum pugnando fessi fuerint, læti ob victoriam quietis causa in castra redierint: ipsis securis ac dormientibus erumpendi habuerint occasionem: septena adhuc Rom. armatorum fuerint millia: eruptionis author extiterit vir fortissimus Sempr. Tuditanus: non multi circa Romana castra hostes sint visi: fuerit denique nox, quæ inceptum tegere potuerit. 2. Romani alij extremas in angustias redacti virtute sibi viam per hostes patefecerint. 3. Sempronij consilijs, non magis ad gloriam, quàm salutem rationem monstrantibus obtemperare captiui recusarint. 4. Non amplius illi ciues, sed serui Carthaginensium, & capite diminuti, atq; ita sua culpa ac ignauia ciuitatis ius amiserint. 5. Bene monentem ducem sequi noluerint, sed eidem obsistere sint conati. 6. Sexcenti armati erumpere sint ausi per quadraginta hominum millia, atq; liberi in patriam, vna cũ armis suis redierint. Probantia hæc argumenta sunt, quibus Torquatus ostendit: redimendos captiuos non esse. Sed quia obijci à captiuis poterat: castra sese fortiter defendisse: dies ac noctes obsessos tutatos esse vallum, tandem necessitate victos, cum vitæ subsidia deessent, hosti sese tradidisse, ideoq; venia ac liberatione esse dignos, Torquatus id ipsum refellit à factis captiuorum: quòd nullam fortunam certaminis experti se atq; arma sua tradiderint: cum standum esset in acie, in castra refugerint: cum pro vallo pugnandum, hosti dederint arma. Ad conciliandum valet quando in orationis illicò vestibulo inhumanitatis & crudelitatis à se suspicionem remouet: indicat causam, cur non eandem semper in Senatu sententiam dicat. Deinde, ne accusatoriè atq; amplificatoriè contra captiuos agere videatur, εὐχὴν, votum ponit: optat, vt dicere aliud de exercitu possit. Motus duo hac in oratione reperiuntur: ira & pudor. Ira in captiuos milites excitatur: cum docetur, eos in peccatis suis adhuc elatos & esse: paruì Senatus authoritatem facere: mala & incommoda illa recenset, quæ ex illa traditione, tùm castrorũ, tùm militũ in singulos Remq; publ. totam manarint. Pudor oritur, cum captiuorum timiditas & ignauia exaggeratur: occasiones proferuntur neglectæ. Collocatio & tractatio horum tribus constat partibus. Exordio, cuius finis beneuolentia, quam conciliat sibi Torquatus: cum in odium captiuos rapit: horum leuitatem ac superbiam notat: instituitque suæ inuectionis causas reddit. Deinde contentione in qua captiuorum redemptio dissuadetur: id refellitur, quod speciosè de necessitate allatum à captiuis fuerat. Postremò conclusione absoluta sententiæ expositione & comparatione captiuorum ac eorum militum, qui per hostilia castra Romam cum armis venerant. Loci hinc colligendi: de sententia dicenda sine personæ vllius respectu: fortitudine vera & contra ignauiã militum: ijs qui capite diminuti: venia ac liberatione dignis aut indignis. Vsus cum captiuorum sua culpa liberatio & redemptio dissuadenda: agendum seuerè atq; grauiter in ignauos & timidos milites est.

Si tan-

SI tantummodo postulassent legati pro ijs, qui in hostium potestate sunt, vt redimerentur, sine vllius insectatione eorum breui sententiam peregissem. Quid enim aliud, quàm admonendi essetis, vt morem traditum à patribus necessario ad rem militarem exemplo, seruaretis? Nunc autem cum propè gloriati sint, quòd se hostibus dederint, præferrique non captis modò in acie ab hostibus, sed etiam ijs qui Venusiam Cannusiumque peruenerunt, atque ipsi C. Terentio Cos. æquum censuerint: nihil vos eorum P. C quæ illic acta sunt, ignorare patiar. Atque vtinam hæc, quæ apud vos acturus sum, Cannusij apud ipsum exercitum agerem, optimum testem ignauiæ cuiusque, & virtutis: aut vnus hic saltem adesset P. Sempronius: quem si isti ducem secuti essent, milites hodie in castris Romanis, non captiui in hostium potestate essent: & cùm fessis pugnando hostibus, tùm victoria lætis, & ipsis plerisque regressis in castra sua, noctem ad erumpendum liberam habuissent, & septena armatorum hominum millia erumpere etiam inter confertos hostes potuissent. Neque enim per se ipsi id facere conati sunt, neque alium sequi voluerunt. II. Nocte propè tota P. Sempronius Tuditanus non destitit admonere adhortarique eos, dum paucitas hostium circa castra, dum quies ac silentium esset, dum nox incœptum tegeret, se ducem sequerentur: ante lucem peruenire in tuta loca, in sociorum vrbes posse. Sicut auorum memoria P. Decius Tr. mil. in Samnio: sicut nobis adolescentibus priori Punico bello Calpurnius Flamma trecentis voluntarijs, cum ad tumulum eos capiendum, situm inter medios hosteis, duceret, dixit: moriamur milites, & morte nostra eripiamus ex obsidione circunuentas legiones: si hoc P. Sempronius diceret, nec viros quidem, nec Romanos vos duceret, si nemo tantæ virtutis existeret comes. Viam non ad gloriam magis quàm ad salutem ferentem demonstrat: ducem se in patriam, ad parentes, ad coniuges ac liberos facit: vt seruemini, deest vobis animus: quid si moriendum pro patria esset, faceretis? Quinquaginta millia ciuium sociorumque circa vos eo ipso die cæsa iacent: si tot exempla virtutis non mouent, nihil vnquam mouebit: si tanta clades vobis vilem vitam non fecit, nulla faciet. Liberi atque incolumes desiderate patriam, imò desiderate dum patria est, dum ciues eius estis. Serò nunc desideratis, diminuti capite, abalienati iure ciuium, serui Carthaginensium facti. Precio redituri estis eò, vnde ignauia ac nequitia abistis? P. Sempronium ciuem vestrum non audistis arma capere, ac

se iubentem sequi: Annibalem paulò post audistis, castra prodi, & arma tradi iubentem. Quam ego ignauiam istorum accuso, cũ scelus possim accusare? nõ enim modò sequi recusarunt benè monentem, sed obsistere ac retinere conati sunt, in strictis gladiis viri fortissimi inerteis summouissent: prius inquam P. Sempronio per ciuium agmen, quam per hostium fuit erumpendum. Hos ciues patria desideret, quorum si cæteri similes fuissent, neminem hodie ex ijs qui ad Cannas pugnauerunt ciuem haberet? Ex millibus septẽ armatorum sexcenti extiterunt, qui erumpere auderent, qui in patriam liberi atq; armati redirent, neq; ijs quadraginta millia hostium obstitêre: quàm tutum iter duarum prope legiorum agmini futurum censetis fuisse? haberetis hodie viginti millia armatorum Canusci, fortia, fidelia, P.C. Nunc autem quemadmodum hi boni, fidelesque (nam fortes ne ipsi quidem dixerint) ciues esse possunt? Nisi quis credere potest fuisse, qui erumpentibus, quin erumperent, obsistere conati sunt: aut non inuidere eos cùm incolumitati, tùm gloriæ illorum per virtutem partæ, cum sibi timorem ignauiamque seruitutis ignominiosæ causam esse sciant. Maluerunt in tentoriis latentes simul lucem atque hostem expectare, cum silentio noctis erumpendi occasio esset. Atenim ad erumpendum è castris defuit animus, ad tutanda fortiter castra animum habuerunt: dies noctesque aliquot obsessi, armati seipsi tutati vallo sunt: tandem vltima ausi, passique, cum omnia subsidia vitæ deessent, affectique fame viribus arma iam sustinere nequirent, necessitatibus magis humanis quàm armis victi sunt. Orto sole hostis ad vallum accessit, ante secundam horam nullam fortunam certami-

III. nis experti tradiderunt arma ac seipsos. Hæc vobis ipsorum per biduum militia fuit, cũ in acie stare, ac pugnare decuerat, tum in castra refugerunt: cum pro vallo pugnandum erat, castra tradiderunt, neq; in acie, neq; in castris vtiles. Vos redimam? cum erumpere castris oportet, cunctamini, ac manetis, cum manere, & castra tutari armis necesse est, & castra & arma & vos ipsos traditis hosti. Ego non magis istos redimendos P.C. censeo, quàm illos dedendos Annibali, qui per medios hosteis è castris eruperunt, ac per summam virtutem se patriæ restituerunt.

ADHOR-

ADHORTATIO AD PACEM ET CONCORDIAM INTER Ciuitates dissidentes.

Ex Thucydidis Lib. IV.

ORATIO HERMOcratis.

RESOLVTIO.

Author hac in Oratione Syracusanorum legatus Hermocrates Siciliæ ciuitatibus in Comitiis Gelæ habitis, vt, dissidijs omnib. abiectis, paci & concordiæ studeant: nec inchoata bella continuent. 1. *Rationes, quæ hanc ad rem afferuntur, sunt: quod* 1. *Res calamitosa bellum, alterutri semper, sæpe vtriq; parti noceat.* 2. *Periculum commune Siciliæ toti immineat, ab Atheniensibus & alijs auxiliarijs: qui ea de causa auxilia promptè & promittant & mittant, vt Siciliæ insidientur: venturi maioribus sint cum copijs, vbi Siculos bellis intestinis exhaustos esse viderint.* 3. *Bella intestina & seditiones priuatim singulis ciuitatibus, & publicè toti obesse Siciliæ possint: cum hostibus externis illa non carent.* 4. *Plurima contra maximaque sint commoda pacis & cõcordiæ: quies semper bello potior: hanc à natura cũcta ament animalia, eadem bona conseruantur: aduersis medicina inuenitur: honores ac dignitates sunt tutæ: omnia alia retinentur.* 5. *Cognatos cognatis cedere turpe minimè ducendum: sint Siculi tales propter vicinitatem, vnius insulæ inhabitationem, communionem nominis. Probantia hæc argumenta sunt. Refutantia duo: quorum primum, quod pax inter Siciliæ constitui ciuitates nequeat: cum partibus & factionibus inter se certis sint distinctæ: ideoque necessario bellum gerendum, & Atheniensium auxilijs vtendum. Alterum, quod causam bonam & iustam habeant Siculi, viribus ac potentia valeant. Prius refellitur fine Atheniensibus proposito, qui ferant suppetias, non odio partium, sed quod opes Siciliæ quærant: eoque nomine hi minimè sint reprehendendi: cum à natura omnes opes atque potentiam augere suam cupiant: contra illi vituperandi, qui seruitutem sibi accersant. Posterius diluitur experientia, quæ testatur spe iusta in causa homines occũbere: & potentia magna instructos, non solùm alienis non potiri, sed & sua amittere: deinde fortunæ vi ac inconstantia: vt nemo tutò, aut causæ suæ bonitate, aut firmam in potentia habere spem possit. Ad vltimũ, conciliantia argumenta quod attinet: inseruit his illud primũm: quod in monendo placidè & amicè agit Hermocrates: precibus & obtestationibus vtitur, à reprehensionibus abstinet: deinde remouet à se suspicionem metus ac timiditatis, publicam sese quærere vtilitatem affirmat: tum laudat Siculos*

à prudẽtia ac peritia rerum. πάθη, motus tres hìc dominãtur. Metus, qui excitatur, cum ostenditur: Athenienses toti Siciliæ insidiari: esse terribiles ac potentia instructos. Odium, quod mouetur, quando affirmatur: Athenienses prætextu vel honestatis, vel vtilitatis publicæ sua commoda quærere. Confidentia ac spes, quæ suscitatur, vbi enumerantur bona illa, quæ Siculis expectanda: si paci & concordię studeant. Collocatio & tractatio constat. 1. Exordio beneuolentiæ accommodato, quæ conciliatur: cum suspicio partim timiditatis, partim vtilitatis priuatę remouetur. 2. Propositione, quę rei ipsius, qua de agitur, indicationem continet. 3. Contentione, quę argumenta, tùm probantia, tùm refutantia complectitur. 4. Peroratione dictorum repetitione & expositione commodorum facta. Loci communes sunt: de conuentibus & consiliis publicis: de bello intestino & factionibus ac seditionibus: de pace & concordia: de auxiliariorũ ingenijs ac natura: de causę bonitate: de fortunę inconstantia. Vsus erit, quoties dissidijs aut bellis exortis inter ciuitates, vel principes, de pace & reconciliatione agendum est.

I. CVM neque ex minima ciuitate sim: neque maximè af-
flicta bello, dicam sententiam vniuersæ Siciliæ vtilem.
Nec opus est longa oratione apud scientes commemorare,
quàm calamitosa res sit bellum, neque reprimit metus, cum
spe magni commodi animus incitatur: Sed videntur aliqui-
bus lucra maiora esse difficultatibus: aliqui malunt sustine-
re pericula, quàm in præsentia leuem iacturam facere. Sed
II. nisi vtrique in tempore metu retrahantur, vtile est monere
eos de reconciliatione, id quod nunc quoq; nobis plurimũ
proderit, si acquiescimus. Nam & antea propter priuata mo-
uimus bella, & nũc litigamus de priuatis, & vnusquisq; vult
prius sibi sua reddi, priusquam deponat arma, ac nisi reci-
pit, quæ antea tenuerat, rursus inter nos dimicabimus. Ve-
rùm nos cogitare hæc oportebat, hunc conuentum non de
priuatis rebus, sed de communi salute indictum esse: & de-
liberandum esse, quomodo Siciliam retineamus, cui Athe-
nienses insidiantur, & existimentur magis Athenienses, quã
mea oratio vos in concordiam reducere: qui cum antecel-
lant potentia cæteris Græcis, in nostra errata intenti sunt,
& cum paucis nauibus adsunt honesto prætextu societatis,
cùm re ipsa hostiles animos habeant, suæ vtilitati consulen-
tes. Nam si bellum elegerimus & attraxerimus Athenienses,
qui venient etiam non vocati, postquam nos ipsos domesti-
cis tributis exhauserimus, & eis viam ad imperium præpara-
uerimus, credibile est eos, cum nos lãguefactos viderint, cũ

maiore

maiore classe vēturos esse ad vniuersam Siciliam occupandam. Atqui tunc socios accersamus, & periculum adeamus, cum aliena inuasuri sumus, non cum nostra perdere volumus. Existimemus autem seditiones maximè perniciosas esse, & vrbibus & toti Siciliæ, in qua cum vniuersi foris hostem habeamus, tamen inter nos dissidemus. Hæc cogitantes oportet, & priuatos cum priuatis, & ciuitates cum ciuitatibus in gratiam redire, & nos omnes coniunctos Siciliæ opem ferre. Nec incitemur his opinionibus, quod, cum nos simus Dorici, oporteat nos esse hostes Atheniensium, Chalcidenses verò eis amicos, quia sunt Ionum Colonia. Non enim odio gentium mouent bellum, sed cupiditate opum Siciliæ. Id ostenderunt, qui Chalcidensibus opitulati sunt, à quibus ipsi nullum ante beneficium iure societatis acceperunt. Nec verò accusandi sunt Athenienses, quod maiora appetunt, & imperium augere conātur: sed illi potius reprehendendi, qui seruitutem sibi accersunt. Natura enim sic fit, vt homines dominentur ,, vltrò cedentibus, caueant verò, si alibi non cedant. Hæc ,, cum sciamus, si non cauemus, nec præcipuè communi periculo occurrimus, multum peccamus. Sed vnum hoc & facile remedium est, nostra concordia, quia Athenienses non ex sua terra bellum nobis inferunt, sed ex sociali. Quare illorum arma non quiescent, donec ipsi inter nos bella gerimus. Sed si inter nos pax fit, sine negotio desinent ipsi, & accersiti honesta specie ad nos opprimendos re infecta discedent. Tantum boni est in concordia, quod ad Athenienses attinet. Deinde quod ad nostram vtilitatem attinet, etiamsi externa vis non esset metuenda, cum omnes fateamur, optimam rem pacem esse, cur non eam inter nos restituimus? Nonne videtis in secundis & ad- ,, uersis rebus quietem vtiliorem esse, & ad retinendas res secundas, & ad medendum aduersis, & in pace dignitatem & alia bona sine periculo esse? Hæc considerantes non contemnite meam orationem, sed suæ quisque saluti consulat. Ac si quis se existimat euentus in sua potestate habere: quia causa valet aut viribus, videat ne decipiatur: cum multa præter opinionem accidant. Multi enim, qui iustitia confisi iniustos adorti sunt: & contra alij freti viribus, qui iniusta se obtinere posse sperabant, illi non solum non depulerunt iniurias, sed succubuerunt: hi verò non solùm alienis non sunt potiti, sed sua etiam amiserunt. Nam nec causa, nec virium excellentia habet exitus certos, sed plerumque vincit incerta fortuna, quæ cum sit fallacissima,

tamen eò est vtilis, quod timorem & prouidentiam vtrisque affert. Cum igitur inter nos sciamus incertos esse bellorum exitus, & cum vtrisque formidandi sint Athenienses, & nos iam euentus docuerit, frustratos esse ea spe, quam habueramus, communes hostes Athenienses dimittamus, & inter nos faciamus perpetuam pacem, aut certè „inducias in longissimum tempus: & priuatas controuer„sias in aliud tempus differamus. Ac sciamus, si mihi assentiamini, singulas ciuitates retenturas esse suam libertatem: vnde poterunt suo arbitrio, & iuuare amicos, & hostes virtute reprimere, vbi opus erit. Sin autem mihi diffidentes aliis obtemperabitis, non poterimus nostro arbitrio reprimere hostes. Et vt maximè id fiat, necesse erit nos amicos & socios esse eorũ, qui nobis inimicissimi sunt, & cognatis inimicos. Hæc ego censeo, qui sum, vt initio dixi, ex ciuitate maxima, quæ magis infert bella, quam repellit. Ac peto vt prospicientes communia pericula cedamus nobis mutuo: nec ad necessarios ita mulctare velimus, vt nos ipsos magis lædamus. Nec stultitia contentionum putemus nos & consilij nostri, & fortunæ dominos esse: quam non habemus in nostra potestate. Alios quoque iustum duco idem facere, quod ego facio, videlicet: vt quantum cedere æquum est, id sponte potius quàm deinde hostium armis coacti faciant. Non est enim turpe cognatos cognatis cedere: aut Doriensem Doriensi, aut Chalcidensem cognato: cum omnes viam simus, & vnius insulæ incolæ, qui communi nomine Siculi dicimur. Qui etiam si quando, vt opinor, bellum inter nos geremus, cum ita videbitur, tamen rursus pacem faciemus, cum in colloquia ventum erit: Sed vniuersi coniuncti, si sapimus, externos hostes depellamus. Quia commune periculum est omnium: cum pars aliqua ab externis hostibus oppressa est: nec socios vnquam nec conciliatores peregrinos accersamus. Hæc si faciemus in præsentia, duo magna bona assequemur: liberabimus Siciliam ab Atheniensibus, & à domestico bello: in posterum verò & nos singuli fruemur nostra libertate, & exteræ nationes minus audebunt nobis bellum inferre.

DELIBERATIO DE PACE EIVSDEMQVE CONditionibus.

Ex Polybij Lib. XV.

ORATIO ANNIBALIS AD Scipionem.

RESOLVTIO.

CVM Scipio relicto in Italia Annibale, in Affricam exercitum transportasset, & duobus prælijs superati Carthaginenses à Romanis Annibalem reuocassent, flēs ille Italiam reliquit: in Affricā reuersus cum quo essent loco res Carthaginensium videret: de pace capere consiliū cœpit, & à Scipione colloquiū impetrauit, in quo de pace actū, sed frustrà fuit: secutū paulò post est nobile illud ad Zanā præliū, vbi à Romanis victi Carthaginenses sunt. Quæstio est, vtrū post diuturna bella, clades multas ac magnas vtrinq; acceptas de pace cogitādū. Negātē Scipio defendit: tuetur Annibal his argumētis. Quod 1. Fortuna mutabilis ac flexibilis: ideoque non huic nimium atque ita fidendum: vt pacis conditiones respuantur: id quod suo Annibal exemplo probat: similitudinibus quoque illustrat egregijs: quod quemadmodum in aleæ aut latrunculorum ludo calculi variè nunc antè, mox post ponuntur, tolluntur etiam prorsus: ita fortuna vtramque in partem mutabilis, nunc extollit hominem: tribuit nūc primum, paulò post postremum huic locum. Et vt cum infantibus ludere seniores solent, & eos oblectare vel crepundijs vel decipere varijs modis: sic fortuna cum hominibus agit: largitur bona, quæ specie magna esse vidētur, interim crepundijs sunt similia: ostendit ac monstrat quædam, mox eadem aufert. 2. Ipse venerit in Italiam adolescens, victorias insignes reportarit: & nunc tamen cum Romano cogatur, fortuna mutata, de patriæ suæ salute colloqui. 3. de rebus ac negotijs humanis ἀνθρωπίνως. humano more hominibus agendum, ita consilium capiendū: ne altum sapere sed ex bonis, quod est maximū, ex malis minimum eligere videantur. 4. Ex bello continuato, nec ad priuatos, nec ad Rempub. laudis atque gloriæ magna expectari accessio è victoria: clade verò ingens dānum ac dedecus metuendū. 5. Carthaginenses æquas pacis conditiones proponant: offerant Siciliam, Sardiniam, Hispaniam, insulas inter Italiam & Affricam interiectas: propter quas bellum hactenus gestū fuerat. Cōciliationi inseruiūt εὐχαὶ vota pia & religiosa. ingenuæ & liberæ cōfessiones causarū impellentiū ad bellū: admonitiones de deorū ira deprecatione auertēda: pfessiones studij pacis: cohortatiōes Scipionis ad pacē, sed sine obiurgatione & vehemētia. Motus Timor est, quē excitare Annibal conatur in Scipione: cū de fortunę incon-

inconstantia agit: proponit pericula, quæ metuenda Scipioni si vincatur: quid simili in fortuna sibi acciderit, indicat. Collocatio & tractatio absoluitur quatuor partibus. 1. Exordio, quod εὐχὴν votum habet, & indicationem causarum impellentium ad bellum. 2. Propositione facta significatione animi parati ac prompti ad pacem ineundam. 3. Confirmatione, in qua quinq; argumentis de ineunda pace & concordia agitur. 4. Conclusione, quæ προτροπῇ adhortatione confiat. Loci hic notandi: de fortunæ inconstantia, pacis itidem & concordiæ amore. Vsus erit, cum post grauia ac diuturna bella de pace est consultandum: sunt vtrinq; rationes afferendæ: simul etiam de conditionibus cogitandum, quibus commodè transigi cum hostibus, & pax constitui queat.

I. OPTANDVM esset, vt neq; Romani extra Italiam, neq; Carthaginenses extra Affricam quicquam appetiuissent. Vtrisq; enim hæc esse sua & quidem præclara imperia, ac quodam veluti ambitu à natura ipsa definita. Sed quando primum propter Sicilienses controuersias vltrò citroq; bellum intulimus, rursus propter Hispanienses, tandemque fortunæ vi quadàm dementati, eò deuenimus: vt de patrio solo decerneremus: sint autẽ qui etiamnum grauiter decernant: id vnum relinquitur nobis: vt deorum iras deprecati, tantam gloriæ contentionem, si qua fieri potest, dirimamus.
II. Equidem ad id sum paratus, quod ipso rerum vsu edoctus scio quàm flexibilis sit fortuna, & quàm in vtranq; partem magna habeat momenta: quasi cum infantulis colludat.
III. Illud autem me vehementer sollicitat, quòd vereor vt tu me, Scipio, licet fidele consilium dantem, audias, tùm, quia ineunte adhuc es ætate, tùm quia tibi res Hispaniæ & Affricanæ ex sententia cesserunt, nec reflatum vllum fortunæ vsque adhuc sustinuisti. Quæ autem rerum sit conditio, cognosce ex sermone vnico quem exponam: non de rebus superioris memoriæ, sed iis, quas ipsi gessimus. Siquidem sum ille Annibal, qui post Cannense prælium ad Romam ipsam accessi, & non amplius quadraginta stadia ab illa castrametatus deliberabam, quid de vobis & de patriæ vestræ solo statuerem. Idem nunc venio tecum Romano homine, de me deq; Carthaginensium salute colloquuturus. Quæ ego te
» considerantẽ hortor, ne maiores spiritus geras, sed de præ-
» sentium rerum statu homo humanum consilium capias. Est
» autẽ eiusmodi: vt in bonis maxima, in malis minima eligas.
Ecquis igitur est mentis compos, qui in id periculum se offerat, quod tibi nunc propositum est, cuius hæc cõditio est: vt ex tua victoria, nec ad tuam, nec ad patriæ tuæ gloriã ma-

gna

gna fieri poſſit acceſſio : victus autem quæcunq; præclarè & glorioſè hactenus geſta ſunt, tua vnius culpa funditus euertas. Sed quònam hæc omnis ſpectat oratio? Nos iis o- IV.
mnibus, de quibus antea contendimus, Romanis cedimus. Erant autem hæc : Sicilia, Sardinia, eaq;, pro quibus in Hiſpania pugnauimus, vtq; de his nunquam Carthaginenſes cum Romanis bello contendant : itemq; quæ inſulæ inter Italiā & Affricam interiectæ ſunt, eæ Romani ſint imperij. Has ego conuentiones cùm Carthaginienſibus tutiſſimas, tum verò populo Romano ampliſſimas credo fore.

ORATIO SVPERIORI PROXIMAE CONTRARIA.

Ex eodem Polybij libro XV.

P. SCIPIONIS AFFRICANI ad Annibalem.

RESOLVTIO.

Modeſtè superiori proximæ Annibalis Orationi P. Scipio reſpōdet, ſe quoq; non minus atq; ipſum fortunæ aleam & videre, & metuere : vitæ etiam huius ſortem conſiderare affirmat : at non interim perſpicere oſtendit : quo pacto cum Carthaginenſibus iniri pax, & quidem iis conditionibus poſſit, quas Annibal obtulerat : ſed illud neceſſe eſſe docet : vt ſe ac ſua Carthaginenſes Romanis permittant : dedant vrbem : aut prælio ſeſe liberent, & victoriam reportent. Ad hanc probandam ſententiam argumenta quinq; adhibentur. Quorum 1. eſt. Quod Carthaginenſes belli extiterint authores, atq; ita cum illis non ita facilè de ineunda pace transigendum. Id quod probatur Annibalis primò teſtimonio, cui ſcilicet conſtet, Carthaginenſes non Romanos Siculi & Itali belli fuiſſe authores : deinde deorum immortalium iudicio, qui eorum cauſam iuuent atq; promoueant, qui non inferant iniurias, ſed illatas armis propulſent. 2. Pacis nunc offerant conditiones, non quietis & concordiæ amore, aut vltrò, verùm extrema neceſſitate coacti & compulſi : cum Annibal inuitus admodum & flens ex Italia diſceſſerit: Carthaginēſes aliquoties iam à Romanis victi. Siphax rex amiſſus : etiam in aliis rebus magnam fortunæ mutationem ac viciſſitudinem deprehenderint : Romanis contra ex animi pleraq; ſententia ſuccedant, &, quod caput eſſe Scipio affirmat, captiuos detineant tot Carthaginenſes, vt facilè permutatio cum iis inſtitui queat, qui in vinculis Romani teneantur. 3. Inſolentia ac ſuperbia quadam æquas pacis conditiones antè repudiarint : cum S.P.Q.R. illis præſcripſiſſet : vt primò Siciliam & inſulas quaſdam alias reſti-

tuerent:

tuerent: deinde gratis dimitterent captiuos: tertiò armatas naues traderent Romanis: quarto numerarent quingenta talenta propter bellicos sumptus: postremò horum omnium etiam obsides mitterent. 4. Perfidi sint & fœdera semel facta temerè violarint, vbi audiuerint, rem non infeliciter Annibali in Italia succedere. 5. Si curæ cordiq; Carthaginensibus fuisse pax & cõcordia, potuisse ad populum referri, si quid imperatũ fuisset durius, vt illud rescinderetur. Id quod à Carthaginensibus minimè factum. Ad beneuolentiam captandam & cõciliandum faciunt: cum primùm Scipio religiosè admodum ac piè fiduciam habere Romanos dicit in deorum auxilio, qui adsint iustam causam fouentibus ac defendentibus. Deinde modestè indicat, se quoq; de fortunæ inconstantia & sorte sua cogitare: atq; ita suspicionem à sese superbiæ atque insolentiæ remouet. Tum ἐπιείκειαν æquitatem quoq; suam indicat: quando communicat cum Annibale, & iubet suis partibus assumptis, iudicare, an non ęquitatis ac iustitię amantes semper Romani extiterint. Decorum quoque egregium est, obseruatum in Scipionis persona: cum militari ille more, non longo prooemio vtitur: concludit pręterea breuiter & imperiosè satis: vt vel armis ac prelio secum Annibal decertet, vel se patriamq; suam Romanis permittat. Motus sunt metus ac pudor: quorũ ille excitatur, cum Carthaginensium ob oculos perfidia constituitur: simul etiam comminatio adhibetur pœnę, & quidem nõ longè remotę: hic oritur, quando de Carthaginensiũ agitur leuitate atq; inconstantia: quę perfidè ab his acta commemorantur. Collocatio & tractatio tribus constat partibus. 1. Exordio, quod beneuolentiæ habet conciliationem, superbiæ declinatione & obtestatione gratam factam: non Romanos, sed Carthaginenses belli authores esse. 2. Confirmatione, quæ argumenta illa cõplectitur, quibus probat Scipio pacis conditiones recipi ab Annibale non posse. 3. Conclusione ἐπιταγῇ mandato absoluitur: vt postĥabitis longioribus sermonibus, aut prælio victoriam quęrat Annibal, aut se ac patriam Romanis permittat. Loci sunt obseruatu digni: de auxilio diuino iustis & legitimis in bellis: pacis considerandis caussis, & quinam hac digni, aut indigni iudicandi. Vsus, cum in tractatione de pace ostendendum est, quamobrem conditiones eas, quæ ab hostibus proponuntur, admittere non possimus.

I. NEGO Romanos, aut Siciliensis belli aut Hispanici autores extitisse, sed Carthaginienses potius: quorum nihil Annibalem fugit. Sed & testes deos ipsos citari possum, qui non iniuriæ autores, sed iniuriam propulsantes viribus in-
,, struxerunt: fortunæ verò aleam non minus quam quilibet
,, alius perspicio: humanam autem sortem soleo pro viribus
II. considerare. Verùm si antequam Romani in Affricam traiicerent, in Italia relicta hanc pacificationis rationem iniisses

hæc

hæc te spes,mea sententia,non fefellisset. Sed quandoquidē tu inuitus ex Italia discessisti: nos autem,mari traiecto,agris sumus potiti,planum est magnam esse factam rerum vicissitudinem.Et(quod caput est)deducti sumus ad quēdam nostrorum ciuium numerum, qui à te superati in vinculis habentur.Pacti sumus certis conditionibus, quæ fuerunt perscriptæ, quæ iubebant, præter illa quæ tu modò obtulisti, gratis dimitti captiuos,vt armatas naues dederent Carthaginienses: quingenta talenta exoluerent: horum omnium obsides darent. Hæc inter nos eramus pacti: de his ipsis legationes vtriq; ad Senatum,& populum nostrarū ciuitatum misimus: nos,eo animo,vt stari cōditionibus placeret: Carthaginienses,vt sibi eæ cōcederentur rogantes. Senatus hæc probauit,populusq́; sciuit.Adepti quod cupiebant Carthaginienses,violatis nostris conuentionibus,hæc repudiarunt omnia. Quid igitur reliquum est? tu susceptis meis partibus,dic ipse Annibal. Sunt ex impositis conditionibus grauissimæ quæq; illis extorquēdæ ne reportatis perfidiæ præmiis, discat in posterum eorum fœdera rumpere à quibus beneficiis sunt affecti: quin potius, vt eum postulata impetrarint,se nobis debere beneficium intelligant.At illi modò, cum à nobis quod supplices rogabant, impetrassent, postquam magnam de re spem conceperunt, repentè nos in inimicorum atq; hostiū numero habuerunt. A quibus si quid durius imperabatur, referri ad populum poterat de eo capite rescindendo: iam cum propositas conditiones tollatis, dilationem consultatio non habet. Quis igitur modus nostris sermonibus statuetur? Aut vos patriamq́; vestram nobis permittatis oportet,aut prælio victores sitis.

(II and III in right margin beside "A quibus si quid" and "Quis igitur modus no-")

ADHORTATIO AD PACEM ET A BELLO DEhortatio.

Ex M.Bellaij Comment.de rebus Gallicis lib.6.

ORATIO CARDINALIS LOTHAringi ad Carolum V. Imperatorem.

Resolutio.

Cum de pace inter Imp.Carolum V. & Franciscum I. Galliæ regē instituenda actum Romæ coram Pōtifice esset: Cardinalis Lotharingus, rebus suis confectis, domum profectus in itinere ad Cæsarem Petrosanctum peruenit: quem denuò partim suis verbis,partim mandatis à Papa acceptis eò impellere conatus est, vt ratā illā haberet,

quæ ante promiserat. Verum, vbi animaduertit, difficulter impetrari aliquid ab eo posse, sub discessum hanc ad Cæsarem Orationem habuit, in qua eum à bello dehortatur: rogat, vt animi valere perturbationibus iussis, rem ipsam paulò diligentius consideret. Argumenta sunt: quòd 1. Bellorum exitus communes & incerti. 2. Iactura in his haud leuis, non potentiæ solùm & facultatum, verum etiam famæ ac gloriæ metuenda. 3. Bellum nullum, nisi lacessitus, Galliæ sit rex moturus. 4. Neq; tamen vires ei desint, quibus & se defendat & vlciscatur, si in arma semel compulsus fuerit. Ad ἦθος & conciliandū valet: quòd παῤῥησίᾳ & loquendi libertate vsus Cardinalis, veniæ deprecationem adhibet: suam pro Cæsare testatam solcitudinē facit. Motus timor ac metus est, quem excitat Cardinalis cum pericula indicat, quæ Cæsari metuenda, si bellum contra Galliæ regem suscipiat: eundem in ipsis regni visceribus adoriatur. Tractatio & collocatio horum constat primùm: Exordio ἀξιώσει petitione & adhortatione facto: ne quid temirè suscipiat, sed ratione potius, quàm affectibus in consilium adhibitis, paci studeat. Deinde Confirmatione, quæ argumēta complectitur, quibus quod vult, impetrare Cardinalis conatur. Postremò Conclusione προσφορᾷ adhortatione, & πάθει, metus motu absoluta. Loci erunt obseruandi de moderatione & exclusione animi perturbationum à consiliis & rebus gerendis: bellorum incerto exitu: studio defendendæ patriæ ac regionis propriæ tuendæ: temerariis conatibus vitandis. Vsus erit, cum secunda fortuna & victoris animosum atq; cōfidentem factum principem dehortari volumus, ne temerè expeditionem suscipiat: maximè verò hostem sua in regione adoriatur.

I. TAMETSI, Cæsar Auguste, ex itinere, quod instituis, ex iis quæ paras & loqueris, satis perspicio, Regi fratri tuo nihil iam esse, quòd aliam abs te cōditionem, quàm armorum expectet: quin & ab iis, quorum fide & diligentia res tuæ potissimùm administrantur, audio, tua consilia, non tam eò spectare vt Sabaudum restituas: quàm vt Regem in ipsis regni visceribus adoriaris: non tamen desistam quin te ,, etiam hodie orem, vt animi perturbationib⁹ paululùm mo- ,, derari cogites, non odium & spem, quibus nihil infidū ma-
II. gis aut minus tutum fieri potest, in consilium adhibeas, aut ,, te transuersam rapi patiaris. Bellorum exitus cōmunes sunt ,, & ancipites. Quò sæpius victoriam consequutus es, eò te diligentius cauere conuenit, ne quid suscipias, quo rerum gestarum splendor obscurari queat, quoq; detrimētum maius accipias, quam causa grauis videretur extitisse, quæ te in hoc discrimen vocare potuerit. Vnde profectò fieret, vt calamitas hæc temeritati & immaturo consilio tribueretur, res secundæ, fortunæ arbitrio, non tua virtute aut sapientia conti-

contigisse putarentur. De Rege fratre tuo hoc non dubitãs affirmare possum, cum, nisi prior arma capies, nisi à te primùm classicum dabitur, nisi prior illum lacesses, bellum non esse tibi illaturum. Sin autem illum adoriri, maximè in ipsius ditione & regno institues, quemadmodum passim tui gloriantur, hoc tibi vaticinari & prædicere non dubito: (liceat quæso cum bona venia liberè quod sentio eloqui) si illius regni robur & Galliæ florem: si populi in vnam voluntatem conspirantis cõsensum & concordiã, summumq; erga principẽ studium ac fidẽ bene noui: si me non fallit ipsius Regis (à quo educatus sum & ornatus) animi præsentia & celsitudo, atq; indefatigabilis in rẽ præcipui momenti, quã semel suscepit, alacritas: nõ procul iã esse, qđ prò maximo beneficio à DEO optabis & petes, vt te saluum ex hoc bello extricare possis. Sic enim habeto, aliã esse Galli militis rationẽ in tuenda regione bello quæsita, atq; cum pro patria, oppidis, agris, possessionibus, templis, delubris, focis & aris pugnandum sibi esse videt: pauci cũ absq; vel repẽtina pernicie, vel maximo discrimine domi adorti sunt. Quocirca te, Cæsar, III.
rursus etiã atq; etiã moneo, ne cõmittas vt temerario conatu cuipiã Galliæ loco antea obscuro & incognito nomẽ & celebritatem tua calamitate afferas. Verùm, vt semel dicam, spero fore, vt potius te à sententia deduci hic patiaris, quàm in Galliam iter facias. Vnde non parum periculi est, ne res tibi, tùm ignominiæ, tùm damno sit futura.

ADHORTATIO AD PACEM ET CONCORDIAM.

Ex Antonij Bonfinij rerum Vngaricarum Decad. II. Libro VII.

ORATIO EMERICI VNGARIAE REGIS ad proceres & milites ad prælium paratos.

RESOLVTIO.

CVm post Belæ III. Vngarorũ regis mortẽ Emericus, natu maior filius, regnum, vti par erat, obiisset: iniquo illud animo frater eius Andreas tulit: quòd maxima quæq; anhelans, ad imperandum se potius, quam parendũ esse natũ putaret: execraretur primo genituræ iura, quæ regnandi sibi potestatẽ ademissent. Itaq; cum quouis modo regno potiri cuperet, cum amicis primùm, post optimatibus plerisq;, quorum mira arte gratiã sibi comparârat consilia iniit: donis & largitionibus è nobilium ac præpotentiũ ordine quẽq; circumueniens, in suas pertraxit partes: tandẽ bellum fratri indixit atq; Marte vindice regnum occupare conatus est. Emericus rex, cum neq; literis, neq; benef

nuncijs magnis fratrem conciliare posset, desperata tandem re & ipse aciem [illegible] instruxit. Vbi collatis iam dimicandum signis esset, ne cognati sanguinis autor esset, depositis armis, coronam sceptrumq; gestans per medias fratris acies incedēs, vt armis abiectis paci & concordiæ studerent, eos est hisce argumentis hortatus: quòd 1. Magnū regum sanguini sacrosancto manū inijcere. 2. Contra mandatū diuinum regiæ maiestati vim inferre. 3. Ipse non homo sit priuatus, sed Rex Vngariæ, omnium ordinum suffragijs electus. 4. Homicidæ & parricidæ omnibus supplicijs ac piaculis obnoxij. 5. Reges sub tutela ac defensione DEI qui seditiosos & turbulentos subditos etiā in liberis punire solet. 6. Causa belli minimè iusta, sed fraterna saltem leuitas, & impietas. Conciliantia sunt: cū non sese Emericus, verum officium ac munus quod gerat, velit considerari: sibi semel moriendū esse, ideoq; non de se, sed subditis solicitum suis esse affirmat: blandè & amicè eos ad pœnitentiā cohortatur: veniam pollicetur: patris haberi loco cupit. Motus pudor ac metus est: quorū ille excitatur, cū delicti magnitudo et atrocitas indicatur: hic oritur, quando recensentur pœnæ quæ subditis, si quidem pertinaciter ita pergāt, & eorū liberis quoq; à DEO ipso expectanda. Collocatio ac tractatio constat. 1. Exordio ex abrupto graui comprobatione atq; admonitione facto 2. Confirmatione argumēta illa continente, quæ dehortari ab armis & bello, ad pacē & concordiam subditos excitare poterant. 3. Peroratione, qua breui præcipuorū repetitione, & [illegible] adhortatione absoluitur. Loci obseruandi de regia maiestate vi aliqua non fœdanda: aut contemnendis ijs, qui publicā personam gerunt: bello temerè non suscipiendo. Vsus erit, quoties autores esse proceribus aut subditis regni alicuius volumus, ne contra reges & Magistratus suos legitimos arma seditiosè sumant, sed his obedientiam atq; obseruantiam debitam præstent.

I. QVIS tandē erit ille, nūc agite milites, qui sacrosancto
regū sanguini manū inijcere ausit? quis erit? qui Diui
Stephani numine in hanc dignitatem assertū lædere cupiat?
,, Et, quādo omnis potestas à DEO est, quis est deniq; qui re-
,, giam maiestatē vi aliqua fœdare audeat? Cum se quoq; ipsi
,, reges pensitata dignitate, vel inniti colore, ac reuereri cogā-
II. tur. Non Emericus sum, nō priuatus homo, sed Diui Stephā-
ni vicarius, pronepos & hæres, publicā personā gerens, quia
non tā vestra suffragia, & hæreditaria iura, quàm Diui, ac sacræ huiusce Coronæ numen, me Vngariæ regē præstitêre.
In quem igitur miseri arma sumpsistis, in méne, an Diui Stephani successorem, ac Regem vestrum, omnium ordinum suffragijs optatum? si in me, quando homo sum, sicarij estis & homicidæ: si in Regem D. Stephani successorē, prophaní parricidæ estis, omnibus supplicijs & piaculis obnoxij. Non cum mortali vobis res est, miseri; sed cum eo, cui præ diuina di-

na dignitate, supra mortalitatem aliquid accidit. Sub omnipotentis DEI tutela Reges degunt, quorum læsa maiestas, vix populorum exitio expiari potest. Ego quoq; inermis inter infesta arma progredior, quando hæc corona data diuinitus, ac sceptrum hoc, quod gesto, me inter furentum studia satis virum efficiunt. Videte quem læseritis, & ne in caput vestrum ac filiorum, sanctum sanguinem haurire videamini, prospicite, & considerate. Emerico omnino semel moriendum est, quamuis hac, aut alia morte multum refe-ratchæc mihi multò gloriosior, calamitosioq; vobis, illa mihi vobisq; vulgarior. Fraterna leuitate subducti, prophana & impia arma sumpsistis, sed temeritatis impietatisq; notā, dum tempus est, salutari tempestiuaq; pœnitentia abolete. Resipiscite, quæso, ego sum Rex vester, ac pater, qui pientissima indulgentia & paterna obliuione facinora vestra delebo. Agnoscite patrem vestrum, & quam defero execrabilis audaciæ veniam, lubenter accipite, & eum retinete Regem, quem Diuorum numina & vestra suffragia, designarunt. III.

PETITIO RECONCILIATIONIS AC DEDITIONIS admittendæ.

Ex Liuij Lib. XXV. Ab vrbe condita.

ORATIO SYRACVSANORVM ad Marcellum.

RESOLVTIO.

Legatis ad M. Marcellum Rom. Imp. missis Syracusani petierunt, ne sibi fraudi defectio à Romanis esset: his reconciliati, vrbem, se, suaq; omnia dediderunt. Rationes, quibus impetrare veniam & reconciliationem à Romanis legati conantur, sunt: quòd 1. Ad hostes, nō ipsi, sed Hieronymus defecerit; turbatores pacis & satellites regij Hippocrates & Epicides, oppresso populo, extiterint: 2. Pacem tam cū Romanis diu coluerint, quā diu libertate vti frui potuerint. 3. Sit deditio illa M. Marcello cumprimis gloriosa atq; honorifica futura. 4. Hieronis istud memoria & am citia requirere videatur. Ad conciliandum valet, quòd amicos sese semper, neq; vllius affines esse culpæ Syracusani affirmant. Motus misericordiæ est excitata supplici oratione et subiectione pôtestati Romanorū: & Mansuetudo ac clementia quæ mouetur, cū ostendunt Syracusani turbarū, ac defectionis nō se sed alios extitisse. Collocatio ac tractatio ita est instituta: vt quæ ad beneuolentiā faciunt conciliandā in principio ponantur: adhibeantur in altera parte ac confirmatione illa, quibus impetrare Syracusani conātur, vt vrbis suæ deditionem M. Marcellus admittat, non repudiet. Locus com:

hic obseruandus de Rerumpub. turbatoribus paucis: qui in causa sunt sæpe: vt inuiti ac nolentes à legitimo suo Magistratu subditi deficiant aut amicitias, fœdera, societates violent. Vsus, cũ periculo et discrimine aliquo imminente, reconciliari ac dedere ijs nos volumus, quos ante offendimus, & à quibus defecisse videmur.

I. NEQVE primò, Syracusani à vobis defecimus, sed Hiero-
nymus, nequaquã tam in vos impiùs, quàm in nos: nec
postea pacẽ tyranni cæde compositã Syracusanus quisquã,
sed satellites regij Hippocrates atq; Epicides, oppressis no-
bis hinc metu, hinc fraude, turbauerunt: nec quisquã dice-
II. re potest, aliquando nobis libertatis tẽpus fuisse, quod pacis
vobiscum nõ fuerit. Nũc certè cæde eorũ, qui oppressas te-
nebãt Syracusas, cum primùm arbitrij nostri esse cœpimus,
extemplò venimus ad tradenda arma, dedendos nos, vrbem,
mœnia: nullã recusandã fortunã, quæ imposita à vobis fue-
rit. Gloriam captæ nobilissimæ pulcherrimæq; vrbis Græco-
rũ dij tibi dederunt Marcelle. Quicquid vnquã terra mariq;
memorandũ gessimus, id tui triumphi titulo accedit. Famæ
ne credi malis, quãta vrbs à te capta sit, quàm posteris quo-
que eam spectaculo esse. Quò quisquis terra, quisquis mari
venerit, nunc nostra de Atheniensibus Carthaginensibusq;
trophæa, nunc tua de nobis ostendat, incolumesq; Syracu-
sas familiæ vestræ sub clientela nominis Marcellorum, tute-
laque habendas tradas: ne plus apud vos Hieronymi, quàm
Hieronis memoria momenti faciat. Diutius ille multò ami-
cus fuit, quàm hic hostis: & illius etiam benefacta persensi-
stis, huius amentia ad perniciem tantùm ipsius valuit.

PETITIO PACIS, ALIQVOT ORATIONIBVS CONSTANS.

Ex Appiani Alexandrini Lib. De Punicis bellis.

ORATIO I. LEGATORVM CARTHAginensium ad Coss. Rom.

RESOLVTIO.

CVm tertio et vltimo Punico in bello Carthaginẽses victi primùm à Masinissa, post etiam à Romanis M. Manlio & L. Martio Coss. petiti: nec, iuuentute armata, classe, socijs, mercenarijs, frumento, alijs ad obsidionem ferenda necessarijs, instructi essent, nec sufficere sese aduersus Masinissam simul ac Romanos posse animaduerterent: legatos Romam libera cum potestate vtcunq; rem cõponendi miserunt. Quibus quidẽ obsides trecentos nobilissimos pueros aliaq;, imperandæ pacis causa, Romani imperarunt: clam autẽ Consulibus ad bellum missis scripserunt: ne à mandatis, quæ in vrbe acceperant, discederent. Vnde factum,

factum, vt Romam obsides mitterentur: iuberentur legati ad Vticam reliqua cognoscere, quæ ad bellum tollendum esse necessaria viderentur. Eò vbi est peruentum, dicendi facta potestate à consulibus, legati; multa primò præfati de pristinis vtriusq; populi fœderibus, de Carthaginis vrbis antiquitate, frequentia, potentia, imperiò quondã terra mariq; amplissimo, post pacẽ hac oratione petierunt. Argumenta sunt, quæ adhibentur: quòd 1. Esse aliquã satietatem tandem oporteat calamitatũ hostiũ. 2. Imperata omnia Carthaginenses iã fecerint. 3. Maiores victores, eiusce modi contenti fuerint conditionibus: semel datam pacem fideliter seruarint. 4. Belli denunciati ac illati nullæ Romanis sint iustæ causæ. 5. Iniuriis Masinissæ coacti bellũ contra eum susceperint. 6. Duces ac defensores suos in Rom. gratiã damnarint: miserint legatos suos Romã. 7. Romani datis obsidibus, libertatẽ & αὐτονομίαν Carthaginensibus promiserint. Conciliationi inseruit pietatis Rom. cõmendatio: indicatio æquitatis actionum et factorũ Carthaginensium. Motus duo sunt: Misericordia & Aemulatio: quarũ illa excitatur expositione miseriarum ac calamitatum, & fortunæ vicissitudinum atq; mutationis Carthaginensium: illa inflammatur maiorũ indicata moderatione, fide, constantia in dictis ac factis, partes duæ sunt: quarum prior, cum antecedentibus cohæret & dehortationem ab insolẽtia secunda in fortuna habet: posterior petitionis argumenta, modò resoluta complectitur. Loci sunt de superbia ac iactantia in hostium rebus adfsis fugienda: fide seruanda in promissis, & pace semel data. Vsus erit, quando de pace cum iis agendum, qui hanc promiserunt quidem verbis, re verò ipsa non seruare videntur.

HOc vestram pietatem decet, vt præcipuè curetis res I.
hominum. Quòd si inclementes nacti sumus aduersa- II.
rios, debet esse aliqua calamitatum nostrarum satietas: quãdo imperium terra mariq; omisimus, naues nobis tradidimus, alios non parauimus, ac venatione ac possessione elephantorum abstinuimus, eximios obsides, & olim, & nunc dedimus, tributa suis temporibus persoluimus, soliti semper ab aliis accipere. Certè vestris maioribus satis hæc fuêre victoribus, qui his legibus nos receperunt in societatem & amicitiam: in eo fœdere vtriq; ex regno iurati sumus. Et illi quidem post diuturna bella pacem semel datam seruarunt fideliter: vos cum quibus nunquam armis certauimus, quid habetis quod causemini non seruatum in hoc fœdere: vt meritò bellum, hoc tam repentè decreueritis, ne denunciatum quidem nobis inferatis? Num tributa non soluimus? an naues habemus? an inuidendos elephantos? an non miserabiles videmur, fame amissis nudius tertius L. M. At cum Masanissa bellum gessimus? At ille res nostras vsurpauit

Ferebamus tamen propter vos omnia. Sed cum illum nullũ nefariæ cupiditatis finem faciens, terra, in qua nutritus & eruditus est, aliis post alia detrimentis afficeret circa Emporium: nec hoc contentus, rursum aliam nostræ ditionis partem inuaderet: tandem effecit vt pax turbaretur, quam v[illegible]um habuimus. Si hæc belli causa prætexitur, nos certè etiam defensores nostros publico preconio dãnauimus; ad vos legationem excusaturam misimus, rursumq; alios legatos cum libera potestate pacem renouandi vestro arbitrio. Quid igitur opus erat classe ac exercitu contra non tã fatentes peccatum, quàm committentes se vestro iudicio? Quod autem nec fallendi animo hæc offeramus, nec grauemur vllam mulctam luere, satis apparuit, quãdo lectissimos pueros expetitos à vobis obsides, mox, vt decretum iussit, non expectata die trigesima misimus. Est autem in eodem S. C. si dederimus vobis obsides, Carthaginem sinendam esse liberam vti suis legibus, & possidere quæ habemus.

ORATIO II. HANNONIS GILLAE AD Romanos.

RESOLVTIO.

CVM prima Oratione non modò nihil impetrassent Carthaginenses: verum etiam, armis traditis iussi à Censorino essent Carthagine cedere: atque aliò ditionis suæ locum transferre: Hanno cognomine Gilla, omnium, qui tum aderant, Pœnorum illustrissimus precibus à Romanis impetrare conatus est: ne Carthago euerteretur: incolæ indigni iudicarentur misericordia. Rationes hanc ad rem adhibentur: quod 1. Ipsi Carthagines Affrici aliquando domini fuerint, & Romanis tãdem cesserint. 2. Fœdera semel facta à Romanis minimè violanda: nec rescindendum, quod iureiurando confirmatũ 3. Nihil cõtra fœdera & pacta Carthaginenses peccarint: fidem promissis habuerint Romanorum. 4. Non, si diruenda Carthago, libera ac suis illa relinqui legibus possit. 5. Vrbs antiqua, nobilis, celebris religiosa, neq; quicquam ipsa cõmenta euertenda. 6. Causa euersionis nulla, nec talis amplius Carthago, vt metuenda. 7 Difficulter, imò fieri prorsus nequeat, vt Carthaginenses mari assueti, indeq; victum, maiori ex parte, quærentes alibi viuant. 8. Maior laus & gloria alia ratione, quã euersione vrbis innocentis parari possit. 9. Neq; Græci, neq; etiã ipsi Romani vrbẽ vnquã diruerint, quæ ante prælium manus, post obsides, arma, & alia imperata dederit. Blanda & conciliantia, quibus in deprecationibus maximè opus, aliquot, ac quidem egregia hac in oratione reperiuntur. Quale illud

illud est: quod institutæ Orationis causas Hanno reddit: sinistras remouet suspiciones, ne iure cum Romanis contēdere velle videatur: tamen dictorum repetitionem conditionis miseræ descriptione excusat: ad ea, quæ sunt de migratione à Romanis illata modestè respondet. patriæ incolumitatem pluris quàm vitam sese suam facere indicat: Romanos à pietatis ac honestatis studio, & modestiam in rebus secundis ac ad voluntatem fluentibus laudat. Motus præcipuus hic misericordia est. Excitatur autem cum deprecationibus atq; obtestationibus grauibus: tum expositione atque amplificatione luctuosa: & miserabilis status Charthaginensium. Accedit huc & Metus dedecoris futuri, ac iacturæ famæ & existimationis præclaræ. Collocatio & tractatio horum absoluitur. 1. Exordio beneuolentiæ accommodato, quæ αἰτιολογίᾳ in fluunti causis & ἀποδείξει, conciliatur. 2. Deprecationis argumentis ac rationibus. 3. Conclusione facta partim dictorum repetitione, partim petitione noua: vt exigua mora interposita, hæc Romanam ad Senatū per legatos causa referatur. Loci sunt: de contentione graui inferiorum cum superioribus: fœderibus semel factis ac iureiurando confirmatis non violandis: modestia in rebus secundis: fama atq; existimatione præclara nō negligenda: metuenda Nemesi fortunatis ac felicibus. Vsus erit: quando extremas in angustias redacti ad deprecationes, & misericordiam aliorum confugere necesse habemus.

SIlicet, Principes Romani, iam antè dictis aliquid addere, dicemus, non quod velimus ex iure nobiscum cō- I.
tendere. Intempestiua enim est miseris contētio: sed vt cognoscatis esse causas & rationes cur debeamus videri digni
vestra misericordia. Nos certè Africæ quondam mari que II.
domini, & per multos annos imperij vestri æmuli, tandem Scipioni cessimus, quando naues, & elephantos quotquot habuimus, vobis tradidimus: tributa quoque tunc imposita, persoluimus præstantis temporibus. Ergo per Deos, fœderis testes, parcite nobis, parcite iureiurando Scipionis, qui iurauit Pop. Romanum Pop. Carthaginiēsi amicum sociumque fore, contra id fœdus nihil peccauimus: nō naues, non elephantos habemus: tributa non desideratis; contra tres reges vobis auxilio fuimus. Nec est cur quenquam vestrum tædere debeat, si hęc etiam prius memorauimus, cū arma petebatis. Nam plerunque miseris loquaces reddimur: nec est in deprecationibus quicquam validius, quàm leges fœderis; & ad solas preces habemus refugium; quandoquidem potentiam vniuersam vobis cessimus. Hactenus de priscis pacis legibus, quas nobis confirmauit vester Scipio. Quod verò ad præsentem statum attinet, vos Coss. autores testesque habemus. Obsides petistis, præstantissimos

omniũ vobis adduxim⁹: arma petiiſtis, & accepiſtis omnia, quæ ne expugnati quidem ſolent ſponte tradere. Credimus Romanorũ cõſuetudini & moribus. Nam & Senatus ad nos dedit literas: & vos, cum obſides peteretis, affirmabatis Carthaginem ſuis legibus relinquendam, ſi eos acciperetis. Quod ſi adiectum fuit, alia quoque imperata facienda, non decebat vos pro acceptis obſidibus libertatem ciuitati pollicitos, vltra obſides, imperare ſubuerſionem ipſius Carthaginis: quã ſi fas eſt vobis diruere, quomodo liberam ſinetis vti ſuis legibus, quẽadmodum dicitis? Hęc ſunt quæ habuimus dicenda pro vetere nouoq́ue fœdere: quę ſi audire non vultis, omittimus omnia, & quod vnum miſeris eſt reliquũ, ad querelas preceſq́ue recurrimus. Eſt autem tanto calamitatum agmine circumuentis ampla deprecandi materia. Rogamus enim pro vrbe antiqua, iuſſu deorum condita, & pro eius in immẽſum aucta gloria, pro nomine cuius vniuerſam terram peruaſit celebritas: pro tot ſacris eius diiſq́ue nihil commeritis, ne illis ſollennibus mulctetis & pompis ac feſtiuitatibus, ne defunctos vobis non obnoxios ſepulchris priuetis & parentationibus. Quod ſi noſtri quoque miſeret, quandoquidem miſeratione vos motos dicitis alias nobis ſedes concedere, parcite aris focisq́ue, parcite foro, parcite deæ quæ Curiæ præſidet, parcite cæteris rebus, quæcunq; iucundæ charæq́ue ſunt viuentibus. Quid enim timetis à Carthagine, cum naues noſtras & arma noſtra habeatis, illaſq́ue inuidioſas beluas? Quod ſi cui ſatis ſolatij videtur, permitti nobis pro hac vrbe aliam condere, & hoc impoſſibile eſt, viros aſſuetos è mari victum quærere, migrare in mediterranea, quorum infinitus numerus deditus eſt rei nauticæ. Pro hac tamen gratia nobis aliam conditionẽ offerimus, quam & nobis præoptamus, & nobis allaturam plus gloriæ ducimus: ſinite vrbem nil cõmeritam, nos verò, quos migrare iubetis, interficite. Sic fiet vt hominibus infenſi videamini, non ſacris, & Diis, & ſepulchris, & ciuitati innoxiæ. Soletis enim vos Romani honeſtæ exiſtimationis pietatiſque rationem habere ante alia; & in rebus lætis præ vobis ferre modeſtiam, idque erga omnes quos armis ſubigitis. Sinite vos exorari per Iouem Deoſque cæteros, qui Carthagini adhuc præſident, & deſinite infenſi eſſe, vel nobis vel noſtris liberis ob iniuriarum præteritarum memoriam. Cauete ne præclaram exiſtimationem quam de vobis habent homines, propter nos primos labefaciatis: ne honeſtam famam contaminetis tanto facinore, dictu factuque horrendo, exemploque nunquam ante audito. Multa bella

gesta sunt à Græcis contra barbaros, multa à nobis contra gentes alias: nunquam tamen quisquam diruit vrbem maris dantem antè prælium, post arma & charissima pignora III.
tradita, paratāq; ad ferendam quamuis mulctam aliam. Rogamus vos, per Deos testes fœderis, per fortunam humanā, per timendam fœlicibus Nemesin, ne velitis vel felicitati vestræ hāc notam inurere, vel miserias nostras in externum exitium adducere. Quod si vrbem nobis adimitis, saltem permittite vt per legatos apud Senatum deprecari liceat. Breue tēpus postulamus, sed magnum curarū tormentum secum ferens, propter euentus incertitudinem. Vobis æquè liberū est, vel nunc, vel paulò post quicquid libet facere, pietas modò adsit & clementia.

ORATIO III. SVPERIORI PROXIMAE RESPONdens, Censorini Consulis Romani.

Resolutio.

Responsum hæc Censorini Oratio ac causas continet: cur Hannonis & Carthaginensium petitio locum habere non possit: quod 1. *Maris illa vicinitas obsit plus, quam prosit Carthaginensibus: incitet ad peccatum atque ita calamitatū ac miseriarū causa sit: id quod exempla cum propria, tùm Atheniensium testentur.* 2. *Collocatione facta, terrestris vita maritima melior, stabilior, certior.* 3. *Maritimæ ciuitates nauibus similes subinde iactentur: Mediterraneæ periculorum expertes ex agris fructus percipiant.* 4. *Ea de causa regiæ olim ciuitates mediterraneæ omnes fuerint, & creuerint plurimæ nationes.* 5. *Mutata sede non sit molesta futura præteritorum malorum memoria ac recordatio.* 6. *Nec quidem tali opus: siquidem verè ex animo abdicare sese Carthaginenses imperio velint.* 7. *Sacra, fora, sepulchra nihilo sint minus mansura, quæ inuisere liceat.* 8. *Etiam antè Tyro relicta, in Affricam Carthaginenses migrarint.* 9. *Alba præterea, publicam ab vtilitatem Romam translata, & quidem feliciter.* 10. *Non longè adeò à mari Carthaginenses recedere iubeantur: idem libera locum eligendi potestas concedatur.* ἦθ *Orationis est & beneuolentiæ conciliandæ accommodatum, cum non imperiosè Romanos agere Censorinus Consul ostendit, velut cum hostibus: sed id quærere, quod & Romanæ Reipub. & Carthaginensi conducat. Motus spes est ac confidentia: ne diffidere planè & desperare de rebus suis Carthaginenses incipiant, excitatā commoditatum illarum notatione, quæ alibi expectandæ. Tractatio absoluitur: Propositione*

ἀποτρεπτικῇ, dehortatoria a petitione continuata. Deinde confirmatione, quæ causas ac rationes continet: quibus persuaderi potius, quã cogi posse Athenieses videtur: vt Romanorum postulatis acquiescãt. Loci sunt obseruandi: de natura ac conditione maris, quod ad omnis generis delicta & peccata homines excitare: miserias accersere solet: huius quæstibus, atque cum terrestribus locis collatione: & obliuione, quæ optimum aduersus calamitates remedium erit. Vsus, cum Reipublicæ nomine, quæ petitur venia atque incolumitas patriæ deneganda.

I. QVAE Senatus iussit, quid opus est sæpius dicere? iussit enim & oportet fieri, ac ne differre quidem nobis licet quod mandatum est Id si vobis imperaremus tanquam hostibus, edicto tantùm opus erat, & cogẽdi violẽtia. Quoniam autem ita Respublica, & fortassis etiam vestra postulat, vestraq;, Carthaginenses, vtilitas agitur, nõ pigebit rationes quoq; vobis reddere, si persuaderi potius quã cogi

II. possitis. Hoc mare quoties nos admonet veteris Imperij potentiæq;, toties ad peccãdũ prouocat, & inde in calamitates coniicit. Huius enim occasione Siciliã inuasistis & amisistis: in Hispaniã traiecistis, vt aliquando post ex ea pelleremini: fœderis quóq; tempore negotiatores, præsertim nostros, spoliabitis, & vt scelus lateret, mergebatis in mare, donec deprehensi à nobis mulctati estis Sardinia. Sic & Sardiniam amisistis propter hoc mare, quod suapte natura oẽs inuitat ad auaritiã, propter prouentus expeditos & celeres. Hoc & Atheniẽses quõdã rei naualis studiosos valde auxit, ac mox ,, deiecit. Sunt enim maritimi quæstus negotiatoriis similes, ,, aceruatim & veniunt, & abeunt. Scitis illos ipsos quorum modò memini, imperio prolato vltra Ioniũ mare vsq; in Siciliam, non priùs cupiditati modũ iam posuisse, quam totũ amiserunt imperium, traditisq; hosti portubus & nauibus, in ciuitatẽ receperunt præsidium, & longos illos muros diruerunt suis manibus, propemodum facti mediterranei. «« Quæ res diu seruauit eos incolumes. Est enim, viri Carthagi «« nienses, terrestris vita stabilior, intẽta securis agriculturę laboribꝰ & vt minus lucri afferat, affert tñ omnino certiùs quã negotiatio. Dicã quod sentio, ciuitas maritima videtur mihi nauis potiꝰ esse, q̃ terra solida, ita iactatur varijs negotijs subinde mirabilibus: mediterranea verò absq; periculo fructus ex agris percipit. Hanc ob rem & veteres regiæ fuerunt oẽs mediterraneæ; hinc ita creuêre Medi, Persæ, Assyrij & cæteri. Discedã ab exẽplis regiis, quæ iam nihil ad vos attinet. Vestram Africã respicite, in qua vicinos habebitis quos elegeritis

risis, vbi prospectu, qui vos nūc irritat, carebitis: nec erit vobis molesta preteritorum malorū memoria, videntibus mare vacuum nauigiis, reminiscentibusq; numerosarum classiū cum spoliis venientium, & magnificentiæ, portuū, armamētariorum, naualium. Iam in mœnibus, exercituum, equorū, elephantorum receptacula, & propinqua his æraria, cuius rei vos admonēt? aut quid aliud quā dolorem vobis afferūt, & irritamentum ad repetendam, si fieri possit, candē potentiam? Humanus affectus est, memoria fortunæ pristinæ sperare ad eam reditum, remedium autē aduersus calamitates est obliuio: quæ non potest vobis cōtingere, in aspectum amoueritis, Cuius rei argumētum est manifestissimum, quod sæpius veniam pacemq; adepti, non mansistis in fœdere. Ergo si adhuc affectaris imperium, & nobis qui id abstulimus iniqui, expectatis occasionē, opus haberis tali ciuitate: talib⁹ portub⁹ & naualibus, & structis in castrorū modū mœnib⁹, & cur pareamus deprehensis tā infensis hominibus? Quod si non solis verbis, sed ex animo abdicastis vos imperio contenti ditione quam habetis in Affrica & syncere fœdus nobiscum iniistis, agite, cōprobate id opere, in vestrā Affricam migrate à mari, cuius excidistis imperio. Nec est quod simulata miseratione deploretis sacra, penates, fora, sepulchra: manebunt immota sepulchra, & licebit ea parentādi causa inuisere: sacris etiā operari, quotiescunq; libuerit eò accede re: reliqua diruamus. Non enim sacrificatis naualibus: neq; parētatis mœnibus. Focos verò & aras, & fora, potestis ædificare alicubi, & breui illam quoq; habebitis patriā: quemadmodum prius relicta Tyro cōmigrastis in Affricam: & solum quod tūc fuit acquisititium, nunc existimatis patrium. Vtq; cōpendio dicā, discere potestis hæc nos nō inimico animo iubere, sed ad tuendā securitatē concordiamq; publicam, si in memoriā reuocaueritis, Albam etiā, non hostilem vrbē, sed veterē patriam, non ab infensis nobis, sed à colonis officiosis, ob communē vtilitatem esse translatā in nostram vrbem: & id actum vtriq; populo bene cessisse. Sed habetis adhuc multos opifices, qui è mari victū parant, & huic rei prospectum est, vt facile sit nobis commercium cum mari vt possitis fructus exportare importareq; haud magno negotio. Non enim longè à mari L X X X. stadia iubemus vos recedere: cum ipsi ab eo absimus c. stadiis. Locum vt ipsi eligatis concedimus, simulq; libertatem in nouis sedibus. Et hoc est quod iam antè prædiximus, liberam fore Carthaginem, si nobis pareat. Vos enim, non vestrum solum, putamus esse Carthaginem.

ORATIO IV. LEGATORVM CARTHAGINENSIVM AD Censorinum Consulem.

RESOLVTIO.

CVm Censorini Consulis Oratione audita, tacuissent Carthaginensium legati: adiecisset praeterea Consul, dixisse sese, quicquid ad suadendum ac consolandum pertineret: de caetero Senatus peragenda iussa esse, idq́; sine mora, dum adhuc essent legati: hi metum Carthaginensium prouidentes, iterum dicendi veniam petierũt, admissiq́; hãc orationem habuerunt: in qua illud rogant: vt quia spes omnis, & legatos Romam mittendi, & redeundi ad Consulem sit praecisa, classem solummodo Carthagini admoneant, dum illi iter faciunt. Ratio affertur quod visa hac ad aequo animo ferendam calamitatem adduci Carthaginenses possint. ἠθικὸν est & ad conciliandum accommodatũ: quod, cum petitionem legati nouam instituunt, μεταφάσει translatione se excusant, nec propter se, verùm patriam hanc instituere ostendunt: vt & eam in eandem classem accersunt hostilem necessitate atq; iniquitate fortunae illud purgant. Tractatio breuis constat principio ἀντιλογικῷ: cur, quod petierunt ante legati, vrgere amplius nolint. Deinde ἀξιώσει petitione noua, classis Carthaginem versus mittendae. Tum huius ratione & causa addita: postremò mitigatione eius, quod durum atque impium in patriam esse videbatur, facta in fortunam translatione. Vsus, quando extremis in angustiis constituti, cùm caetera denegantur, vnum aliquod saltem, quod impetrari posse videtur, petendum.

I. VIDEMVS parendi necessitatem, quãdo ne legatos quidem mittere in vrbem sinitis. Caeterùm ad vos redeundi spes nulla est, quia necabimur à ciuibus, priusquam ser-
II. monem absoluerimus. Quapropter oramus, non propter nos, paratos ferre omnia, sed propter ipsam Carthaginem,
III. si fortè metu possit ad ferendam calamitatem adigi: admoneatis ei classem interim dum iter facimus: vt audiendo &
IV. videndo quae iubetis, si possunt ferant. Quandoquidem id à vobis extorquet fortunae iniquitas, vt ipsi vestram classem vocemus contra patriam.

PETITIO PACIS.

Ex Pauli Iouij Hist. lib. IV.

ORATIO PERSIVI AD FERdinandum Regem.

RESOLVTIO.

CVm partim aduersis praeliis, partim transfugiis crebris, Caroli VIII. Galliae regis in Italia extenuatae copiae essent: conqueri coepissent

cepissent adhuc reliqui milites, se, absente rege, dissentientibus ducibus in extremas ipsasq; adeò morte duriores calamitates ac miserias adduci: Persius Gallorũ dux, ad Ferdinandum regem profectus, de pace componenda cum eo egit: eandem impetrare his est rationibus conatus. Quòd 1. conditiones pacis ipsi regi honorificę futurę. 2. Non semper ęquus illis Mars, sed aduersus sæpe, qui victoriæ spe, immoderata appetunt. 3. Vtilior incruenta, quàm sanguine multo constans victoria. Ad conciliandum & ἦθος valent: cum officio suo, veterum iniuriarum memoriam obliterare ac delere Persius pace oblata studet: remouet & anteuertit id, quod obiici poterat, non voluntate ac iudicio, sed necessitate coactum pacem peti: vtraq; in fortuna animũ alacrem & promptum indicat. Motus metus est, qui excitatur, belli incertitudine ac Martis inconstantia ostensa. Deinde pudor, qui oritur: cum turpitudo notatur, quæ oritur, quando alienò arbitrio, summis in periculis consilia sumuntur. Collocatio & tractatio horum cõstat 1. Principio ad beneuolentiam conciliandam accõmodato. 2. Propositione quæ ipsam ἀξίωσιν petitionem continet. 3. Confirmatione, quæ argumenta & rationes huius complectitur. 4. Conclusione facta declaratione animi alacritatis atq; prõptitudinis Gallorũ vtraq; in fortuna: ne timidè ac meticulosè nimis agere hi videantur. Loci sunt: de victoria dubij euentus æquitate præfinienda: Martis vi sæpe, & incerta, & iniqua: consiliis non alienum ad arbitrium summis in periculis insistendis: moderata & vulnerum experte victoria. Vsus erit, cum in bello propter aduersam fortunam, & calamitates varias, ab hostibus pax certis conditionibus petenda.

AEQVVM videtur, Ferdinande, vt ego ante omnes Gal- I.
los, qui duabus illatis cladibus, res tuas afflixerim, hodie gratissimum tibi de optima spe futuræ pacis nuncium afferam, vt hoc meo insigni erga te officio, veteres iniuriæ penitus expientur. Trium dierum inducias postulo, vt com- II.
modè deliberando de compositione agi possit. Conditiones verò tales erunt, vt nos aliquanto maiore virtute cepisse III.
hoc regnum, quàm reliquisse videamur: & tum, toties acie victus, egregium victoris titulum feras. Qui verò speratam "
victoriam nulla dubij euentus æquitate præfiniunt, summa "
& immoderata cupientes, sæpè aduersam, non semper æqui "
Martis vim experiuntur. Proinde si amici sociiq; tui feroc- "
cius loquentes, animum à pace alienum ostenderint, impu- "
denter feceris, cũ alieno arbitrio in ipsa summæ rei tuæ cau- "
sa periculosum consilium sumes. Potior enim est moderata "
sine vulnere victoria, quàm, eadẽ si decertes & vincas, sum- "
mè optima cruentaq;. Consilium meũ propterea non spreueris, quòd nõ voluntate atq; iudicio, sed vltima expressum

necessi-

necessitate videatur. Nam publicus hostis salubria tutaq;
IV. consilia aduersariis aliquando tulit. Sed de pace bellóve quæcunq; mens tua fuerit, quod dederis alacriter accipiemus. Nam inuictos Gallorum animos, & ad vtramq; fortunam egregiè paratos inuenies.

CONSOLATIO IN REBVS ADVERSIS AC PROPE desperatis in bello.

Ex Xenophontis lib. 3. de Cyri minoris expeditione.

ORATIO XENOPHONTIS ad milites.

RESOLVTIO.

CVm, interfecto Cyro, duces ad colloquium de fœdere instituendo vocati, ex insidiis capti, post etiam trucidati ab Artaxerxe essent cum suis militibus: exercitus, qui in castris adhuc reliquus Græcorũ erat, summo in metu ac periculo est versatus. Quos Xenophon & ipse dux Græcorum hac oratione consolari & ad animi excitare magnitudinem conatus est hisce argumentis: quod 1. Græci causam habeant meliorem ac iustiorem, quàm hostes: quia illi deorum fidem habuerint ratam: hi eiusdem religionem ac iusiurandum violarint: dij verò odisse periuros, secunda fortuna elatos euertere: erigere contra abiectos etiam tum soleant; cum rebus maximè aduersis premuntur. 2. Maiores Græci aliquoties ingentes Persarum copias fuderint: ideoq; Artaxerxem non metuere, aut propter trucidatos duces animis esse fractis abiectisq; debeant. 3. Græci quando pro Cyri regno pugnârunt, fortes & animosi extiterint: ac propterea multò tam magis animis esse excelsis debeãt: cum ipsorum salus agatur. Probantia hæc sunt argumenta tria: refutantia quinq;, eorum quæ obiiciebantur: quòd 1. à Græcis socij defecerint. 2. Græci ab equitatu minus instructi. 3. Amissus dux Tisaphernes: 4. Magna cõmeatuũ difficultas & penuria. 5. Desint naues, pontes desiderentur ad flumina traiicienda. Diluuntur hæc omnia: ostenditur non debere illa consternatos atque obiectos Græcos reddere: eò quod 1. qui defecerint, sint ignaui ac timidi: optandum verò vt tales in hostium potius, quàm nostris castris reperiantur. 2. Equitatus quidem sit fugæ subsidium, eaq; re sola præstet peditibus: in cęteris hi equitibus pręferendi. 3. Melius sit abesse, quàm adesse Tisaphernem, quia scilicet, non recto, quod aiunt, pede incesserit, sed struxerit Gręcis insidias: satius sit Græcos, quàm Persas & peregrinos duces habere: cum hi, licet peccarint, ignoti ad suos temerè redeant. 4. Longè melius arbitratu proprio commeatus comparare, quàm è foro pręcariò sumere, & sumere parua mensura, pretio quoq; grandi. 5. Ad nauium penuriam quod attinet, flumina

cuncta,

sancta, quæ procul à fontibus sitis absunt, sint pleniora, circa verò fontes transmitti facilè queant: fit deinde futurum, vt si modò simulans in patriam reditum Græci, rex vt ipsis libereuer, profectionem suam libenter concedas: etiam duces addat. Conciliantia sunt: cum Xenophon de dijs piè ac religiosè loquitur: milites deinde suos laudat, nec maioribus inferiores esse suis indicat: eorundem facta præclara recenset: post consilium suum modestè proponit: liberum militibus relinquit, vt, si quid habeant melius, audacter atq; liberè in medium proferant. Motus sunt tres, pudor, æmulatio, confidentia. Pudor excitatur, cum ea exponuntur, quæ turpitudinis aliquam maculam aspergere exercitui possunt: si animo abiecto hosti sese dedant. Aemulatio oritur, cum maiorum exempla & contra Persas res gestæ proferuntur. Confidentia inflammatur: vbi rationes indicantur, quibus euitari periculum queat. Collocatio & tractatio absoluitur quinque partibus. Exordio, quòd melioris fortunæ ac liberationis pollicitationem habet. Confirmatione, argumenta consolatoria continente. Refutatione, eorum, quæ timidum reddere exercitum poterant. Sententiæ & consilij dictione, verùm non nudè proposita. Conclusione adhortatione facta. Loci sunt: de pœna periurij, perfidiæ, superbiæ: ducibus peregrinis & indigenis: equitatu & peditatu, vter præstet: impedimentis bellicis: fuga libera desperatis concedendæ. Vsus, cum in aduersa belli fortuna ac clade consolatione milites erigendi atq; confirmandi sunt.

MVLTAE ac præclaræ spes salutis se nobis ostendunt. I.
Primùm enim sacramenta Dijs testibus cõcepta rata II.
habuimus, quum hostes peierando tum fœderum, tum iurisiurandi religionẽ omnem violarunt. Quæ quum ita sint, consentaneum est hostibus nostris Deos infensos esse, nobis præsidio. Possunt autem Dij tum ex magnis subitò par- "
uos facere, tum paruos etiamsi periculis iactentur, facilè "
conseruare, quum volunt. Libet hoc loco maiorum etiam nostrorum pericula vobis in mentem reuocare, vt sciatis & vestrum esse, vt viri fortes sitis, & strenuos homines Deûm ope grauissimis etiam in periculis seruari. Nam, quum Persæ vnà cum alijs, quos adiunxerant sibi, ingente cum exercitu venirent, vt Athenas delerent: Athenienses ipsis ausi sese obiicere, victoria potiti sunt. Quumq; votũ Dianæ fecissent, quot hostes occidissent, tot se illi Deæ capras mactaturos, quia satis multas inuenire non poterant: decretum factum est, vt singulos in annos 10. mactarentur, quas etiam quotannis hac tempestate mactant. Deinde quum subsequentibus annis Xerxes coacto illo innumerabili exercitu in Græciam profectus esset, tum quoq; maiores nostri horum maiores terra mariq; vicerunt. Licet eius rei tanquam argumẽta vide-

ta videre quę tum constituta sunt trophæa, longeq́; maxime testimonium est ipsa libertas vrbium, in quibus vos & in lucem editi, & alii estis. Nec enim vllum hominem pro hero, sed Deos adoratis. Huiusmodi maioribus prognati estis. Neque tamen eis vos dedecori esse dixerim: quippe needum multi dies abiêre, quum aduersus hos illorum posteros acie congressi, Deûm ope multo, quàm vos essetis, plures superastis. Atq; id sane temporis pro Cyri regno viros vos fortes præstitistis: nunc cum de salute vestra certamen propositũ sit, multo vos & meliores, & alacriores esse par est, atq; etiã aduersus hostem fidentiores. Nam si tum, quum nullum adhuc de ipsis periculum fecissetis, conspecta ipsorum immensa multitudine, nihilo minus patrio spiritu pergere aduersus eos ausi estis, nunc quum periculum feceritis, ipsos ne quidem multo pluribus cum copiis vos sustinere velle, quid causæ fuerit, cur eos adhuc metuatis? Enimuero non ideo vos deteriore loco esse putetis, quòd quibus propriè

III. conueniebat hac in acie stare, iam defecerint. Nam illi etiam his ignauiores sunt, quos nos vicimus. Etenim nobis relictis ad ipsos fugerũt. At eos qui facere fugæ initium velint, multò melius est hostiũ in acie, quàm nostra cernere. Quòd si quis vestrûm minus fidenti est animo propterea, quòd ab equitibus destituti simus, quorum copiam hostes habent: cogitetis velim, equites CCIↃↃ. nihilo plus esse quàm
„ CCIↃↃ. homines. Nam ab equi vel morsu vel calcitratione
„ nemo vnquam in prçlio periit: viri sunt, per quos in pugnis
„ omnia geruntur: ac nos quidem multo quàm equites, tutiore vehiculo vtimur. Nam illi ab equis pendent, neq; nos tantum metuunt, sed illud etiam, ne ab equis excutiantur: nos terræ firmiter innixi longè vehemẽtiùs feriemus, si quis accedat, & multò magis id attingemus, quod voluerimus. Vna tantum re nobis equites præstant, securius quàm nos fugam arripiunt. Quòd si ad pugnam quidem animi vestri satis sunt confidentes, sed illud vobis graue est, quòd non amplius Tissaphernem ducem habituri sitis: neq; rex post hac rerum venalium forum est suppeditaturus: considerate vtrum potius sit Tissaphernem ducem habere, qui nobis insidiari deprœhensus est, an eos quos delectos nosmet præire iussimus, & qui se intelligent, si quid committant, aduersus animos suos, suaq; corpora committere. Item num commeatum satius sit eo foro emere, cuius hi nobis copiam fecerunt, magna nimirũ pecunia mensuras paruas, quum quidem vnde posthac argentum sumamus, non habeamus: an victoria potitos vti mẽsura, quacunq; lubitum fuerit. Quòd si in-

si intelligitis, quidnam in his potiùs sit, verùm flumina esse quiddam, quod traiici nequeat, existimatis, atq; ea vos transisse magnæ vobis esse fraudi ducitis: considerate quæso, an non illud ipsum longè stultissimè barbari fecerint. Nam vt omnes fluuij procul à fontibus suis transiri nequeant, tamē ab iis, qui ad fontes ipsos progrediuntur, sic transiri possunt, vt ne genu quidem ab aqua humectetur. Iam si nec amnes nos transmissuri sint, & dux nullus vsquam compareat, non tamen ne sic quidem animum despondere debemus. Scimus enim Mysos, quos dicere nobis præstantiores non possumus, inuito rege in ipsius ditione multas & amplas & opulentas vrbes incolere. Idem de Pisidis scimus. Lycaones ipsi videmus occupatis munitis in planicie locis, regiæ ditionis fructus percipere. Atque equidem haudquaquam dixero debere nos palam profiteri, quasi domum pergamus, sed potius simulandum existimo, quasi hîc alicubi velimus habere sedes ac domicilia. Sciô certè regem Mysis permultos duces daturum esse, permultos obsides, sine fraude se eos dimissurum. Immo etiam viam ipsis strueret, etiamsi vel in quadrigis discedere vellent. Quę quidem ipsa, sat scio, lubentissimè nobis etiam præstaret, si nos videret ita nosmet parare, quasi mansuri hîc essemus. Verumenimverò metuo, ne si semel ignauiter & in omnium rerum copia viuere consuescamus, atq; etiam Persarum & Medorum proceris & elegātibus fœminis ac puellis familiares esse ceperimus, Lotophagorum in morem, suscipiendi in patriam itineris obliuiscamur. Quamobrem consentaneum & æquum mihi videtur esse, primum, vt in Græciam & ad propinquos redire conemur, ac Græcis ostendamus sua ipsos sponte pauperes esse, quum liceat eis, qui domi iam vitam inopem agunt, si huc pergant, palàm opulentis esse. Sed enim, milites, hæc omnia bona sunt eorum, qui victores euadūt. De eo iam dicendum erit, quo pacto quam tutissimè profecturi simus, ac si prælio decertandum est, quàm optimè prælium ineamus. Itaque primum plaustra nobis exurenda censeo, ne vehicula impedimentorum nobis imperent, sed quocunq; visum erit exercitui conducere, pergamus. Deinde etiam tabernacula cōcremāda esse eorū Nā vecturanegotiū nobis facessit, neque quidquam vel ad pugnam, vel ad commeatum comparandum adiumenti adferunt. Præterea vasorum reliquorum, quę superuacanea sunt, onere nosmet liberabimus, exceptis iis, quæ vel ad bellicos vsus, vel cibi, vel potus habemus: vt quamplurimi nostrum armati sint, pauci admodum impedimenta vehant. Nostis enim fortunas aliorū

transire ad illorum potestatem, qui victoriam cõsequuntur. Imò si vicerimus, existimare debemus hostes ipsos impedimenta nostra vecturos. Restat vt de eo dicam quod esse mihi videtur maximum. Videtis hostes ipsos non antè bello nos ausos fuisse lacessere, quàm duces nostros cepissent. Existimabant enim quandiu duces habituri essemus, ac nos ipsis obtemperabituri, satis virium nobis fore ad hoc, vt superiores in bello euaderemus: verùm vbi duces cæpissent, eorundem orbitate ac perturbatione ordinis futurum arbitrabantur vt periremus. Quamobrem & Duces iam designatos esse necesse est iis, quos antehac habuimus, multo diligentiores: & milites ordinum obseruantiores, ac ad parendum præfectis promptiores modo, quàm antehac. Quod si decreueritis, vt si quis dicto nõ fuerit audiens, semper liceat ei, qui è vobis forte adfuerit, huc vna cum præfecto multare, tùm nimirum hostes planè spe sua excident. Nam hodierno die Clearchos vel sexcentos habituri sumus, per quos nemini esse ignauo liceat. Verùmenim verò tempus est vt ad finẽ hęc perducamus. Nam fortassis hostes mox aderunt. Quidquid verò horum vobis rectè dictum videtur, quam primùm ratum habete, quo reipsa perficiatur. Quod si quis aliorum rationem hac meliorem pespicite, etiamsi priuatus miles sit, tamen eam nobis cõmonstrare ne vereatur. Nam pariter omnes salutis & incolumitatis egemus.

FINIS.

INDEX RERVM AC VERBORVM, QVÆ IN PRIMO Orationum Historicarum Tomo siueparte continentur, locupletissimus.

A

Accipiter 243
Acesines 303
Athas Peloponnesum incolebant 366
Actiabeni 96
Adhortatio ad auxiliũ amicis obsessis ferendum 228. ad castrorũ coniunctionẽ 258. ad fortiter depellendos hostes 270 ad fortiter rem in bello gerendam 268. ad pacem & concordiam 295. 303 305. ad strenuè pugnandum 273 274. 275. 276
Admiratio quos capiat 117
Admonitio de ratione pugnãdi cũ hostibus 259
Adulatores ad perniciem quã salutẽ parandam plus faciũt. 10
Ædificiorum sumptus 34
Ædilitas 24
Aegyptus 203. domita 85. porrigitur ad Æthiopas 95. quinquaginta & septingentas myriadas incolarũ habet 95
Æmulatio mulierum 106
Æmulatio inflammata maiorum nomine & gloria 58.
Aemulatio mouetur 216. 193. 188 174. 208. 213. 221. 265. 268. 270. 309 319
Æmulatio Q. Fabij 248
Æoles 170
Æqualitas res iustissima 10
Æquanimitas e destituti ad quid inepta 18
Aequi vix Hernicis pares 278
Ærary procuratio cui mandanda 27
Æs alienum remittitur 140
Æstus communis 40
Ætas quãdo regno obstet 56. quosdam malorum facit nescios 98
Ætas 18. annorum 24
Æthiopes à Persis deuicti 170
Affectibus diuersis praditi 21
Affectus repudiandi 243 remouendi in iudicando 124
Affri leuissima fidei mutanda ingenia 555
Africa Rom. Imperio adiuncta 62. affricana expeditio 280
Agathocles rex Syracusanus 254
Agricola 12
Agricultura labores 314
Agrippa ad Iudæos Oratio 90 oratio de principatu 6
Agros continuare prohibitum 101
Alba funditus diruta 265
Albanè Romam traducti 158
Albertus Brãdeburgicus auus 46
Albinè 62
Alcibiades 182. eius res gesta 183 Oratio 186
Aleon 267
Alemanni 55
Alexãder Macedo commẽdat orationem Mardonij 217
Alexander Leuistonius Scotia prorex 558
Alexandri M. ad milites de bello continuando oratio 219

Alexandria multitudine & diuitijs abundans 95
Allobroges 130
Alorchi Hispani Oratio 261.
Alpium montes 94
Altercatio mulierculorum 270
Amazones 267
Ambitio 41
Amicitia constans 286. noua veteri nō anteponenda 233. eius vera causa 231 immortales 151
Amici fideles regibus tutissimum sceptrum 145. quomodo compa-rentur 145. eorum delectus habēdus 217. inconstantia 205. officium 9
Amicis obsessis ad auxilium ferendum adhortatio 228
Amicorum Imperatoris conditio 9
Amilcar Annibali praeferendus an sit 248
Amnistia 131
Amor excitatur 42. 75. 78. 83. 103. 215. 139. 150
Anienes 264
Anima Dei quasi particula 156
Animarum immortalitas 144
Animi cōditio post mortē 165. pulchritudo praestantior corporis 162
Animus non moritur 146
Anna regina luctus 163
Annibal 95
Annibal ferus 236. ad Romam accessit 300
Annibal flens Italiam reliquit 299
vt vincendus 260
Annibal victor 262
Annibal hostis minimè contemnendus 245
Annibal volitat tota Italia 255
victor ad Cannas 105
Annibal Italiam obsidet 242. eius oratio ad Scipionem de pace 299
Annibalis neq. terra neq. mari pax 260.
Antiochus rex Asiae cui filiā locaret 287
Aornos petra Herculi inexpugnabilis 204
Appetitores alieni proprio priuātur 191
Appij Claudij Oratio ad populū 207
Appuleius Oratio ad plebem 107
Aquila 291
Arabes 93
Arabia opulenta 95
Aragones 60
Archidami Spartanorum regis Oratio 176. 268
Ardea 228
Artaxerxes regnum 43
Arcus philosophus 35
Argiui ab Atheniensibus humati 267
Aristocratia in Imperio 45. instituenda 3
Arma semper in manibus habere iubet Augustus 87
Artabanus 167. eius oratio 170
Arthaphernes 168
Artes neglectae minoris aestimantur 40
Artibus vtilibus dediti honore afficiendi 36
Arthuri Ricardi nepos 81
Aruspices constituendi 35
Asdrubal 249
Asia pacata 50
Asiae quingenta ciuitates 93
Assentatores 69. publici 272 eorum ingenia 271
Assyrij à Persis deuicti 170
Astyages per Cyrum amotus 165
Athenienses 92
Athenienses antecellūt pptētia caeterū Graecū 296
Athenienses ignaui, stolidi, exiguo pretio

pretij homines 177
Athenienses quomodo Rempubl. as fluxerint 249
Athenensium ad legatum Persaru oratio 217 ijdem propositam habent libertatem 218, eorundē res gesta 263
Atheniensium ad Spartanorū Legatos oratio 219
Atheniensium iniuria Persis illata 168
Athenodorus philosophus 35
Auaritia 91
Auentinum 107. 134
Augures constituendi 35
Augusti Cæsaris oratio de abdicatione Imperij 82. eius pater necatus 22
Augusti victoria 6. eundem nec labor, nec terror, nec inimicorum mina auerterunt, quin pro salute patria in discrimen se dederit 85
Augustus vult potius mori, quam imperare longius 87
Au cultatores 35
Auspicia 110
Austria ad Caroli ditionem pertinet 45
Autoritas ex priuatis discordijs minuitur 154
Auxiliariorum ingenia 296
Auxilij petitio 234. 218
Auxilij petitio contra communem hostem 237

B

Babylon 203
Babylonij 33
Bactriani 203
Barbarorum sæuitia 276
Bauaria familia praclara 52
Beatitatis instrumenta 40
Bela III. Ung. Rex 115
Belga leges Imperij non seruant 50
Belgium 46. 50
Belisarij oratio de præda 210. discessus 275
Bella nō procedūt ex præscripto 200 occultè inferenda 21
Bella quibus sustineantur 195
Belli & accusationis comparatio dissimilis 177
Belli causa iusta 220. 206. 167. 169. 239
Belli cupiditas vitanda 184. eadē ex imperitia 178
Belli dissuasio 191. 182. 176 175
Belli exitus incertus 177. 298
Belli hostium in agris gerendi suasio 256. 192. gerendi ratio 245 259
Belli ius 262 eius occasiones non expectant tarditatem 195. res necessaria 176
Bellorum incēdia extinguenda 243
Bellorum mala 233
Bellum calamitosa res 296. intestinum 296. continuandum 202. cum desperatu nō gerendum 178. an suscipiēdum 170. 167 celeriter 197. non propere 180. semel motum non facile restinguitur 92.
Benefacere quamplurimis vtile 14
Beneficentia comparantur amici 145
Beneficentiæ principis incommoda 15
Beneficia Augusti ... petitio 110. remuneratio
Beneuolentia ... da
Beneuolentia vt ...
Bithynia

Boemia sub Alberto, Sigismundo & Ladislao misere fluctauit 54. regnum amplissimum 73.
Bohemi Casari coniuncti 46. repudiatis exteris ex suis regem eligunt 52.
Beotia 220
Bosphorani 93
Brandeburgica familia praeclara 52
Britannia quondam inaccessa 93
Britanni ad publicos Imperij vsus nihil contribuunt 50. eos Casar subegit 63
Bretislas Oratio de concordia 148
Brutus 22
Busta regum. tumuli priuatorum 164

C

Cadmea victoria 135
Cadaceatores 179
Caremonia religionis 110
Casar si parum potentia & authoritatis habet, nihil efficit 47
Calenus ager 264
Calumnia 171
Calumnia vitanda 253
Calumniatores è Repub. expellendi 119
Calpurnius Flamma 293
Camilli ad Ardeates oratio 228. repulsa 109. cur in exilium actus 16. exul 228
Cambyses 2
Cambysi regnum defertur 145
Campani à Romanis defensi 236. amici volunt esse Roman. 231. petunt auxilium à Romanis 232. obsidione diuturna fracti 263.
Cannenses campi corporibus repleti 290
Cannusium 290
Cantabri 94
Capadocia 94. 203.
Capistranus 55
Capitolini ad populum Rom. oratio 270
Capitolium 134. ab Sabinis captum 104.
Capra Dea mactabantur 319
Captius lege aterna capientium fiunt 89. eorum liberationis petitio 288.
Capua ab Annibale capta 105
Carbo 135. malè perijt 16
Carcer impletus principibus 272
Caroli IIX. extenuata copia 316.
Carolus Burgundia Dux 46
Carolus V. origine Germanus 47. eius indoles 47
Carolus rex Hispanorum an Imp. eligendus 44.45.
Carolus Paruus ex Neapolitanus est Vngarus 60
Carthaginenses 250. à Scipione deuicti 95
Carthago 236 oppugnata 249. milites mercede paratos habet 255.
Cassius 22
Castra quando coniungenda 258
Casus insoliti iracundiam mouent 269
Catilina 126. cum exercitu 130.
Catonis oratio reijcitur 102. eius Oratio 127.
Caucasus 203
Cienij 62
Celeritas in consultando vitanda 171
Celtiberi fraudulenti 249
Censores moribus prapositi 150. ex

quibus eligendi 25.
Censorini Consulis oratio 313
Centurie 76
Centuriones 27
Ceparius 130
Cereris sacrificium intermissum 106
Certamina qua 30
Cethegus 130
Chalcidenses in Thracia 185 *bonum colonia* 297.
Christi tribunal 89
Christum si non videmus, o quem inuocabimus pugnaturi 90
Chrysanta oratio 42
Cibus 40
Cicero Caesaris percussoribus gratificatur 138. *eius Oratio de ἀμνησίᾳ* 131
Cilices 94
Cincia lex de donis & muneribus 101.
Cinna 35. *malè perijt* 16.
Ciuem bonum decet non deterrere alios 120
Ciues Rom. vt puniendi 125
Ciuis bonus saluti sua & communi consulere debet 184
Ciuitas humano corpori similis 141. *maritima nauis postquã terra solida* 384.
Ciuium munus tempore necessitatis 103
Ciuium controuersia dirimenda 56
Claudia gens 108
Clementia 132 231. 307.
Cleonis Oratio pro seueritate 113
Clodij Albini oratio 62
Calo 203
Cognati 146
Colchi 93
Collegarum concordia 149
Coloni cur deducantur 228
Coloniarum ius 225
Columba 243
Commendatio filij 78
Comm di Oratio 78
Commodus Imp. 63. *pessimus* 79. *apoplexia morbo interiit* 80.
Communia bona & mala qui velint 11
Compita 100
Conatus temerarij vitandi 304
Conclusio sententia dictionem habens. 5. *reiectione constans* 133. *resumptione atq; repetitione* 2.
Conciliabula 35
Conciliatio 2
Concordia 131 *hostium* 191 *studium* 133. *amor* 300.
Confidentia ex commodis monarchia 5. 132. 183. 169. 202. 221. 228 259. 296. 313. 319.
Coniurationes vnde 35
Consilia non vulganda 21. *non alienumad arbitrium instituenda* 317
Consiliarij fidi officium 257. *boni officium* 243. *fides.* 9.
Consilij dandi libera potestas sit 33. *ijs qua obstent* 194. *bonorũ occultatio* 5 *eorum cum alijs communicatio* 168. *ijs contraria sũt Festinatio & ira* 120 *vt capienda* 299
Consolatio in rebus aduersis ac propè desperatis in bello 318. *in obitu mariti* 163
Cõsolatio est tristitia pharmacũ 164
Constantia in dictis & factis 282
Constantinus Magnus pius 90
Consul... 85

Consulatus 24. ad hūc soli ciues Romani 24 pleboys & patribus promiscuus 275
Consules facere cuius 271
Cōsultantes à quibus affectibus debeant esse vacui 124
Consultationis vtilitas 171
Contemptio ex imperitia & imprudentia. 3. 253. 8. 270. 228
Contemptus ex commissione officij non dignis facta 13
Contentionum stultitia 298
Contioentia 40. ex habitu corporis facilis vel difficilis 162. eius laus 157
Controuersia ciuium dirimenda 36
Contubernales 145
Conuentus publici 296. secreti in Rep. non ferendi 99
Conuersationis vis 77
Conuitia mulenolorum 258
Conuitium princeps vlcisci non debet 31
Cercyra situs 225
Cercyrai 225 eorum iustitia ibid. oratio 220
Corinthia ornamenta 101
Corinthij 176. ab Atheniensibus iniuria affecti 181. validi 222
Corpora si ad desidiam relaxentur, malè afficiuntur 40
Corporis pulchritudo multos mouet 162
Coriolanus Martius 004
Coruini nouum cognomē 275
Crœsus oraculo elusus 175
Crœsus de bello hostium in agris gerendo 256
Curia 203
Curtij mors 86
Cyneas 101
Cyrenai Lacedamone oriundi 95
Cyri laus 41, oratio ad Persas 213 ad optimates 38 ad filios de concordia 143. Astiagen regno expulit 161. Cambysis filius fœmina non cedat 237. Persarum rex 174

D

Daci 94
Dalmata ibid.
Damasippus iugulatur 126
Dani 191
Darij oratio pro Monarchia 4. cōtra Athenienses 168
Debita remittuntur 140
Debitores addicti liberandi 140
Deditio turpis 295. vt sit facienda 234 eius suasio 261. dissuasio 262 admittenda petitio 307 conditio 275
Decemuiri electi 271
Decreta si non sint stabilia perniciosissimum 115
Defectio 213. quorum sit 116.
Defēsio à quibus facilius impetretur 222
Deficientium conditio 263. pœna 117
Deliberatio de bello suscipiendo 167 de pace, eiusdemq; cōditionibus 299. de ratione belli gerendi 245
Delictorum condonatio 152
Delphicum templum 196
Delubra principis 35
Democratia instituenda pra Monarchia 1. 2. eius vtilitates 2.
Depositum infitians 65
Depradatio fugienda 130
Desertores 71
Desperatis fuga libera concedenda 319
Desperatorum conditio 119
Detractio res importunissima 373

Deus

Deus honorandus 88
Diana votum factum 319
Dij cur timendi 147
Diligentia 37
Diodoti oratio pro lenitate ac clementia 118
Diomedes Thracum rex 278. hic carnibus hospitum equos suos pascebat ibid.
Dionysij labores 204
Discordia ordinum 270 est venenū vrbis. 281. eius in publicum officijs causa 153. mala 152
Dissidiorum mala 133
Dissuasio deditionis 263. receptionis imperio se subijcientium 241
Diuinatio necessaria 35
Diues in Monarchia nemo haberi vult 12
Diuites regi infensi ibid.
Diuitiarum officia cōmittenda 13
Diuitiæ quomodo colligantur 14 *mala 14 cupiditate bellum non gerendū 278. ijs præstare, in rebus humanis summum bonum* 161
Doloribus nimijs mortem accelerare peccatum 163
Domitiani qui 62
Dona 181
Dores 170
Dorsci 297
Duces peregrini 319
Ducis boni officium 203. 274. necessaria 273
Drepanus 248

E

Ecclesia à Valente inquinata 90 eius pericula ex nouo Imp. 47
Echemus Aeropi filius 266
Edimburgi conuentus 6
Educatio patriciorum 29
Educatio quid operetur 28
Egestani contendunt cum Salinuntijs 182 fraudulenta 183
Electores Francofurti conueniūt 44 45
Elisabetha mater Mariæ regis Vng. filia 59
Elisabetha vxor Ludouici Vng. regis 57
Eloquentiæ abusus 116
En peria 249
Epidamnus 280
Epicides satelles regius 308
Eques in ordinem senatorium recipiendus 27
Equestris ordo 23. qui in hunc recipiendi 23. sint 58. annorum 24
Equitatus 319
Error agnoscendus 258
Esquiliæ captæ 271
Ethelburga scelus 67
Euentus stultorum magister 260
Eumenis res gestæ 281. Oratio 285 pater mortuus 287
Eurysthei mors 266
Eutychius pontifex 88
Exactiones seditionum causa 140
Exactores constituendi 29
Excarnificationes ex deditione 296
Exempla omnia mala ex bonis initijs orta sunt 126
Exiliū lege Tortia introductū 126
Existimatio nō negligenda 311. eius curia 289 iactura 194
Expeditionis dissuasio 191: 257. rerū gestarum ex officijs publicis 27
Expilare socios Augustus vetat 87
Exordiū beneuolētiæ accōmodatū 9. 39.. 58. 65. 75. 103. 107. 164. 167 252 beneuolentiæ & attentionis accōmodatum 128. attē-

tioni accõmodatum 53 99
Exordium docilitati & attentioni accommodatum 183. ex abrupto factum 203.275.
Exordium aitiologium 202
Exordium eunoiticum 208. 270
Exordium loco communi & sententia constans 42
Exordium schetliasticum 174
Exordium prolepticum 83. 150. 268. 124.
Exordium hypolepticum 247. 203.
Exordium constans querela 48 compellatione 215. reprehensione 155. obtestatione 20.

F

Fabula 99.
Factiones 296
Factionum mala 133
Falerÿ capti 273
Fama non negligenda 311
Fama studium 277. cura 289.
Fames ferenda 275
Familiares quomodo tractandi 36
Fati legibus quid adscribatur 10
Fatum 14
Fauor ex beneficentia 15
Felices qui 21
Felicitas humana 144
Festinatio fugienda 259. improuida est & caeca 261. periculosa 36.
Fictilia Romanorum 101
Fidenates 310
Fides in dictis & factis 212
Fides seruanda in promissis 309
Fiducia 270
Fisci procuratio cui mandanda 27.
Florentini Pisas repetunt 242. Pisanu inuident 239.
Florus à Iudaeis accusatus 90
Fluuÿ 321
Fœdera 220. seruanda non violanda 233. non violanda 311.
Fœderatorum fluxa fides 243
Fœderum conditio 231
Fœdus ad ineundum adhortatio 214.
Fœlicibus Nemesis metuenda 313
Fœminæ nihil sine authore egerũt antiquitus 100. earum insignia 206.
Fœminas qui arcet negotÿs, quibus sunt impares, ÿs consulit 70
Fœminarum licentia 70.ÿs inde- corum virilia tractare 68
Fœminei imperÿ molestia 237
Fœmina vide mulieres.
Fœnus 39
Forma corporis spectantes mouet 162
Fortitudo vera 292 est vis quadam animi 162.
Fortuna fallacissima 298. secunda 239. flexibilis 299. aduersa iniquitas 262 aduersa socÿ minuũt dolorem 163. incertitudo 133. inconstantia 206. 796. ei quid adscribatur 10 vis imbellis 194.
Franciscus Gallus an Imp. eligen-

dus 49. 44. 45.
Francofurti conuentus 44.
Frater cuiornamento 146
Fraterna coniunctio 143
Fratrum concordia 144
Fratrē fratri insidias moliri maximè impia 149
Fridericus III. Cæsar 46
Fridericus Arberti Cæsaris filius 73.
Frigus 40
Frontis grauitas 162
Fuci suspicio vnde 34
Fuga desperatis concedenda 319
Funus Cyri vt curandum 14

G

Gabinius 136
Gades 93
Galba Imp. senex 74
Gallica gens Germanis opportuna 49
Galliæ coniunctionis cum Germania commoda 49
Galli diuites 93
Galli Rom. exercitum vicerunt 228
Gallorum mores 229
Ganges fluuius 203.
Gaza regia 101
Generositate nulla possessio pulcrior 284
Gentes ab Alexandro deuicta 203
Gentium quarumdam propria epitheta 93
Georgius Pogiebrachius rex à Boemis eligitur 54.
Gerion castellum Apuliæ 261
Germania 45
Germani fortes 93 Italis infensissimi 241. eorum virtus 94
Glaucia 134
Glor a laboribus comparanda 194
Gloria materia bostis 273. cupiditas 253 qui spreuerit, veram habebit 261
Gotha, us Noruagiæ Rex 191
Gothi 60
Grachi 134
Græcia 47
Græci viri fortes ac rei militaris periti 171. prudentes 93
Græcis vitium bellum inferendum 167
Græcorum Respubl. 13. præstantia 93
Gratia 216
Gratia excitata 76
Gratia referinda necessitas 231
Gratia referenda 225
Gratiarum actio 15
Gratitudo principum 282 erga benem eritos 53 229
Gynæceum 71

H

Hannonis Gillæ ad Romanos oratio 310
Hellespontus 168.
Hellespontus 203
Heluetij 47
Heniochi 93
Henricus Carinthius 72
Heraclidæ à Græcis eiecti 267
Herculem antiqua secula laudibus prosequuta, sunt 277
Herculis columna 94
Hermocratis oratio 295
Hesiodi sententia 258

Hetruria 210
Hierosolyma 90
Hippocrates satelles regius 301.
Hispania à Senatu Rom. subiecta 63. ab Imperio remota 46 nauigationibus perpetuis exhauritur 50.
Hispani bellicosi 50
Hispanorum libertas adempta à Rom. 94
Histiaeus Mileti tyrannus 172
Homicida omnibus supplicijs obnoxij 306.
Homines dominantur vltro cedentibus 297. natura non multum inter se differunt 180. operarij milites voluntarij 195. seditiosi 208.
Hominum amissio deploranda 196
Homo inquilinus in terra 164
Homo cum dissoluitur, quid cum corpore fiat 146
Homotimi 41
Honestatis defensio 320
Honestum anteponendum vtili 225.
Honores bene meritorum 286.
Honoris cupiditas 353. eius spoliatio, leuatio oneris 152
Honorum necessitas 39
Horatij mors 86.
Horatius 134
Hortensiorum familia nobilissima 110.
Hospitalitatis ius 218
Hostes ad fortiter depellendos adhortatio 270
Hostes non verbis, sed factis superantur 177. non lædendi 87. qui contemnendi 229. tractandi modus 222
Hostis est perpetua materia virtutis & gloriæ 273
Hostium conditio 273 contemptus vitandus 268. 178. vicinorum & longe remotorum comparatio 178.
Humanarum rerum circulus 257
Hydaspes 203
Hydraotes 203
Hyllus interemptus 266
Hyphasis 202
Hyrcanij 203

I

Iacobus Basilius Despota 276
Iacobus II. Scotiæ rex. 63
Ianiculum 109
Ianus Vartembergus 73
Idæa 101
Ignauia captiuorum 294. turpis 38. maximum malum 201
Ignaui iis qui si officia committantur, oritur contemptus committentis 13. nemo obsequitur 13.
Ignaui homines perniciosi 39
Illyrici 94
Immortalitas quomodo homini paretur 87
Impatientia lutum 160
Impensæ Reipub. computanda 29
Imperatoria acies non armis sed causis iustis constat 89
Imperator Rom. non infirmioribus conditionibus eligendus 46.
Imperatores religiosissimi victoriam obtinent 90
Imperatoris & amicorum eius conditio 9
Imperia quomodo acquisita 190
Imperij conciliatio 74. conditio 75 fœminei molestia 237.
Imperij muliebris dissuasio 63.
Imperij resignatio & abdicatio 82 recusatio 62.
Imperia qua inutilia 117
Imperium sine Deo non consistit 96

semel

semel partum retinendum 38. ad Aristocratiam constitutũ 45. nõ ex metu sed ex amore tutũ 79. parare magnũ opus, retinere maius 40 natura in vltro cedentes 297. ẽn alios habere omnes cupiunt 16
Imperitia periculorum causa belli 206.
Inaequalitatis incommoda 36
Incredulitatis poena 89
Indi à Persis deuicti 176
Indibilis 247
Indignatio excitatur 99. 174
Indocti amentia corripiuntur si quid rectè fecerint, 13
Induciarum conditiones 317 ijs nõ fides habenda 184
Indulgentia imperij s nocet 117
Industria languescit nisi paupe ribus eripiatur de fidia ansa 313
Inertia 130
Infanti gladium porrigere 70
Inferioribus succurrendum 36
Inimicitia mortales 151
Inimici vt vindicandi 152
Inimicorum conciliatio 53
Iniuria bello propulsanda 231
Iniuriam inferre in aduersis 10
Iniuriarum memoria oblitteranda 152 obliuio 131. vltio causa belli iusta 167. dissimulatio 53
Inquilinus omniũ bonis in hisce ter ris 164
Insubria cum modestia vidit 115
Insubria cuius 49
Intemperantia 280
Intemperantia Commodi 80
Inuidia fugienda 253
Inuidia nouorum hominum 152
Inuidia quos premat 40
Inuidia ex superbia 107
Inuidia in optimos 86
Inuidia excitatur 188. 246. 253. 182
Ioanna Neapolitana imperaris 71
Ioannes Dux Normanniae 81
Ioannes Ricardi frater 81
Iones 170 Peloponnesum incolebant 266.
Ionia ab Alexandro parta 209
Iosephi Oratio ad socios dec ade pro pria 154
Iotapata 154
Ira excitata 99. 112. 144. 171. 193. 231. 238 286. 292.
Ira declinanda 115
Ira mitigatio mora est 115
Iracundus multa delinquit 260
Isonomia in democratia 3
Ister 93
Italia subacta 25
Odium 42. 45. 74. 75. 81. 230. 237. ex amore 107. ex amore religionis 19. ex adulatione 169. ex audientia virtutibus 159. 164 ex causa indicatione 81 91. 103. 167. 267. 282.
Odium ex commendatione 3. ex laude 4 ex compellationibus amicis 39 ex confessione erroris 58. à dubitatione 2. ex dicendi virtutibus 8. 128. 193 124. ex laude 8 111. ex licentia loquendi 8. 304. ex officio 317. ex pollicitatione 139 ex procuratione vtilitatis publicae 53. 20 ex r. motione vitiorum 55. ex felicitudine de Rep. 98 & ex studio veteris disciplina 98 ex translatione 150 (ex officio 132
Iuba 85
Iudaei erga Florum 90
Iudaeorum obedientia 90
Iudices ex quibus deligẽdi 24. fore te lecti in Repub 12. eorundem districtus

distributio ibid.
Iudicis & accusatoris partibus eundem fungi absurdum est 31
Iudicium in Regno & Repub. quale 12
I. Caesaris obitus 6
Iul. Capitolinus 62
Iul. Manlius Torquatus. 130
Iurisiurandi vis 140
Ius à veritate quandoq. aberrat 261
Iusti nomen cur nemo Regum adeptus 160
Iustina Valentinianum seduxit 89
Iustini Imp. Oratio ad Tiberium 88
Iustitia colenda 151. à sola voluntate proficiscitur 162. nulla possessio pulchrior 284. maximè regibus conuenit 159
Iuuenes cū senibus coniungendi 190
Iuuentus non contemnenda 188

K

Kenethus de regni administratione in Scotia, rege defuncto 60

L

Labor 39 communis 40 honorandus 36
Labor voluptas dissimillima natura 209
Laborare ærumnosissimum quidā ducunt 39
Labores fortibus viris obsonium 40
Laboris necessitas 1. eius patientissimus Mathias Coruinus 54
Laborum fines fortibus propositi 203
Lacedamonij Rom. subiecti 93. 30 viros ad Remp. gerendam cōstituerunt 126 Græcis bella inferunt 195
Ladislaus Vngariæ rex 52
Laodix Cappadox 71
Laus inepta 281
Leges firmiter retinere, nec mutare censet Augustus 87 non omnes immutabiles 68 non ferūtur, nisi vitia sint cognita: sicuti nec remedia, nisi morbi 81 sint stabiles & constantes 115. Scotorum de regno 66. abrogatio 99. 103 diffusio 107. seuera disciplina 178. instituta 31. metus 33. mutatio vitanda 83
Lenitas intempestiua 128
Lex Licinia 101. Oppia ibid. Cincia ibid. Porcia 135 regia 105
Lex naturam non coercet semper 14 quando abroganda & propter quod 97 103.
Lex de captiuis æterna 39. nulla omnibus commoda est 106
Liberalitas principum 282
Liberorum educatio 39
Liberorum institutio apud Persas 160
Libertas 155. 239. ne opprimatur cauēdum 185. melioribus auspicijs defenditur, quā eripitur 240.
Libertatis amor & studium 239. eius qui cupidi 13
Libertatis instrumenta 40
Libertatis defensio 220. intempestiua defensio 91. nimium studiū 270.
Liberti 27 optimi in honore habēdi 56
Libidines fœdæ 157. ijs se dedere flagitiosum 14. fugiendæ 243
Licinia lex de agrorum cōtinuatione cohibenda 101
Licentia in sapiēte & stulto quid
Licinius impius 90 (operetur 20
Lingua temperamentum 253
Liuor edax 85
Londini conuentus 81. 237.
Longobardi 60
Lotophagi 381

L. Sextius 108
L. Valerius author conuectus muliebris 99. eius oratio contra legem Oppiã 102
Lucra in bello maiora difficultatibus 296
Luctus nimius mortem accelerat 164
Luctu nimio Deum offendimus 163
Ludi 30
Ludi literarij 27
Lupi 191
Lusitani 94
Luxuria fera bestia cõparatur 302
Luxus muliebris puniendus 99
Lybia 93
Lycaones regia ditionis fructus percipiunt 321
Lysia 203
Lydia ibid
Lydi 94

M

Macedones 93
Macedonum rex parua manu magnas copias fudit 279
Macedonicum bellum 124
Magi non ferendi 35
Magistratus annui 13. errores & delicta 124. ex quibus constituendi 23. lenitas & clementia 119 non forte sed virtutis gratia, deligendi 24. officium 247. plebeius 110
Magistratus vt in democratia eligantur 3.
Magistratuum vtilitas 140
Magnanimitas non fœminarum 70 non ex seruili vita ratione 13
Magnificentia 30. 188
Magon 249
Maiestas regia 306
Mala natura fugimus 243
Mandatorum executio 289
Mandonius 249
Mansuetudo Matthiæ Coruini 45
Mansuetudo 132. 307. 139
M. Antonius 78
M. A. tilius Regulus perpetuis vigilijs necatus 246
Marci Bolani ad Venetum Senatũ oratio 243
M. Cato orator grauis 104
M. Catonis Oratio pro lege Oppia 97
M. Fundanus author muliebris seditionis 99
M. Hortali Oratio 150
M. Minutij Ruffi ad milites oratio 358
M. Tullius Cicero 126
M. Valerij Coruini ad milites de fortiter pugnãdo Oratio 274
Mardonij oratio 169. suadet bellum 167
Maria Ludouici Vng. regis filia 57
Mari potiri magnum 196
Maris natura & conditio 314
Mariti obitus vt consolatione lenitur 164
Maritorum officium 103
Marius 16. 22
Marius alter malè perijt 16
Marmaridarum genus 95
Maris vis incerta & iniqua 317
Masanissa á Scipione reprehenditur obuoluptates 158
Masinissæ fides 255
Masinissa deperit Syphacis vxorem 157. potentissimus 249. Rom. quondam hostis 288
Massagetarum mores 257. legati ad Cyrum Oratio 174
Mathilda Augusta 237
Matrimonij contrahendi causa finales 111. suasio 72
Matrona in publicum prodeunt 104
Matthia Coruini laus 14. bellator 52

alter

alter Alexander futurus 55
Mauri 95
Maximilianus I. Imp. 44
Maecenatis ad Augustum oratio 17
Medi ex mari creuere 314
Medicei 238. bene publicis rebus praefuerunt 240
Medici dum aegrotant, alijs se potius curandos exhibent 166
Mediolanensis ager Galli finibus adiectus 45
Medorum vires 218
Megabyzi oratio pro aristocratia 3
Magarenses 176
Mendacitati locus nō relinquēdus in R. p 112
Menenij Agrippa oratio 138
Mensura 31
Mercator 165
Mesopotamia 203
Metelli oratio est de concordia collegarum 149
Metellus 16
Metus excitatus 2. 5. 8 20. 39. 45. 53. 58. 65. 75. 88. 89. 91. 99. 107 114. 132. 144. 152. 164. 175. 177. 183. 193 198. 202. 208. 215. 218. 219. 221. 225. 228. 237. 257. 259. 261. 263. 268. 260. 275. 277 282. 286. 296. 302. 304. 306
Metus vide Timor
Michaelis oratio ad proceres Vngaricos 52
Militaris rei imperitia 169
Militaris scientia eum quibus non communicanda 40
Milites 12. ad prandia non sumendi 89. non effoeminati 215. perpetuò alendi 28. sine stipendio habere impossibile 29
Milites voluntarij hominis operarij 195
Militibus alimenta prabenda 19
Militibus stipendia soluenda 114
Misericordia excitatur 58. 78. 79. 91. 193. 111. 231. 237. 238. 289 307. 309.
Misericordia inutilis imperio 117
Misericordia intempestiua 128
Miseris contentio intempestiua 311
Mitylenai ab Atheniensibus defecerunt 113
Modestia foeminarum propria 69 ob seruanda 253. in rebus secundis 211
Moerore nimio Deum offendimus 163
Maeror vitandus 164
Maetica gentes 93
Moguntini electoris oratio 44
Moldauica expeditio 276
Mollitia animi 134
Monarcharū ingeniū & natura 1. 2.
Monarchia cum democratia commutanda 6. instituenda 4. non in imperio 45. non cum Democratia commutanda 17
Monarchiae commoda & incommoda 2. 62 praestantia 20
Mora 177. quando vtilis 181. irae mitigatio est 115 eius incōmoda 54
Mores principis vnusquisq; sibi regulam vitae suae proponit 11
Mori omnibus necessarium 263
Moritur nec vllus casu 163
Mors ab arumnis nos liberat 163 honesta seruituti turpi praeferenda 275. omnium hominum communis conditio 163. propria fugienda 155
Mors in bello optimum 153. eius cōmoda 165
Motus 317
Muliebris imperij incommoda 65
Muliebris mundus 206
Muliercularum altercari inter se 220 luxus

luxus cohibendus 97
Mulieres indomitum animal & impotens natura 109. licentiam desiderant ibid. in foro tumultus excitant 98
Mulieres senatorum puniendæ 31
Mulieres parua mouent 106
Mulieri virilem vestem induenti lex diuina minatur mortem 69
Mulierum & virorum diuersi mores 65
Mulierum imperium perniciosum 63 & 64
Mulierum officium 99
Mulierum pudicarum est mœrere mariti mortem 164
Mulieres vide Fœmina
Munera efficacia ad beneuolentiam 285
Munera per legem Cinciam 101
Mutij mori 86
Mycenæorum fugiebant seruitutem Heraclidæ 267
Mysia 58
N
Nasamones 65
Natura lex viua 68
Natura vires à fœminis discreuit 68
Nanalis rei periti qui non sint 195
Nauta in Regno 12
Nautica res est ars, nec facile disci-tur 196
Neapolis 46
Negligentia fugienda 269
Nemesis 174. metuenda fortunatis 311
Nero destituit suos 76
Nerones qui 62
Nicias an dux constituendus 182
Nicolaus Gara, Palatinus causa multorum malorum in Vngaria 57
Nortmanni 60
Numidæ leuissima fidei mutandâ ingenia 255
Numidarum innumerabilis multitudo 95
Numisma 31
O
Obedientia 43. 258. hereditaria 94
Obedientia subditorũ erga magistratus 90
Obliuio aduersus calamitates remedium 314
Obsides 303
Obsidio in bello miserrima 287
Obsidionis continuandæ ratio 207
Obtrectatio 171. 253. 31
Occasiones in bello non negligendæ 194
Oceanus 94. ambit vniuersum terrarum orbem 203
Ocium coniunctum habet periculũ 201
Oculis siccis spectare 81
Odenatus Palmirenæ maritus 71
Odia in optimos 86
Odia inter malos non fiunt 5
Odium in quos 31. ex beneficentia denegatione 15. ex proprio commodo 85. ex vitijs. 75. & studio detectione 107
Odiũ 171 [illegible] 181. 183. 208. 216.
Odium 225. 235. 246. 253. 270.
Odium 277. 286. 290.
Oligarchia 5.
Olympiacum templum 196
Olympiaca 30
Operantes honore afficiendi 18
Operarij 40
Opificia 142
Oppia lex tollenda 102. 101. de mulierculam luxu 97
Oppius [illegible] tulit de mulierum luxu in vestitu cohibendo 97
Optimatum æmulationes 5.

Optimatum statum 3
Oratio Ægidij Romani Theologi de iustitia colenda 158. Agrippæ ad Iudæos 90 Alberti à Lasko, Palatini Syradiensis ad milites 276. Alcibiadis ducis Atheniensium 186. Alexandri M. ad milites 202. Alexandri Leuistonij Scotiæ proregis de concordia collegarum 151. Alexandri, Persarum legati ad Athenienses de fœdere 214
Oratio Alorchi Hispani ad Saguntinos ab Annibale obsessos 261. Archidami Spartanorum regis 176. Annibalis ad Scipionem 299. Appij Claudij ad plebem 107. & ad populum 307
Oratio Archidami Spartanorum regis 268. Artabani 170. Mardonij 169 Atheniensium, qua Tegeatis respondent 266. & ad Spartanor. Legatos 219 ad Legatis Persarum 217. Augusti Cæsaris ad Senatum Rom. 82
Oratio Belisarij ad milites qua dehortatur à præda 280
Oratio Bretislai ad Boemiæ proceres de concordia inter fratres 248
Oratio Camilli ad Ardeates 228. Cæsaris de pœnis coniuratorum 123. Captiuorum Rom. Cannensi in pugna ad Senatum Rom. 288
Oratio Cardinalis Lotharingi ad Carolum V. Imperatorem 303. Censorini Consulis 313. Ciceronis de ἀμνηστία 131. Ciceronis pro seueritate 113. Clodij Albini ad milites 62 Commodi ad milites 76
Oratio Coreyraeorum 220. Corinthiorum legatorum 224. eorundem in Græcia ciuitatum conuentu 197
Oratio Cyri ad Persas 213. eiusdem ad optimates 38
Oratio Cyri ad filios de concordia 143
Oratio Diodoti pro lenitate ac clementia 118
Oratio Emerici Vng. Regis. ad proceres 305. Episcopi Zagabriensis ad Carolum Paruum regem Neapolitanum 57 Erses Procerum vnius ad Gottharum Noruagiæ Regem 191 Eumenis Regis ad Senatum Romanum. 285
Oratio Hannenis Gillæ ad Romanos 310 Hermecratis 295. Huberti Episc. ad Angliæ proceres 81 Iacobi Kennedi 63. Ioã. Maræ Tentif. ad Annam Caroli IIX viduam 163. Iosephi ad socies de cæde propria 134. Iustini Imp. ad Tiberium 88
Oratio Lati Præf. præt ad milites 79 Legati Lacedæmoniorum 216. Legatorum Carthaginensium ad Coss. Rom. 308 eorundem ad Censorinũ Consulem 316. Legatorum Campanorum ad Senatum Romanum 236
Oratio M. Antonini Imp 78. M. Catonis Cons. pro lege Oppia 97 M. Furij Camilli Dictatoris ad milites 273 M Hortali ad Tiberium 110. M Minutij Ruffi, equitum Magistri ad equites 258 M Porcij Catonis 127. M. Valerij Coruini Cons. ad milites 274. Marci Bolani ad Venetum Senatum 242 Massagetarum legati ad Cyrum 174. Menenij Agrippæ ad plebẽ 91
Oratio Niciæ Ducis Atheniensium 182
Oratio Pauli equitum ex Scilia præfecti 275. Periclis 192. Persius ad Ferdinandum regem 316. Petr

Petri Moguntini Archiepiscopi 72
Oratio Pisonis ad cohortes 74. P. Scipionis Consulis 251. eiusdem ad Annibalem 301. eiusdem ad Masinissam regem 157
Oratio Q. Cecilij Metelli de concordia collegarum 149
Oratio Q. Fabij Maximi de ratione belli gerendi 245. ad L. Paulum Æmilium 259
Oratio Sandanidis Lydi ad Crœsum Lydorum regem 175 Senatus Romani ad Campanos Legatos 233. Sthenelaida Ephori Spar. 180. Syluestri Pegij ad Lud. Sfortiã & Venetos Legatos 238
Oratio Syracusanorũ ad Marcellum 307. Stephani Angliæ regis ad Principes & proceres 237
Oratio Tegeatarũ 265. Theodosij ad Valentinianum Iuniorem 89. T. Manlij Torquati 291. T. Q. Capitolini ad Populum Rom. 200
Oratio Varronis Consulis ad Campanos Legatos 234. Vibij Virij Campani ad Campanos 263. Vvilhelmi Chrichtonij Scotiæ cancellarij 153
Oratio Xenophontis ad Seuthen 281 eiusdem ad milites 318
Oratio Xerxis 173. eiusdem ad principes de bello suscipiendo 167
Oratio Zeni ducis 205
Oratio hominum promissa nõ seruãtium vana & imbellis 283
Orationũ dulcedo imperijs nocet 117
Oratores reprehenduntur 116
Orcus 156
Ordinum discordia 208
Ordo obseruandus 269
Orientales populi à Senatu deuicti 63
Ornatus mulierum luxuriosus tollitur 97
Otanis oratio pro democratia 1 8.
Otho imperium affectat 74
Othonis vitia 75
Otiosi odio habendi 36

P

Pachates dux 113
Pacis causa considerãda 302
Pacis conditiones 299
Pacis petitio 308.316.
Pacis studium 133
Pactum icere 32
Palmyrana Zenobia 71
Pamphyliorum gens 94
Pamphylia 203
Pannonia 50
Paphlagonia 203
Parentum desiderium natura inest 206
Parricida omnibus supplicijs obnoxij 306
Parsimonia principis 30
Parsimonia pudor pessimus 108
Parthi à Senatu tentati 63
Parthi bellicosissimi 95
Parthi cum Romanis fœdus 96
Parta tueri facile 20
Passerculi gallinæ anseresq; non vitant 248
Patientia plagas coercet 92
Patria defendenda studium 304. eius desiderium natura inest 206.
Patricij 27. eorum educatio 27
Pauperem è diuite fieri graue 183
Paupertatis causa a senatorum ordine nemo remouendus 23 pudor pessimus 108
Pauperum petitiones non semper exaudiendæ 112
Pax bello confirmatur 201. optima res 297

Pax & concordia 295
Peccata hominum tractandi modus 34
Femina vnde in Repub. conficienda 11
Pecunia vbiq; opus 29
Peditatus 319
Peloponnesij labore manuum quaerūt victum 195. operarij 192. eorum expeditionēs 269
Pelops Phryx 174
Pensio imperanda. 29
Perfidia subditorum 282. eius pœna 319
Periclis oratio 192
Periculorum & præmiorum æqualitas 203
Periculum inferenti quam propulsanti plus animi est 255
Periurij pœna 319
Peroratio, dictorum repetitione & adhortatione absoluta 20. 115. metu spei constans 80.53.
Peroratio pollicitatione absoluta & misericordia & metu constans, 91 repetitione argumentorum facta 181
Peroratio petitionis renouationem habent 111. mandato facta 180. voto & adhortatione constans 107.
Peroratio voto ac precatione constans 65 pia ac modesta facta sententia expositione 99. sententia distiōnem & expositionē continens 39. sententia distionem habens 124 suasionem complectens 49
Peroratio adhortatoria 9. 42. 103 83
Persa vt euertere 314 bene instructi 215
Persa quas nationes subegerint 169 eorum institutum de liberorum educatione 160
Persia 41
Persiæ procerum consultatio de Repub. 4
Persiui ad Ferdinandum regem oratio 316
Pertinacia vitanda 286
Pertinax socium Clodium adsciscit 62
Perturbationes animi 304
Petitio auxilij 238. 234 aduersus hostes 230
Petitio auxilij contra communem hostem 237
Petitio beneficij 110
Petitio honoratissi belli loci 265
Premij pro laboribus bellicis 215.
Petitio reconciliationis & deditionis admittendæ 307. redemptionis captiuorum 288
Petitio stipendij 281
Phaeton 59
Pharnaces 85
Pheges nepos 266
Philantis Dryopum rex 278
Philippus Maria Dux Mediolani 46
Philipp. Alex. M. pater 93
Philosophi cauendi 35
Phœnice 203
Phraates 85
Phrygia 203
Pictus Mathia Coruini 55
Pictatis studium 89. 218.
Pisani deserti à Carolo IIX. 238 Florentinis seruierunt 239
Pisani an sint à Venetis recipiendi 243
Piraum 135
Piso à Galba Cæsar dictus 74. eius Oratio ad cohortes 4
Platea 93
Plebis libentia 20

Plebs

Plebs 209 ut dicentis verba exaudiat 272
Pœna periurij 319
Pœna quæ iniūgenda 129. ut inferenda 113 carē causa & modus 119
Pœnus ilotin 236 vescitur humanis corporibus 236
Pogrbrachius 52
Pompeius 16 contemptui habitus 212
Pondus 31
Pontifex Romanus 49
Pontificis iniquitas 60
Populares veri 107
Popularis regiminis mala 21
Populorum studia, inimicitiæ prædenda 36
Populus cùm in Rep. principatum obtineat 11
Porci 191
Porcia lex 125
Porsena 109
Posthumij 61
Potentia qua firmior 227 à principe nulli nisi indulgentia 36
Potentia causa 231. mala 14
Potestas omnis à Deo 55.306.
Potus 40
Prædandi magna dulcedo 110
Prædæ dehortatio 280
Præfectus urbis ex quibus 24
Præmia 34
Præstigiator non ferendus 35
Prætextati 306
Prætores 24
Preces ad Christum in bello fundenda 60
Præceps Deos celat. 35
Princeps legitimus lege agit 278 nec ignavi quid committat 13, nihil superbum admittat 34 pacis studiosus sit 35 a philosophia caueat sibi. ibid, ad bellicam para tissimus sit ibid. potentia sua ne abutatur 36. quomodo immortalis fiat 35 sæpe secū cogitet quid egerit 36. unde stylen dorē pateat 34.
Principatus non deponendus 20. aut retinendus aut deponendus 6. an deponendus 9. 19 21. & seq.
Principes mali trophæa malitiæ & iniustitiæ monumenta 35
Principis cōmendatio ad regnū obtinendū 81. factū omnib. notū 53. incommoda priuata 14. molestia ex iudicijs 12 mores regula vitæ cuiusq. 11. noui commendatio 79 statua 34
Principium à recipsa 81
Principum gratitudo 282. bonorum officium 20. cum parentibus collatio 41
Procrastinatio reprehenditur 177
Præmij pro laboribus bellicis petitio 215
Præmiorum in Repub. necessitas 39
Promissu stare 282
Propositio facta æstimatione & cōparatione trium generum Reipub 5. ordinis digestionem habens 49. quæ sententiæ dictionē habet 2. sententia dictionē habet 20.
Prouidentia Dei in regnis 532
Prouincia cui mandāda 17
Prouocatio 3
Prudentia felix 116
Prudenti potestas tribuenda 20
Prudentis contuitus 191
Prudentum amor & obseruantia 53
Publica res vendenda 29
Publicolarum nomen 275
P. Lentuli scelus 124

P. Licinius 248
P. Scipio 248
P. Scipionis Consulis oratio 251
P. Sempronius Tuditanus 293
Pudor excitatur 8. 65. 39. 92 75. 150. 167, 199 164 144 235. 270 216. 292 247. 225. 225. 182 289. 275. 254 237. 257. 317. 302 319. 306.
Pugnandi cum hostibus ratio 259
Pugnandum strenue 273. 274.
Punicum bellum 97
Pupilli pecunias conferunt 105
Pyrenaei montes 94
Pyrrhus mulierum animos donis tentat 101
Pythia 30

Q

Q. Fabij Maximi oratio 245
Q. Fuluius 248. victoria insolens 265
Q. Hortensius 112
Quaestura 42

R

Reconciliationis studium 133
Reges Dei vice funguntur 160 sub tutela Dei 306
Regia dignitas quibus imminuatur 154
Regibus amici fideles sunt sceptrum tutissimum 145
Regis actiones in omnium mortalium luce versantur 147. boni commoda 53. eligendi deliberatio 52
Regium nomen nō interrūna tū159
Regnandi cupiditas 45
Regni accepiandi suasio 72. eius delatio 57. incommoda priuata 14
Regnorum author Deus 159. cura prudentibus committenda 65.
Regno potientem quae comitentur 145
Regnum omne in se diuisum desolabitur 149
Reguli mors 86
Regum filij apud Persas vt educati 160. nomina varia ex rebus gestis ibid.
Religionis ceremonia 108. studium 89
Religionum peregrinarum autores odio prosequendi 35
Reipub detrimentum ex inuidia 254. feliciter gerēdae ratio 20 optima forma 1. 2. 3. 4. 5. salus a quibus 20
Remp. rudiores plerunque melius regunt quam astuti 115
Rerumpub. incrementa & decrementa 128, turbatores 308
Resp. nulla sine fun. ptib. 11. Spartā. nobilis 181 rectius a multis, nō vno aliquo gubernabitur 86
Rex domesticus impensius celitur 191 qui optimus 163
Rhenus 94
Rhodiorum ciuitas magnifica 124
Richardus primus Angliae rex 81
Richardi Tremirensis Oratio 48
Robur 40
Roma naui onerariae similis 21
Romae inopia 126. tranquillitas vnde 21
Romam a Gallis captam mulieres redemisse videntur 104
Romani a Campanis auxilium petunt 234. ad Cannas victi ibid. an Siciliensis belli autores 302 bene de Campanis meriti 235. Graecia morē imitati, verberibus animaduertebant in ciues 126 vnde arma militaria, insignia magistratuum sumpserint 126. se a Gallis

se à Gallis auro redemerunt 290
virtutis ac fama studiosi 86. vt puniendi 125
Romanis quae gentes subiecta 93.94
Romanorum potentia 93. Respub vt mutata 14. stabilia 101
Romulus 104
Romulus & T. Tatius concordes 151
Rudolphus Vndecimus 52

S

Sabini in ciuitatem accepti 151
Saca à Persis subiecti 170
Saguntini ab Hannibale obsessi 266
Salamina 93
Salus publica promouenda 152
Samij à quibus deuicti 227
Samnites amici Roman. 231
Samnites bellum Campanis intulerunt 230
Sandanis vir prudens 175
Sanguinolentia fugienda 88
Sapiens 20
Sapientia Dei donum 162
Sardinia 314
Satell tes salutis 41
Satricula 236
Saturninus 134
Saxones 47
Saxones cauerunt, ne vlla regis vxor regina vocaretur 67
Saxonica familia praeclara 52
Sceptrum regium 145
Scipio cur expulsus 6.
Scipionis ad Annibalem oratio 301.157. eius iurandum 311
Scipioni 24. annos nato imperiū deferetur 314. eius res gesta ibid.
Scota ad publicos Imperij vsus nihil contribuunt 50
Scotia prorex 151.65
Scurra dicentes habentur 84
Secessio mulicbris 104
securitas fugienda 96
Seditiones 296
Seditionum causa 140. mala 133.
Semiramis Assyria 71
Senatores examinandi 22. sint 25 annorum 24
Senatores non sint, qui corbes gestauerunt 27
Senatoris boni officium 243.633. 14 dignitas 62. authoritas. ibid. sinus sui ventri 142
Senes sine iuuenibus nihil valent 196
Sepulchra mortuorum sapius visitanda 164
Settorius male perijt 16
Serui qua communia nobiscum habeant 40 ad remos constituti 105
Seruire intolerabile 92
Seruitus in Regno 13 eius iugū 194 mala 213. nouitas molesta 92
Seruorum & subditorum discretio 43
Seuerina domus Carolo infesta 68
Seuthes 282
Sexus discrimen ex natura 68
Sicilia opes 297
Siciliensis controuersia 300
Siculi 185
Sidicini 232
Similitudo à naue ad Remam 21
Similitudo elegans 156. 164
Societas 218 220
Societatem ad contrahendam adhortatio 214
Societatis petitio 220. eius impetrandā ratio 222
Socordia ne intendatur ex largitione videndum 113
Socij fideles 182. merito hominis simi.is 146
Somnus 40
Sophronuba 157

forte

Sorte deliguntur magistratus 3.
Sparta 182
Sparta comitia 197
Spartana Respub. nobilis 181
Spartani inferiores Atheniensibus 176. nec fortuna insolescunt, nec aduersa franguntur 177
Sparticata 266
Spectacula 30
Spes excitatur 141. 199. 58. 81. 167. 163. 216 83. 139. 2. 20. 135. 169. 259. 296. 3. 78. 219. 53. 121. 2. 174. 193 270. 80. 273. 210. 221. 152. 89. 231. 159. 353. 185. 277. 62. 181. 76. 213. 313. 132. 5. 229.
Spiltigneus filius Pretislai 148
Splendor 182 inuidiam parit 188 ex praeclaris facinoribus à principe parandus 34
Statilius 136
Statua principis qua esse debeat 34
Stephani Angliae regis ad principes & proceres Oratio. 137
Stipendij petitio 281
Strenuitas vt conseruari debeat 40
Studium 39
Stultitia maximum malum 201
Stultus 20
Suasio continuãda obsidionis 207 deditionis 261. belli hostium in agris gerendi 256
Subditorum amor 88. eorum erga Magistratus officium 222 ineõ stantia 182. eorundem & seruorum discretio 43. obedientia 42 perfidia 122
Successio regni natu maiori iure natura & gentium debetur 149
Sumptus cohibendi 101
Sumptus in Rep. 11
Sũptuũ restrictio diuitias parit 34
Superbia 309
Superbia, qua apud alios iracundia in Imperio 121. vitanda in fortuna subita mutatione 88. poena 319. 171
Supplicia in maleficos 12
Suspensum verbis esse 14
Sylla 16
Sylla mortem sibi cõsciuit 12: quos iugulari iusserit 126
Syllanus vir strenuus 125
Syncretismus 191
Syphacis fides 255. vxor à Masinissa adamata 157
Syphax 249
Syrtes 95
Syracusana signa translata 101
Syracusanorum ad Marcellum oratio 307

T

Tanaû 203
Tanaaxares satrapa 145
Tardus pro considerato non nunquam 261
Tarẽtum ab Annibale captum 105
Tarracon 249
Tatilas 275
Tatius 116
Taurorum gens 93
Tegeatarum oratio 265
Temeritas fugienda 233. non semper felix 249 eius poena 171
Temperantia 40
Temperantia laus 157
Templum vniuersa terra principi rectè imperanti 35
Templum à principe adificandum 34
Temporis iactura non paruifacienda 208
Tempus nos prudentiores facit 160
Tenaxores 143
Thebani

Thebani 134
Theodosij ad Valentinianum Iuniorem 89
Thermodon flumen 267
Thermopylæ 93
Thessali domum remittuntur 296
Thraces 94
Tiberij laus 88. responsio ad Hertali petitionem 112
Timiditas qua 179
Timidus præcauto 261
Timor excitatur 124. 148. 150. 155. 205. 283. 299.
Timor vide metus
T. Vulturtius 130
Toga prætexta habenda ius cui permittatur 106
Tomyris Massagetarum regina 174 Cyro optionem dat 258
Transfuga 76
Triballi 204
Tribunarij 178
Tribunatus plebis 24
Tribuni plebis creati 271. seditiosi 209
Tribunus 76
Tributa 29
Tributa domestica 296
Tributarij 90
Triumphi 106
Troiani belli heroum labores 267
Trophæa de Atheniensibus 308
Tumultuum causa 140
Turca Italiam inuadet 50
Turca 46
Turcicum bellum 47
Tyrannos bello prosequi laudabile 276

V

Valens 89 impius 90
Valentinianus à matre seductus ab Theodosio in fide vera institutus est 89
Valerius 134
Valramus 72
Varra dux 260
Varronis Consulis ad Capanos legatos oratio 234
Vectigalia 29
Veientes 212
Venandi studium 218
Venetorum constantia 208
Veneti 49 cultores libertatis 238. eorundem Senatus Pisani se subijciunt 242
Veniæ deprecatio 222
Ventris cum pedibus contentio 142
Venusia 290
Verecundia 99. 137
Veritatis vis 250
Vestitus luxuriosus mulierum sublatus 92
Vibij Virij Campani ad Capanos oratio 263
Vicentini cur recepti à Venetis 244
Vicentinorum à Venetis receptio 248
Vicinitatis ius 218
Vicinorum potentia inuisa 243
Victores consequuntur fortunam aliorum 221
Victoria dubij euentus æquitate præfinienda 317
Victoria moderata potior 317. in robore militum & bonitate causa, non in numero hominum consistit 279
Victoriarum causa vera 83
Victoria ab exercitu non morigero nulla 43
Victoria suspsius præstantia 53 insolentia 263
Viduæ pecunias conferunt 105
Vienna 55
Vindicta iusta 168
Violentia fugienda 280

Virtus dijs aequat 34. colenda 40. laboribus comparatur 201
Virtutes foeminarum sunt vitia in viris 68
Virtute nulla possessio pulchrior 214
Virtutis materia est hostis 273
Viri boni officium 267. à mulieribus sublati 99
Viris indecorum muliebria tractare 68
Viro muliebrem vestem induenti lex diuina minatur mortem 69
Virorum bonorum officium 271
Vita cum virtute coniuncta iucunda est 204
Vitae humanae conditio 164
Vita precaria nobis à Deo concessa 163 apud nos deposita 165. omnibus natura chara 156
Vitae humanae incertitudo & incōstantia 257
Vitellij 62
Viuendi terminos Deus constituit 163
Vltio iusta 168
Vngariae rex Carolus Tarum rex Neapolitanus eligendus 61
Vngaria latrociniis infesta 59
Volsci aeterni hostes Rom. 231. vix
Hernici pares 231
Voluptas multa bona destruit 38
Voluptates nobis hostes 158
Voluptati non indulgednum 40
Vota 150. pia 299
Vtensilia 39
Vtilitas quae praecipua 227
Vuilhelmus Brissonetus Cardinalis 163
Vuilhelmus Chrichtonius 151. eius oratio 153
Vultus maiestas spectantes mouet 162
Vxorum desiderium natura inest 206

X

Xantippus Lacedaemonius 254
Xenophontis oratio ad Seuthen 281. oratio ad milites 316
Xerxes Darij filius 174. superbissimus 92. eius copia 215. exercitus innumerabilis 319 oratio 173 oratio de bello suscipiendo 167.
Xystum 98

Z

Zelus 174. 265. 268
Zeni ducis oratio 205

FINIS.